¶ Que ex eadē ratione oīa accipienda ſunt: nō eñ his negatur verū corpus xp̄i a fidelibus ſumi vel in altari eſſe. ſed hꝭ veritas apl'os ⁊ in eis nos inſtruxit q̄ ipſius corpus nō in partes direptuꝫ vt putauerunt illi diſcipuli qui r'etro ierūt ſed integrū. nec viſibiliter in forma humana. ſed iuiſibiliter ſub forma panis ⁊ vini corpus ⁊ ſanguinē nobis traderet. Quem ſenſum Aug. ꝯfirmat dicens. Ipſum q̇dem ⁊ nō ipm corpus qḋ videbatur manducatur. ipm inuiſibiliter: nō ipſuꝫ viſibilit. Itē. Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari neceſſe eſt tñ inuiſibiliter intelligi. Ita etiā intelligendum eſt corpus xp̄i eſſe in vno loco. ſ. viſibiliter i forma humana. veritas tñ eius. i. diuinitas vbiq̃ eſt. veritas etiā eiꝰ. i. verū corpus in oī altari eſt vbicū q̃ celebrat̃. Sic etiā illud intelligenduꝫ eſt. pauperes ſemꝑ habetis vobiſcū me autē nō ſꝑ habebitis ſḿ corꝑalem p̄ntiaꝫ. ſ. qua cum eis ꝯuerſabatur. Similiter ꝑ id quod hō eſt in celo eſt viſibiliter inuiſibiliter aūteſt in altari: qꝛ nō in forma humana apparet ſꝫ forma panis ⁊ vini operitur. Unde ⁊ inuiſibilis caro eius dꝛ que vere eſt in altari. Sꝫ quia i ſpecie ſua nō apparet: iuiſibilis dꝛ. Ait eñ Aug. hoc eſt quod dicimus: qḋ modis oibus approbare contēdimus ſacrificiū eccleſie duobus confici: duobꝰ conſtare: viſibili elementoꝝ ſpecie. ⁊ iuiſibili dñi noſtri ieſu xp̄i carne ⁊ ſanguie: ſacr̄o ⁊ re ſacramenti. i. corpore xp̄i: ſicut xp̄i perſona conſtat ⁊ cōficitur ex deo ⁊ homine. Cū chriſtus ſit verus deꝰ ⁊ homo quia ois res illarū reꝝ naturaꝫ ⁊ veritatē in ſe ꝯtinet ex quibꝰ

ↄficitur. Conficitur autē ſacrificiū eccleſie duobus. ſacramento ꝛ re ſacramenti .i. corpe xp̄i. Eſt ergo ſacramentū ꝛ res ſacramenti idem corp⁹ xp̄i. Ecce inuiſibilez dixit carnē xp̄i. quia forma panis operta ſumitur ꝛ tractatur. Ideoq́ʒ corpus xp̄i dixit eſſe ſacr̄m ꝛ rem: ex quo confirmatur qđ ſupra dixim⁹. Deinde addit qđ magis mouet lectorez. Caro inquit ei⁹ eſt quā ſub forma panis opertā i ſacro accipim⁹. ꝛ ſanguis ei⁹ quē ſub vini ſpecie ac ſapore potamus. caro videlʒ carnis ꝛ ſanguis ſacramentū eſt ſanguinis: carne ꝛ ſanguine vtroq́ʒ inuiſibili intelligibili ꝛ ſpirituali ſignificat̄ corpus xp̄i viſibile ꝛ palpabile: plenū gratia ꝛ diuina maieſtate.

Que ſit intelligentia premiſſorum.

¶ Attēde his diligēter qꝛ tropo quodā vtit̄ hic Augu. quo ſolent res ſignificātes rerū ſortiri vocabula quas ſignificant. Hic eñ viſibilis ſpēs panis vocat̄ noie carnis: ꝛ viſibilis ſpēs vini noie ſanguinis. Inuiſibilis v̇o ꝛ intelligibilis dicit̄ caro xp̄i. quia ſm̄ illam ſpēm non videtur caro ſʒ intelligitur. Ita ꝛ ſanguis. Caro ergo inuiſibilis dr̄ eſſe ſacr̄m carnis viſibilis: qꝛ ſpēs panis ſm̄ quā illa nō videtur caro eſt ſacr̄m carnis viſibilis. quia carne inuiſibili .i. ſpecie ſm̄ quā caro xp̄i nō videt̄ caro. ſignificat̄ corpus xp̄i qđ eſt viſibile ꝛ palpabile vbi in ſua forma apparet. Ita ꝛ de ſanguine accipi dʒ. Quē ſenſuʒ cōfirmat Aug. aperiens qualiter p̄dicta intelligēda ſint: qꝛ obſcure dixerat. ↄſequēter dicēs ita panem vocari corpus xp̄i cum vere ſit ſacr̄ʒ corpis xp̄i qđ in cruce poſitū ē: ſicut ipſa imolatio que fit manibus ſacerdotis vocat̄ xp̄i paſſio nō rei veritate ſed ſignificādi miſterio: ꝛ ſicut ſacr̄um fidei dr̄ fides. Satis reſponſum eſt hereticis ꝛ obiectionib⁹ coꝝ quia negant veꝝ corpus xp̄i in altari eſſe ꝛ panē in corp⁹ vel vinū in ſanguinē myſtica ↄſecratione ↄuerti dicētes. Quis audeat manducare dominū ſuuʒ. Quis etiā audeat dicere quotidie formari corp⁹ xp̄i de materia vł ſubſtātia q̄ nō fuit caro v̇gis.

Auctoritatibus probat veꝝ corpus chriſti eſſe in altari ꝛ in id panem conuerti.

¶ Hec et his ſimilia obijciunt

illi in diuino myſterio legē na-
ture ſectātes: quorū ꝑſidiā ſub
dita ꝯuincunt teſtimonia. Ait
enī ṽitas. Accipite hoc eſt cor
p⁹ meū. Item amb. Si tm̄ va
luit ſermo helye vt ignē de celo
deponeret: nō valebit tm̄ ſermo
xp̄i vt ſubſtātias mutet. Dē to
tius mūdi opibus legit̄: q2 ip-
ſe dixit et facta ſunt ꝛc. Sermo
igit̄.i. filius q̄ potuit ex nihilo
facere qđ nō erat: non pōt ea q̄
ſunt in id mutare qđ nō erant.
Non eniꝫ minus eſt cauſare q̄ꝫ
mutare nouas naturas rebus.
Item. Si ordinē querim⁹ viro
mixta femina generare ꝯſueue
rat. liquet ergo ꝙ p̄ter nature
ordineꝫ virgo generauit: et hoc
qđ cōficim⁹ corpus ex virgine
eſt. Quid ergo hic queris natu-
re ordinē in xp̄i corꝑe. cuꝫ p̄ter
naturam ſit ipē ꝑtus ex ṽgine.
Itē. Ante bñdictionē alia ſpēs
noiat̄: poſt ꝯſecrationē corpus
ſignificat̄. Añ ꝯſecrationē aliđ
dr̄ p⁹ ꝯſecrationē ſanguis nūcu
pat̄. Tu dicis amen.i. verū eſt.
qđ ſermo ſonat affectus ſentiat.
Iteꝫ aug. In ſpē panis et vini
quā videm⁹: res iuiſibiles.i. car
nē et ſanguinē honoramus. nec
ſilr̄ pendim⁹ has duas ſpēs ſi-
cut añ ꝯſecrationē p̄dēdebamus
cuꝫ fidelit̄ fateamur añ ꝯſecra-
tionē panē eſſe et vinū qđ natu
ra formauit. Poſt ꝯſecrationē
ṽo carnē xp̄i et ſanguinē qđ bñ
dictio conſecrauit. Item amb.
Panis ē in altari vſitat⁹ añ ṽ-
ba ſacra. vbi acceſſit ꝯſecratio.
de pane fit xp̄i caro. Quđ autē
pōt qđ panis eſt eē corp⁹ xp̄i?
Conſecratiōe. q̄ fit ſmone xp̄i.
Itē. Si tanta vis eſt in ſmone
dn̄i vt icipiant eē q̄ non erāt: q̄ꝫ
to magis oꝑatorius eſt. vt ſint
q̄ erant et in aliđ cōmutent̄. Et
ſic qđ erat panis añ ꝯſecrationē
iaꝫ corp⁹ xp̄i eſt poſt ꝯſecratio
nē: q2 ſmo xp̄i creaturā mutat
et ſic ex pāe fit corpus xp̄i et vi-
nū cū aq̄ in calicē miſſum fit ſan
guis ꝯſecratōe ṽbi celeſtis. Itē
aug. Sicut p ſpirituꝫ ſctm̄ ṽa
xp̄i caro ſine coitu creat̄: ita per
eundē ex ſubſtātia panis et vini
ideꝫ corpus xp̄i et ſanguis ꝯſe-
crat̄. Corp⁹ xp̄i et ṽitas eſt et fi
gura. Ueritas duꝫ corp⁹ xp̄i et
ſanguis ṽtute ſpūs ex panis vi
niq3 ſubſtātia efficit̄. Figura ve
ro eſt id qđ exterius ſentit̄. Itē
euſebi⁹ emiſenus. Inuiſibilis
ſacerdos viſibiles creaturas in
ſubſtantiā corporis et ſanguinis
ſui ṽbo ſuo ſecreta ꝑtāte cōmu
tat. Ex his aliisq3 pluribus cō

ſtat verũ corpus xp̃i ⁊ ſanguinez in altari eẽ immo integrum xp̃m ibi ſub vtraqꝫ ſpẽ ⁊ ſubſtãtiam panis in corpus viniqꝫ ſubſtantiã in ſanguinẽ conuerti.



Irca ꝺcimã diſtin. queritur. vtrũ corpꝰ xp̃i natuꝫ de ꝟgine ſit in ſacro altaris. ¶ Pro huiꝰ difficultatis ſolutione ẽ aduertendũ. ꝙ heretici bñ concedũt corpꝰ xp̃i eſſe in ſacro altarꝭ: qꝛ panis ẽ xp̃i. Immo quelibet res cũ dñi ſit terra ⁊ plenitudo eiꝰ ⁊ panis ẽ corpus. nã ſba corporea. idcirco cõcedunt ꝙ corpus xp̃i ẽ in ſacro altaris: ſꝫ nolũt cõcedere: ꝙ illꝺ corpus vt natũ ẽ de bt̃a ꝟgine ſit in ſacramẽto altaris: ſꝫ ſoluꝫ dicũt eſſe i q̃dã ſigno ſiue ſigtͦ. Et hãc hereſiꝫ renouauit maledictꝰ Martinꝰ Luther: ſꝫ nullus fidelꝭ debꝫ dubitare: quin realr̃ ⁊ pręſentialr̃ corpus xp̃i ſit in ſacro altaris. nã oẽs. 4. Euangeliſtę illud aſſerũt. Et ad hoc ẽ determinatio eccl'ię in cõcilio celebrato p Nicolaũ papã romę: in q̃ erãt. 114. Epi. Et hr̃tur de cõſecratione diſtin. 2. Cap. Ego Berengarius. Et multa miracula oſtendit xp̃s ad aſerendã ſuã preſentiaꝫ in vrbe Pariſienſi et i regno Aragonie et multis alijs ptibus quare nullomodo ẽ ambigendũ: ſꝫ firmit̃ eſt credendũ: quapropt̃ ſuppoſita exñã ipſius in ſacro altaris diſcutiendꝰ eſt modus exñtię. Pro q̃ ẽ aduertendũ: ꝙ duobus mois aliqd dr̃ eſſe in loco. vno modo circunſcriptiue ſiue quãtitatiue. ſ. qñ aliqd hꝫ ptẽ extra ptẽ in loco. aliomodo aliqd dr̃ eẽ in loco diffinitiue. ſ. qñ ẽ in aliq̃ loco ſm ſe totũ et in qualibꝫ pte illius loci et iſto mõ angeli ſunt diffinitiue i loco ſilr̃ aĩa rõlis ẽ diffinitiue in toto corpore: ſꝫ non talr̃ capit ſanctꝰ Thomas eẽ diffinitiue in loco ſꝫ vltra hoc addit: ꝙ diffiniat̃ ⁊ termietur tali loco ita ꝙ nõ ſit alibi idcirco aſſerit ꝙ corpus xp̃i nõ ẽ i ſacro altaris neqꝫ diffinitiue neqꝫ circũſcriptiue: attñ bñ ꝯcederet ꝙ ẽ corpus xp̃i diffinitiue in ſacro alteris capiendo li diffinitiue vt declaratũ ẽ. Ulterius ẽ aduertendũ ꝙ circa modũ exñtię corporꝭ xp̃i triplex ẽ modus opinandi. Primꝰ ẽ dñi Alexandri de Ales quez ſequit̃ Adam Godã q̃ ẽ admodũ ſubtilis ⁊ fundat̃ in rõne naẗali. Tenet eñ Alexander ꝙ corpus xp̃i ẽ adeo magnuꝫ i ſacro altaris. ſicut in cęlo et probat̃ ab Adã ſuppoſito illo: qꝺ tenet phs. in. 4. phyſicoꝝ tractatu ꝺ vacuo. ſ. ꝙ ſi ſimplex graue ponatur in cõcauo orbis lunę et ſit vacuũ vſqꝫ ad centrũ terrę in inſtanti ꝺſcẽdet vſqꝫ ad centrũ ⁊ tũc in eodẽ iſtãti tale ſimplex graue eſt in q̃libꝫ pte illius ſpacij. Imaginarij in q̃ ẽ vacuũ ⁊ tale ſimplex graue ẽ adeo magnũ qñ deſcendit et ẽ in q̃libꝫ pte illius vacui: ſicuti erat añ ꝙ ꝺſcenderet ſi g̃ ſuppoſito illo miraculo tale ſimplex graue ẽ in qualibꝫ pte illius vacui ſequit̃ p locũ a fortiori ꝙ dñs deus põt facere ꝺ corpore xp̃i: ꝙ ſit ſub ſpeciebus panis ⁊ vini ⁊ ſub q̃li

bet pte illaꝝ ⁊ ſubiungit dñs Alexã der ꝙ q̄dã deuotus religioſus reuelauit hũc modũ exñdi cuidã lectori theologo: q̄ ipſi Alexandro rettulit dubitabat enim ille deuotus religioſus de mõ exñdi ⁊ rogauit dñz deũ. vt ſibi oſtenderet: q̄ exaudiuit cuz ⁊ apparuit illi dũ eleuabatur hoſtia i forma vni⁹ pueri. Alia ẽ opinio doctoris ſcti ⁊ doctoris ſubtilis: ꝙ corpus xp̄i cũ ſua quãtitate eſt in ſacro altaris: ſed nõ ẽ ibi mõ quãtitatiuo naz ẽ ibi in q̄libz pte hoſtie: ſil'r tota q̄titas corpori xp̄i eſt i tota hoſtia et i q̄libz pte ei⁹. Hãc etiã opinionẽ tenz Bonauẽtura. Tertia ẽ opinio inuicibilis doctoris ⁊ dñi Car^lis. camerac eñ. tenentiũ itidẽ de corpore xp̄i negãt tñ eẽ ibi aliquaz quantitatẽ diſtinctã ab ipſo corpore xp̄i. Ponũt inſup ꝙ nõ ẽ ordo partiuz in ordine ad totũ necz i ordine ad locuz: ſz eſt quedã cõfuſio ptium nihilominus diſpoſitio viſus q̄ in eſt ipſi viſui nõ ineſt organo auditus: nec ediuerſo. Attñ caput nõ magis vnitur collo: q̄z manui: cũ oẽs ille ptes ſint in eodem loco adequato.

¶ Contra oẽs iſtas opiniões arguit̃ ſic ſeq̄ret̃ ſi corpus xp̄i eẽt in tota hoſtia ⁊ in q̄libz eius pte ꝙ corpus xp̄i eſſet infinite albũ ⁊ infinite rubeũ ⁊ infinite calidũ ⁊ infinite humidũ et ſic de alijs ꝯñs ẽ falſum igitur ſeq̄la pbat̃. In q̄libet pte hoſtie ſunt infiniti gradus albedinis ⁊ infiniti gradus rubedini ⁊ caliditati q̄ reddũt corpus xp̄i infinite albũ ⁊ infinite rubeũ: ⁊ ĩfinite calidũ ⁊c. ꝯña pbat̃ illi oẽs gradus ſunt in codẽ lo

co ergo mutuo ſe ĩtendunt et p ꝯñs reddũt qualitatẽ infinite intenſam. ex q̄ vlterius ſequit̃: ꝙ infinite dnominãt corpus xp̄i. Prima cõſequẽtia pbatur authoritate phi. 5. metaphyſices dicẽtis impoſſibile ẽ duo accñа ſolũ numero dr̃a eſſe in eodẽ ſbo: quin mutuo ſe intendãt ⁊ cõſtituant vnũ. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet̃ negando ſeq̄lã ⁊ ad pbationem negatur ꝯña ⁊ ad pbationez dico ꝙ phs intelligit nal'r loquendo: ſed ſupra nal'r illud nõ oz modo dñs dus ĩpedit ne illi grad⁹ mutuo ſe ĩtẽdãt.

¶ Secũdo arguit̃ ſic ſeq̄retur ſi corpus xp̄i inciperet eẽ pñtial'r ſub ſpeciebus panis ⁊ vini ꝙ moueret̃ local'r. ꝯñs eſt falſuz igit̃ ſeq̄la pbatur corpus xp̄i p prolationẽ v̄boꝝ a ſacerdote ẽ in loco in q̄ nõ erat pri⁹. ergo moueт̃ local'r. Jam probat̃ falſitas ꝯñtis. corpus xp̄i nõ relinquit terminũ a q̄ qz ſemp manet in celo ad dexteraz dei pr̄is iuxta illud Auguſtini ſup Pſal. 34. donec finiatur ſeculum ſurſum ẽ dñs q̄ corpus xp̄i nõ moueт̃ local'r. Ad h̄ argumentuz rñdet̃ preſupponendo ex phia ꝙ triplex ẽ motus. ſ. acquiſitiu⁹ tm̄ vt puta qñ limax extrahit cornua deꝑditiuus tm̄ vt puta qñ retrahit cornua mot⁹ deꝑditiu⁹ et acq̄ſitiu⁹ ẽ qñ hõ moueт̃ ab vno loco ad alıum locũ. ꝓpe loquendo mobile dr̃ tũc moueri: qñ relinq̄t terminũ a q̄ ⁊ acquirit t̃minũ ad quez tranſeundo p mediuz ⁊ iſto mõ corpus xp̄i nõ moueт̃. nã ſedet ad dextram pr̄is ⁊ qñ efficit̃ pñs ſpeciebus panis ⁊ vini nõ tranſit p mediũ non eñi deſcendit p con

cauū orbis lunę aut ſupremam aut
mediā aut infimaʒ regionē aeris: ſʒ
loquēdo d̄ motu impropȩ acq̄ſituo
tm̄ tunc concedendum ē corpus xp̄i
moueri ad prolationeʒ ṽboꝝ ſacra-
mentaliū. Juxta reſolutionē huius
difficultatis. quęres an d̄us pōt po
nere idē corpus circūſcriptiue in di
uerſis locis. Ad hāc difficultateʒ re-
ſpondet Doctor ſanctus negatiue:
vt euitet quędā inconueniētia. Sed
nihilominꝰ talia incōuenientia non
poſſunt euitari nā cōcedit ꝙ dn̄s de
us pōt ponere ideʒ corpꝰ diffinitiue
in varijs locis ꝛ ſilīa incōuenientia
poſſunt inferri videlʒ de ſcīa ꝛ igno
rantia ſicuti inferunť de albedine ꝛ
nigredine ꝛ de caliditate ꝛ frigidita
te. Inſup maius miraculū vidť eſſe
ponere. Ideʒ corpus diffinitiue in
multis locis ꝙ̄ ponere circūſcripti-
ue. Pręťea quidq̄d nō implicat ma
nifeſtā contradictionē deo ē attribu
endū. ſʒ ponere ideʒ corpus circun-
ſcriptiue in varijs locis nullā impli
cat cōtradictioneʒ. Immo h̄ eſt ma
gnificare potentiā dī. Ideo doctor
ſubtilis ꝛ noiales om̄es rn̄dēt affir-
matiue ad difficultatē: cōtra quā rn̄
ſionē ſolum poſſunt fieri argumēta
artiſtaꝝ. Idcirco ipſis ea relinq̄mꝰ
diſcutienda turpe eīm ē theologo in
talibus q̄ſquilijs artiū ṽſari. nā tra
ctāt fabrilia fabri ꝛ Theologi ſolū
theologica debent inueſtigare.

¶ Quęriť. 3. circa hanc diſtin.
an oculus xp̄i videre: aut videri poſ
ſit ꝛ ita pōt quęri de auditu et aliis
ſenſibus in ſacro altaris. ¶ Ad hāc
difficultaē rn̄det Doctor ſubtilis ne
gatiue. rō ipſius ē qꝛ oculus xp̄i nō
ē in ſacro altaris in bona diſpoſitio
ne ad h̄: ꝙ videat vel videať qꝛ non
ē ſub mō quātitatiuo. nō eīm hʒ par-
tē extra pteʒ. idcirco non pōt appro
pinquare aut appropiquari debite
alicui obiecto vel potētię. Et difficiľ
ter hęc opinio pōt ipugnari. Pōt
tm̄ fieri vnū argumentū apparēs ad
probanduʒ: ꝙ talis modus quātita
tiuus nō req̄rať ſupra naľr loquēdo
nā oculus xp̄i hʒ oēm diſpoſitioneʒ
pręť illū modū quantitatiuū ꝙ̄ vide
tur ꝙ oculus chriſti pōt exercere ſu-
as opationes pręter ea videť abſur
dū ꝙ oculus xp̄i nō videat ſacerdo-
tē q̄ teneʒ eū in manibus. Et ꝙ auriſ
eiꝰ nō audiat ṽba ipſius ſacerdotis
Propťea doctor ſctūs in. 3. pte. q.
76. arti. 7. in rn̄ſiōe ad. 2um. argumē-
tum tenet ꝙ oculus xp̄i bn̄ videt tm̄
nequit videri ꝛ expreſſe concedit ꝙ
oculus xp̄i videt in ſacro altariſ cor-
pus xp̄i ꝛ negat ꝙ aliq̄s oculus cor-
poralis etiā glorificatus poſſit vide
re corpus xp̄i in ſacro altaris. ſʒ ſal-
ua eiꝰ reuerentia apte ſibi vř cōtra-
dicere. nā ſi oculus xp̄i in ſacro alta
ris videt corpus xp̄i a fortiori quilʒ
oculꝰ corporis glorificati poterit vi
dere corpꝰ xp̄i in ſacro altariſ nā ocu
lus btę ṽginis glorificatus meliꝰ ē
diſpoſitꝰ vľ ita bn̄ ad vidēdū corpꝰ
xp̄i in ſacro altaris: ꝙ̄ oculus xp̄i in
eodeʒ ſacro. Ad h̄ rn̄det ipſe negati
ue et dat rōnem qꝛ oculus xp̄i ē ſub
ſacro. Et oculus corporis glorifica
ti nō eſt ſub ſacro. Hęc tm̄ reſponſio
ē cōtra ipſum. nā iō qꝛ ē ſub ſacro eſt
indiſpoſitus. Propťea Alexander
de Ales ꝛ cęteri noiales tenēt ꝙ ocu

lus xp̄i ⁊ pōt videre ⁊ pōt videri qꜫ modus quātitatiuus nihil facit ſed dn̄s deus impedit ne videat̃ a no‑bis: ne pdamus meritū fidei. Inq̄t em̄ Gregorius ⁊ authoritas ē cano‑nizata de cōſe. d. 2. ꝙ fides nō habꝫ meritū: vbi rō pr̄ebet experimentū ⁊ iſta opinio ē multū cōſona rationi ē em̄ rationabile valde ꝙ ocul⁹ xp̄i videat ſacerdotē tenentē cuꝫ in ma‑nibus ⁊ audiat v̄ba ei⁹: nec aliq̄d ar‑gumentū valet fieri alicui⁹ valoris cōtra iſtā opinionē. nā argumentuꝫ de pyramide ꝙ baſis debeat eſſe in re viſa et con⁹ in oculo hꝫ verū nal'r loquēdo nō tn̄ ſupranal'r. veluti aer requirit̃ ad videndū nal'r vel aqua. non tamē ſupranal'r nā ſine aq̄ ⁊ ae‑re pōt fieri viſio qꜫ diua virgo ocul' corporalib⁹ in celo videt humanita‑te xp̄i et in celo neqꜫ eſt aer neqꜫ aq̄. Sed quęres vtrū oculus xp̄i i ſacro altaris videat manū xp̄i. ℂ Rn̄det̃ affir^ue. ⁊ ſi dicas ſenſibile poſitū ſu‑pra ſenſum nō cāt ſenſationē: ſꝫ ma‑nus xp̄i ē ſupra oculū. Jmmo in eo‑dē loco q̄ū oculo ğ oculus non videt manū xp̄i. Ad hoc negat̃ ꝯn̄a rō eſt qꜫ cū h̄ ꝙ eſt in codeꝫ loco manus ē etiaꝫ in alio etſic oculus xp̄i in ſupe‑riori pte hoſtię videt manuꝫ in loco inferiori hoſtię.

ℂ Quęres vlterius de oculo mentali angelico: humano: vel dia‑bolico an poſſit videre corpus xp̄i i ſacro altaris. ℂ Ad h̄ rn̄det Petr⁹ de Palude negatiue ⁊ intelligit di‑recte ⁊ immediate ſed reuera vide‑tur mirabile ꝙ intellect⁹ ſiue huma‑nus ſiue angelicus q̄ ē indiuiſibilis req̄rat obiectuꝫ diuiſibile ⁊ ſub mō quātitatiuo ad hoc ꝙ videat ipſum immo videt̃ eē hoc ꝯtra rationem. nā maiorē cōuenientiā hꝫ obm̄ cum intellectu ſiue humano ſiue angeli‑co qn̄ ē diffinitiue in loco q̄ꜫ qū ē mō quātitatiuo. ꝓptea om̄es alij docto‑res tenent oppoſitū ⁊ ꝙ nunc intel‑lect⁹ humanus nō videat corp⁹ xp̄i in ſacro altaris viſione intellectuali h̄ ideo eſt: qꜫ eſt alligat⁹ ſenſibus q̄ aggrauāt ipſuꝫ ſil'r: intellectus dia‑bolicus nō videt qꜫ impedit̃ a dn̄o deo: ne videat vultū ſaluatoris quē angeli proſpicere deſyderant vt in‑q̄t Petr⁹. 1. Cap. ſuę. 1. Canonicę. Jntellect⁹ tn̄ angelicus beat⁹ bene videt corpus xp̄i. Jmmo i tali my‑ſterio vt Gregori⁹ teſtat̃ ⁊ ſupius al‑legatū ē choꝛi angeloꝝ adſunt ſem‑p qn̄ ſacerdos ꝓtulit v̄ba. vt ipſi ſal‑uatori famulent̃. ℂ Quęres vlteri⁹ quid agendū eſt ſi appareat figura carnis vel ſanguinis i ſacro Eucha‑riſtię. Rn̄det̃ ꝙ ſacerdos non d̄bet ſumere ſꝫ cū ſumma veneratiōe de‑bet ſuare et ipſum adorare ⁊ ita cō‑ſueuit vniuerſalit̃ eccleſia facere.

ℂ Quęritur quarto circa hāc diſtin. an corpus xp̄i moueat̃ ad mo‑tū brachioꝝ ſacerdotis. ℂ Pro hu‑ius difficultatis ſolutione eſt aduer‑tendū ꝙ duplex eſt mot⁹. ſ. de pſe: ⁊ de p accn̄s motus de pſe ē qn̄ mo‑bile mouet̃ a propa forma: motus d̄ p accn̄s qn̄ mouet̃ mobile ad mo‑tū alteri⁹ vt eques ad motū eq̄ iſto notato rn̄det̃ ab oibus doctoribus pt̄ Durandū ꝙ corpus xp̄i mouet̃ de p accn̄s ad motū brachioꝝ ſacer

dotis ꝛ ħ facile pbaẗ nã corp⁹ xp̄i p
talẽ motũ ẽ in alio loco ꝙ̃ erat pri⁹:
ergo moueẗ ad motũ brachioꝝ.

¶ Contra iſtaꝫ r̄n̄ſionẽ arguit
Durandus. corpus xp̄i non moueẗ
qñ ſacerdos ꝓtulit ꝟba ꝛ incipit eſſe
ſub ſpeciebus panis ꝛ vini ergo nõ
moueẗ: qñ eleuaẗ a ſacerdote. ¶ Ad
hoc argumentũ dato antẽ ꝯña non
valꝫ qꝛ qñ incipit eſſe ſub ſacro Eu-
chariſtię non relinqt ťminũ a q̃: nec
tranſit p mediũ vt dictuꝫ eſt: ſed qñ
eleuaẗ a ſacerdote relinqt ťminum
a q̃ et trãſit p mediũ ꝛ adquirit ťmi
nuꝫ adquẽ ꝛ ideo moueẗ motu adq-
ſitiuo et dep̄ditiuo ſimul ꝙ̃uis de p
accñs. nã ad motuꝫ brachioꝝ ſacer-
dotis mouetur.

¶ Secũdo arguitur ſic corp⁹
xp̄i non frangiẗ a ſacerdote qñ fran
giẗ ſpecies panis et vini ġ nõ moue
tur a ſacerdote. ¶ Ad hoc facile r̄ñ-
deẗ negando ꝯñam ꝛ rõ eſt manife
ſta qꝛ corp⁹ xp̄i eſt glorioſum ꝛ ideo
eſt impaſſibile ꝛ non põt frangi nec
corrũpi nec diuidi. nam glĩa reddit
ipſum impaſſibile non tñ reddit ip-
ſum immobile. Immo reddit ipſũ
mobile facilius ꝛ veloci⁹ ꝙ̃ antea.
naꝫ corpus glorioſum q̃cũqꝫ rõne
dotis agilitatis põt i inſtanti muta-
ri ab oriẽte in occidentẽ ꝛ e diuerſo.

¶ Tertio arguiẗ ſic ſeq̃retur ꝙ
corpus xp̄i moueretur motibus cõtra
rijs ꝯñs ẽ falſum igitur ſeq̃la pꝫ qñ
vnus ſacerdotũ eleuat hoſtiaꝫ ſupi
us ꝛ alť facit eã deſcendere tunc eñ
moueẗ motu ſurſum et motu deor-
ſum qui q̃dem mot⁹ ſunt contrarij.
¶ Ad hoc etiã facile r̄ñdeẗ cõceden
do ſeq̃lã ꝛ negando minorẽ nec illꝺ
incõuenit qñ tale mobile eſt i diuer-
ſis locis imo naľr loquendo idẽ cõ-
tingit de aĩa nr̄a rõnali ſi hõ exten-
dat tibiã ꝟſus centrũ terrę ꝛ eleuat
manũ ꝟſus cęluꝫ. quare tenenduꝫ ẽ
cũ oĩbus alijs doctoribus ꝙ corp⁹
xp̄i moueẗ a ſacerdote de p accñs.

De modo conuerſionis.

Diſtinctio. XI.



I aũt que
riẗ q̃lis ſit
illa conuer
ſio: an for-
malis an ſu
bſtantialis
vel alterius
generis. Diffinire non ſufficio.
Formalẽ tñ non eſſe cognoſco:
qꝛ ſpecies reꝝ que ante fuerant
remanẽt ꝛ ſapor ꝛ pond⁹. Qui
buſdã eſſe videtur ſubſtantialis
dicentibus ſic ſubſtantiã ꝯuer-
ti in ſubſtantiã vt hec eſſentiali
ter fiat illa. Cui ſẽſui p̄miſſe au
ctoritates conſentire vidẽtur.

Oppoſitio.

¶ Sed huic ſententie ſic oppo
nitur ab alijs. Si ſubſtãtia pa-
nis iquiũt vel vini conuertitur
ſubſtantialiť in corpus vel ſan-
guineꝫ xp̄i quotidie fit aliq̃ ſub
ſtantia corpus vel ſanguis xp̄i
q̃ ante non erat: et hodie eſt alĩ
q̃d corpus chriſti q̃d heri non

erat: ꝛ quotidie augetur corp⁹ chriſti atqꝫ formatur de materia de qua in ꝯceptione nõ fuit factũ. Quibus hoc modo reſpõderi põt q꞉ non ea ratione dicitur corpus xp̃i confici v̓bo celeſti ꝙ ipſum corp⁹ in conceptu virginis formatũ deinceps formetur: ſed q꞉ ſubſtãtia panis vel vini q̃ ante non fuerat corpus xp̃i vel ſanguis v̓bo celeſti fit corp⁹ ꝛ ſanguis. Et ideo ſacerdotes dicunt conficere corpus xp̃i ꝛ ſanguinẽ quia eorũ miniſterio ſubſtãtia panis fit caro: ꝛ ſubſtantia vini fit ſanguis chriſti nec tñ aliq̇d additur corpori vel ſanguini: nec augetur corp⁹ chriſti vel ſanguis.

Aug. in lib. ſniaꝝ proſperi.

¶ Si vero queris modũ quo id fieri poſſit: breuiter reſpondeo. Miſteriũ fidei credi ſalubriter põt. iueſtigari ſalubriter non põt. Q̇ ergo corp⁹ chriſti panis mutatione in id non augmentat nec ſanguis ex vini cõuerſione: eius voluntati ꝛ potẽtie aſcribatur qui idẽ corpus d̓ virgine eduxit: fit ergo ſubſtantia illa iſta ſine eius augmento. Nec tñ ꝯcedunt q̇dam ꝙ ſubſtantia panis aliquando fit caro xp̃i: ꝛ ſi fiat caro xp̃i ſicut farina facta eſt panis ꝛ aq̃ facta ẽ vinũ: nec tñ dicitur farina ẽ panis ꝛ aqua eſt vinuꝫ. Alij vero concedunt illud qđ erat panis vel vinuꝫ poſt ꝯſecrationẽ eſſe corpus ꝛ ſanguinẽ: no tñ ſequitur panis eſt caro chriſti vel vinum eſt ſanguis: q꞉ ſubſtantia panis vel vini poſtq̃ꝫ facta eſt caro xp̃i vel ſanguis: nõ eſt ſubſtantia panis vel vini ſed caro ꝛ ſanguis. Ideo diſtinguendũ videtur: cũ dicitur ſubſtãtia panis: vel id qđ erat panis modo eſt corp⁹ chriſti. Manens eñ panis non eſt corpus xp̃i: ſꝫ mutata in id qđ facta eſt: eſt corp⁹ chriſti. Nec dicim⁹ ſubſtantiaꝫ panis vel vini materiã eſſe corporis vel ſanguinis: q꞉ non de ea vt de materia format̃ corp⁹ ſed ipſa format̃ in illud et efficitur illud. Unde augu. Corpus chriſti dicimus illud qđ ex fructibus terre acceptum ꝛ prece miſtica conſecratum ſumimus in memoriam dominice paſſionis. Quod cum per man⁹ hominis ad illam viſibilem ſpeciem perducatur. non ſanctificatur vt ſit tam dignum ſacramẽtum niſi operante inuiſibiliter ſpiritu dei.

Aſſerunt dictum panē trā-ſire in corpus chriſti.

¶ Quidā vero ſic dicunt conuerſionē illaȝ eſſe intelligendaȝ vt ſub illis accidentibus ſub q̄bus erat prius ſubſtantia panis et vini: poſt ꝯſecrationē ſit ſubſtantia corporis et ſanguinis: ſic tñ vt non eis afficiatur: et ſic aſſerunt dictuȝ panem tranſire in corpꝰ chriſti: qr vbi erat panis nūc eſt corpꝰ chriſti. Qd̄ ſi eſt: quid ergo fit de ſubſtantia panis et vini? Illi dicunt vel i preiacentē materiam reſolui vel in nihilū redigi. Alij vero putauerunt ibi ſubſtantiā panis et vini remanere: et ibidē corpus xp̄i eſſe et ſanguinē: et hac ratione dici illaȝ ſubſtantiā fieri iſtam: quia vbi eſt hec: eſt et illa. qd̄ mirum eſt. et ipſam ſubſtantiā panis vl' vini dicūt eē ſacramentū. Sed ꝙ nō ſit ibi ſubſtantia niſi corpus xp̄i et ſanguis ex predictis et ſubditis apte oſtenditur. Ait eñ Ambro. Panē iſtū quē ſumimꝰ in myſterio: illum intelligo vtiqꝫ q̄ manu ſanctiſpiritus formatꝰ eſt in vtero virginis: et igne paſſionis decoctus in ara crucis. Panis eñ angeloꝝ factus eſt cibus hominū. Unde veritas ait. Ego ſum panis viuus q̄ de celo deſcendi: et iteꝝ. Panis quē ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita. Ex his nāqꝫ duabus ſententijs aparte datur intelligi. qr panis ille et iſte nō duo ſed vnus panis et vna caro ꝓculdubio vnuȝ efficitur corpus. Illud vere: illud ſane qd̄ ſumptum eſt de virgine: qd̄ reſurrexit: et in celum aſcendit. Itē grego. Quis fideliū habere dubiū poſſit in ipſa imolationis hora ad ſacerdotis vocē celos aperiri in illo xp̄i miſterio: angeloꝝ choros adeſſe: ſumma et ima ſociari: vnū quid ex inuiſibilibus atqꝫ viſibilibus fieri. Idē. Eodē momento et in celū rapitur miniſterio angelorum cōſociandum corpori chriſti et ante oculus ſacerdotis in altari videtur. Sicut diuinitas v̄bi totū implet mundū ita multis locis illud corpꝰ ꝯſecratur: Nec ſunt tñ multa corpora xp̄i ſed vnū corpꝰ et vnꝰ ſanguis. Ideoqꝫ ſiue plus ſiue minꝰ q̄s inde ꝑcipiat: oēs equalit' corpus chriſti integerrime ſumūt. Poſt ꝯſecrationē ergo non eſt ibi ſubſtantia panis vel vini licet ſpecies remaneant. Eſt eñ ibi ſpecies panis et vini ſicut et

ſapor. Unde aliud videtur: aliud intelligitur.

Quare ſub alia ſpecie.

¶ Sub alia autē ſpecie tribus de cauſis carnē et ſanguinē tradidit xp̄s et deinceps ſumendū iſtituit. vt fides ſcȝ haberet meritum q̄ eſt de his q̄ nō videntᷣ: qꝛ fides nō habet meritum vbi humana ratio prebet experimētuȝ. Et ideo etiā ne abhorreret anim⁹ qđ cerneret ocul⁹. qꝛ nō habem⁹ in vſu carnē crudam et ſanguineȝ comedere. Qꝛ ergo chriſtū vorari dentib⁹ fas non eſt: in myſterio carnē et ſanguinē nobis cōmendauit. Et etiaȝ ideo ne ab incredulis religioni chriſtiane inſultaretᷣ. Unī aug. Nihil rōnabilius q̄ꝫ vt ſanguinis ſimilitudinē ſumamus. vt et ita veritas non deſit: et ridiculū nullū fiat a paganis: ꝙ cruorē occiſi hoīs bibamus. Ne ergo hoc fieret et ne veluti quidā horror eſſet cruoris in ſimilitudinē accipim⁹ ſacr̄m: Ex p̄miſſis iam liq̄t q̄re ſub alia ſpecie et q̄re ſub iſta hoc ſacr̄um dominus celebrauerit et celebrari a nobis inſtituerit.

Quare ſub duplici ſpecie.

¶ Sed quare ſub duplici ſpecie ſumitᷣ cū ſub alterutra totus ſit xp̄s. Ut oñderetᷣ totā hūanam naturaȝ aſſumpſiſſe vt totā redimeret. Panis eñ ad carnē refertᷣ vinū ad aīam: qꝛ vinū opatur ſanguineȝ in quo ſedes aīe a phiſicis eſſe dr̄. Ideo ergo in duabus ſpeciebus celebratur: vt aīe et carnis ſuſceptio in xp̄o et vtriuſq̄ꝫ liberatio i nobis ſignificetᷣ. Ualet eñ vt Amb. ait ad tuitioneȝ corporis et aīe qđ p̄cipimus: qꝛ caro xp̄i ꝑ ſalute corpis. ſanguis vͦo ꝑ aīa noſtra offertᷣ. ſicut prefigurauit moyſes: caro inq̄t ꝑ corpe veſtro offertᷣ. ſanguis ꝑ aīa ſed tm̄ ſub vtraq̄ꝫ ſpecie ſumitur qđ ad vtramq̄ꝫ valet. qꝛ ſub vtraq̄ꝫ ſumitᷣ ipſe totus xp̄s. Sed ſi i altera tm̄ ſumeretur: ad alterius tm̄. i. aīe vel corpis nō vtriuſq̄ꝫ pariter tuitionē valere ſignificaretur. Sub vtraq̄ꝫ ſpecie tm̄ tot⁹ ſumitᷣ xp̄s. nec plus ſub vtraq̄ꝫ: nec minus ſub altera tm̄ ſumitur. Eadē eñ ratio ē vt ait Hylarius: in corpe chriſti q̄ i manna preceſſit. De quo dr̄. Qui plus collegerat nō habuit amplius. nec q̄ min⁹ parauerat habuit minus. Et licet ſub vtraq̄ꝫ ſpecie ſumatᷣ tot⁹ chriſt⁹ tm̄ non fit ↄuerſio panis niſi in carneȝ:

nec vini niſi in ſanguinē. Nec debet dici duo ſacra ſed vnum qꝛ ſub vtraq; ſpecie idē ſumit. Neq; debet iterari ſacrm̄: qꝛ bñdictio nõ repetitur ſup ſpeciem eandē. Neq; alie ſubſtantie i ſacrificium vitatis offerri dñt: quia de alijs non poteſt conſecrari corp⁹ chriſti vel ſanguis.

Quare aqua admiſceatur.

¶ Aqua vero admiſcenda eſt vino: qꝛ aqua ppl'm ſignat: q̄ p chriſti paſſionē redemptus eſt. Calix ergo dñicus iuxta canonū preceptum aqua ꝛ vino mixtus debet offerri: qꝛ videm⁹ in aqua ppl'm itelligi: in vino oſtēdi ſanguinē chriſti. Cū ergo in calice vino aqua miſcetur: xp̄o ppl's adunat: ꝛ credentiū plebs ei in quē credit copulatur q̄ copulatio aque ꝛ vini ſic miſcet i calice chriſti vt mixtio illa non poſſit ſepari. Nam ſi vinum q̄s tantum offerat ſanguis chriſti incipit eſſe ſine nobis.

Julius papa.

¶ Si vero q̄ritur an irritū ſit qđ gerit ſi aqua pretmittatur: Audi qđ ſequit in eodē canone: Non põt inquit calix dñi eſſe aqua ſola aut vinū ſolum niſi vtrūq; miſceat. Itē Cyprianus. Calix dñi non eſt aqua ſola aut vinū ſolū niſi vtrūq; miſceat. ſicut nec corp⁹ dñi põt eſſe farina ſola nec aqua ſola niſi vtrūq; fuerit adunatū: ꝛ panis vni⁹ compage ſolidatū. Si q̄s tñ non intendens introducere hereſim obliuione vel ignorantia aquā pretermiſerit non videt eſſe irritū ſacrm̄: ſed ille grauiter eſt corripiendus. Nam ꝛ grecoꝝ eccleſia non apponere aquā dr̄. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur poſſe colligi: ait em̄. Si quis de anteceſſoribus noſtris vel ignoranter vel ſimplicit non hoc ſeruauerit qđ nos dñs facere ꝛ exēplo ꝛ magiſterio docuit: põt ſimplicitati eius idulgentia domini venia cõcedi. Nobis vo non põt ignoſci: q̄ nūc a dño inſtructi ſum⁹ vt calicem dñi cū vino mixtū: ſcd̄m qđ dñs obtulit offeramus. Ex hoc videt ꝙ ſi q̄s ſimpliciter vel ignorant vinū offerat ſine aqua ſacramentū ꝯficiat. Aqua vo nullatenus ſine vino põt offerri in ſacrificiū: nec panis niſi de frumento: nec granū frumenti niſi redactū fuerit in panē: qꝛ xp̄us ꝛ panē ſe dicit ꝛ grano frumenti ſe comparat. Qđ ergo ſupra dictū ē non poſ

ſe vinū ſolum offerri: determinari optet: recipit eñ exceptionē. Non pōt niſi ſimpliciter vel ignorant fiat: vel non poteſt id eſt non debet. Quibuſdā tñ videt̄ hoc generaliter verū. Colligit̄ etiam ex predictis ꝙ chriſt⁹ vinū aqua mixtum dedit diſcipulis. Corpus vero tale dedit quale tunc habuit id eſt mortale ꝛ paſſibile. Nunc vero ſumitur a nobis immortale ꝛ impaſſibile: nec tamē maiorem habet efficientiā. Euchariſtia quoqꝫ intincta non debet dari populo pro ſupplemento cōmunionis: quia non legitur xp̄us alicui diſcipuloꝝ prebuiſſe panē intinctū niſi iude. Tunc vō nō accepit iudas corpus chriſti ſꝫ tantum panem. corpus vero ꝛ ſanguinem chriſti ante cum alijs diſcipulis perceperat.



Irca vndecimā diſtinctionē querit̄ primo q̄lis conuerſio ſit qñ panis cōuertitur ī corp⁹ xp̄i. ¶ Pro huiꝰ difficultatis enucleatione ē notandū ꝙ talis cōuerſio non ē formalis. eſt eñ preſupponendū ex fide catholica ꝙ qñ prolationē v̄boꝝ a ſacerdote eſt ibi panis ꝛ vinū ſꝫ poſt prolationē nihil panis remanet ſed precioſum corpus xp̄i efficit̄ p̄ñs illis ſpeciebꝰ ꝛ ſuccedit loco panis ꝛ vini. Ꝺ pꝫ in p̄mo Cap. 1. lib. decretaliū extra d̄ ſum. trini. ꝛ fi. catholica ꝛ lib. 3. d̄ celebra. miſſaꝝ Cap. cū marthe et in multis alijs capitibus de cōſc. d. 2. ꝛ ideo in tali cōuerſiōe nulla forma producit̄ de nouo propt̄ea nō ē ibi cōuerſio formalis ſꝫ ē ibi trāſſubſtātiatio ꝛ ita det̄minauit vl̄is eccl̄ia ī Cap. allegatiſ. Idcirco tranſſubſtātiatio ſic debꝫ diffiniri. Tranſſubſtātiatio ē qñ aliqua ſb̄a ſc̄d̄um ſe ꝛ q̄dlibet ſui deſinit eē et vna alia ſb̄a loco ipſius ſuccedit. Ex iſta diffinit̄e. clare cōſtat ꝙ in gñatione et corruptione accidentiuꝫ eſto ꝙ deſinant eē ſm̄ ſe ꝛ q̄dlibet ſui et incipiāt eē ſm̄ ſe et q̄dlibet ſui nō ē tranſſubſtātiatio. Secūdo eſt notandū ꝙ ex vi v̄boꝝ cōſecrationis panis ſolū ē ibi p̄ñs corpus xp̄i ſꝫ p̄ cōcomitantiam ſunt etiā ibi aīa et ſanguis et diuinitas. ſil'r ex vi v̄boꝝ cōſecrat̄is. vini ſolū eſt ibi ſanguis xp̄i ſꝫ p̄ cōcomitātiā ſunt corpus aīa ꝛ diuinitas non eñ decet nunc ꝙ ampliꝰ talia ſeparent̄. Idcirco vbi ē vnū ſunt omnia alia. Ex iſto notabili ſequitur ꝙ ſi beatus Petrꝰ in triduo cōſecraſſet panē ſub ſpeciebus panis nō fuiſſet ſanguis neqꝫ aīa xp̄i ſꝫ ſolū corpus cū diuinitate. ſil'r ſi cōſecraſſet vinū nō fuiſſet ibi corpus neqꝫ aīa ſꝫ ſolū ſanguis cum diuinitate qꝛ tunc illa erāt ſeparata inuicē. ſꝫ non a diuinitate iuxta illud Damaſceni lib. 3. q̄d ſemel aſſūpſit nunq̄ꝫ dimiſit. Sc̄d̄o ē notādū ꝙ ſolus Durandus int̄ do-

ctores catholicos tenet q materia panis côiungit corpori christi in tali côuersione ita q solû forma panis desinit eẽ in tali côuersione hoc tñ ẽ expresse ꝯtra Ambrosiũ in lib. d sacramẽtis ꝛ hẽtur de côse. d. 2. Cap. oia quecûq3 voluit. Preterea seqret q corpus xpi eẽt mirabilr magnum pingue ꝛ grosum ꝯñs est falsuz igitur ꝛ opinio Durandi seqla p3 qr hẽret iã oẽs mãs panũ côsecratorũ a. 1500. ãnis ꝯiũctas corpori suo. Propterea tenendũ est cũ diuo Ambrosio loco allegato ꝛ cuz oibus doctoribus alijs q nihil remanet de materia aut forma panis s3 ẽm se ꝛ qd libet sui panis desinit esse.

¶ Contra istaz resolutionẽ arguit sic seqretur q panis anihilaretur ꝯñs ẽ falsum igit seqla ꝓbat panis p ꝓlationez vboꝝ a sacerdote dsinit esse ẽm se ꝛ qdlib3 sui g panis anihilat. ¶ Pro hui9 argumẽti enodatione ẽ aduertendũ q difficultas ipsius côsistit ad nomẽ. nam si ad h q aliqd dicat anihilari sufficiat q d sinat eẽ ẽm se ꝛ qdlibet sui tunc concedendũ eẽt q panis in sacro altaris anihilat: attñ oẽs doctores theologi dicũt illd nô sufficere ꝛ teste pho nro loquendũ ẽ vt plures sentiẽduz ẽ vt pauci. Idcirco rñdeo ad argumentũ negando seqlaz. Et ad probationez negat ꝯña. rõ ẽ qr illud nô sufficit: sed vltra h o3 q nihil succedat ipsi panis mô certum ẽ ex fide q corpus xpi succedit ipsi pani. Ideo panis nô anihilat q̃uis desinat esse secundum se ꝛ quodlibet sui.

¶ Secundo arguit sic melius oia saluarentur q panis remaneret cũ corpore xpi g panis remanet p9 consecrationẽ. ¶ Hoc argumentuz ẽ nulli9 valoris. Immo sequeret si remaneret panis q creatura adoraret adoratiõe latria qd est absurdũ. Ideo multo meli9 ẽ: q nihil panis remaneat vt soluz gloriosum corp9 christi a nobis adoretur.

¶ Tertio arguit si non maneret panis in sacro altaris post côsecrationẽ maxime eẽt qr non ẽ possibile q vna res alicuius spẽi efficiat alteri9 spẽi essentialis s3 h ẽ falsum igit mi9. ꝓbat Genes. 19. Cap. hẽt q vxor Loth côuersa ẽ in lapidẽ salsum. Insup exo. 4. Cap. hẽtur q virga Moysi vsa ẽ in colubrũ. Itẽ Daniel. 4. Cap. hẽtur q Nabuchodonosor vsus ẽ in bouẽ igit possibile ẽ q vna res efficiat alia alteri9 spẽi. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet negando minorẽ ꝛ ad pmã ꝓbationẽ dr q solũ facta ẽ separatio anime vxoris Loth ab ipa materia: quã p9 ea informauit forma lapidis salsi. Ad secũdã ꝓbationẽ ꝓportionabilr ẽ dicendũ q mãm vge informauit forma colubri. Ad tertiã ꝓbationez rñdet q Nabuchodonosor vsus ẽ in mentẽ bouinã credebat eni se eẽ bouem s3 de facto non erat bos. s3 vus hõ. dominus tamen deus hoc permisit in pœnam peccatorum eius.

¶ Quarto arguit seqretur q iste essent false ꝛ ipossibiles panis ẽ corpus xpi panis põt esse corp9 xpi ex pane fit corpus xpi ꝯñs ẽ falsum igit falsitas ꝯñtis ꝓbat. Diu9 Ambrosius in libro de sacris nitit tales

ꝓpoꝰᵉˢ. ꝓbare ꝑ miracula antique le gis ꝛ noue ꝛ hẽtur de cõſe. d. 2. Ca. panis ꝛ Cap. Reuera mirabile eſt igit͛ tales propoᶜᵉˢ. ſunt poſſibiles ꝛ ꝟꝫ. ❡ Ad hoc argumentũ rñdet͛ cõ cedendo duas ꝓmas eẽ falſas ꝛ im poſſibiles ſꝫ Ambroſius nõ capit il las in propõ ſenſu ſꝫ in iſtis ſenſibꝰ ſ. ꝙ ſub ſpẽbus panis ꝛ vini poſt cõ ſecrationẽ ẽ corpus xp̄i ꝛ antea erat ſub eiuſdeꝫ ſpẽbus ſb̃a panis ꝛ vini ꝛ illa panis põt eẽ corpus xp̄i in hoc ſenſu. ſ. panis põt cõuerti ſeu tranſ ſubſtantiari i corpus xp̄i. Tertia ꝓ poſitio ẽ diſtinguenda vel ſi ex dicit circunſtantiaꝫ cauſe mat͛ialis et ſic ẽ neganda nec in iſto ſenſu capit diuꝰ Amb. vel ſi ex dicit circũſtantiã ter mini a q̃ et ſic ẽ concedenda ꝛ in iſto ſenſu capit Diuus Ambroſius.

❡ Queritur ſecundo circa ean deꝫ diſtin. que ẽ mat͛ia ſacri altaris Ad hãc difficultatẽ rñdet͛ ꝙ duplex ẽ materia. ſ. cõſecraᵗⁱˢ. panis ꝛ conſe crationis vini ꝓma debet eẽ panis triticeus. Scd̃a debet eẽ vinũ de vi te ꝛ hoc hẽtur det͛minatũ ꝑ eccliam de ꝯſecra. d. 2. ex concilio celebrato ꝑ Martinũ papa Cap. non õꝫ et ex cõcilio Carthagi. Cap. in ſacro cor poris ꝛ ſanguinis dñi. Ex iſtis pꝫ ꝙ nõ lꝫ conſecrare in cicera nec i vino ex moris nec in biria nec in ceruiſia nec in agreſta ſiue ꝟguto qꝛ oĩa iſta differũt ſpẽ a vino vitis ꝛ a fortiori non licitũ ẽ ꝯſecrare i lacte aut mel le ꝛ h̃ expreſſe det͛minat Julius pa pa. d. allegata Cap. cum oẽ crimẽ ❡ Sed queres an liceat cõſecrare i muſto aut vino acetoſo. Ad ꝓmam ꝑtẽ queſiti rñdet͛ ꝙ in neceſſitate li cet ꝛ ita det͛minat Julius papa lo co allegato. dicit em̃ ꝙ ſi nõ hẽatur vinũ licet accipe racemos ꝛ illos cõ primere intra caliceꝫ non tamen de bemꝰ cõiungere vuas tali muſto.

❡ Ad ſecundam ꝑtem queſiti rñdet͛ ꝙ licet cõſecrare in vino hñte aliquã acetoſitatẽ ſꝫ ſi eſſet acetoſũ oĩno non licet cõſecrare. Jaꝫ em̃ dif fert ſpecie a vino vit͛. Sequit͛ ſecũ do ꝙ non licet cõſecrare in pane or deaceo. Sed magna ẽ difficultas d̃ ſpelta ſiligine aut farre an liceat cõ ſecrare in pane ex ipſis cõfecto ꝛ re uera non põt rñderi niſi dubitatiue ꝛ conditionalr̃. ſ. ꝙ ſi talis panis ſit eiuſdẽ ſpeciei cũ pãe triticeo liꝫ cõ ſecrare ſꝫ hoc ẽ multũ dubiuꝫ ꝗuis aliq̃ dicãt ꝙ in patria Leodieñ ſi ſe minet͛ triticũ naſcit͛ ſpelta vel ſiligo vel far. Si v̓o talis panis nõ ſit eiuſ deꝫ ſpeciei cũ pane triticeo lucida ẽ rñſio ꝙ nõ licet ꝯſecrare ſed adhuc ẽ difficultas de amydo an liceat cõ ſecrare in pane ex ipſo cõfecto. Ad hoc rñdet͛ affirmaᵘᵉ. naꝫ ꝑꝑt͛ made factionẽ aut decoctioneꝫ nõ videtur mutare ſpeciẽ. Queres adhuc quid de paſta an liceat conſecrare. Ad h̃ rñdet͛ negatiue: rõ ẽ qꝛ nondũ ẽ pa nis nec ſufficit ꝙ ſit eiuſdeꝫ ſpeciei cũ pane. nã tũc liceret cõſecrare tri ticũ in campis qd̃ eſt abſurdum.

❡ Queres vlterius vtrũ aqua ſit de neceſſitate cõſecraᵗⁱˢ. vini. Ad hoc rñdet͛ ꝙ nõ eſt de neceſſitate ſa cramẽti ſed ſoluꝫ de neceſſitate pre cepti nam greci vt magr̃ in lr̃a dicit cõſecrant et nõ ponũt aquã intra vi

nū. Latini tñ tenent ponere ꝓpter pręceptū. Inſup ē multū conſonuꝫ rōi ponere aquā cū qꝛ credendum ē ſaluatorē nr̄um poſuiſſe cuꝫ ipſe fuiſſet mirabil'r ſobrius tū etiā qꝛ de latere eiꝰ in cruce exiuit ſanguis ⁊ aq̄. Unū tñ ē aduertenduꝫ ꝙ ſacerdos d̄bet ponere parū de aq̄ ⁊ quāto minus ponit tāto melius facit: vt citiꝰ talis aq̄ cōuertat̄ in vinū nā ſi poneret inabundantia deſtrueret̄ vinū ⁊ non conſecraretur vel maneret ibi aqua adiuncta ſanguini chriſti.

¶ Quęrit̄ tertio circa eandem di. quale corpus dedit xp̄us apoſtolis in vltima cœna. Ad hāc difficultateꝫ rn̄det Ugo de ſctō Uictore: ꝙ dedit corpꝰ immortale ⁊ impaſſibile vn̄ dicit ꝙ ſaluator nr̄ aliq̄n accepit dotē ſubtilitatꝭ vt puta qn̄ egreſſus ē de vtro v̄ginis: interdū dotem agilitatis vt puta qn̄ ambulauit ſupra mare aliq̄n dotē claritatꝭ quando transfiguratus ē in monte tabor In vltima v̄o cœna accepit dotem impaſſibilitatꝭ ne lacerare̅t dentibꝰ apoſtoloꝝ. ¶ Hęc tñ rn̄ſio ē contra determinationē Innocētij. 3. Inſuper ſupuacaneum vr̄ ꝙ aſſumpſerit talē dotē. nā ſine tali dote ē impaſſibile in ſacr̄o altarꝭ. Propterea oēs doctores theologi ſequuntur papā Innocentiū ⁊ rn̄dent ꝙ ſaluator nr̄ dedit Apoſtolis corpus ſuū mortale ⁊ paſſibile. Cōtra iſtā rn̄ſioneꝫ arguit̄ authoritate ⁊ rōe. authoritate. ſ. gloſſe ſup. 17. Cap. Mat hēi dicētis ꝙ ſaluator dedit corpus immortale ⁊ impaſſibile. Rōe arguitur ſic ſeq̄retur ꝙ Apoſtoli manducando corpus xp̄i in cœna diuiſiſſent et laceraſſent ipſum dentibus ꝯn̄s ē abſurdū igit̄ et rn̄ſio. ſeq̄la pꝫ qꝛ nullū erat impedimentū quare ipſum nō laceraſſent. ¶ Ad hoc argumentuꝫ rn̄det̄ ꝙ authoritas illa intelligitur ꝙ erat tūc corpus xp̄i ſub mō ipaſſibili ⁊ incorruptibili. nō eīm pōt pati in ſacr̄o altaris qꝛ ē ibi diffinitiue ſecundū ſe ⁊ q̄libet ſui. Ad rōem rn̄det̄ negando ſeq̄lam ⁊ ad probationē negat̄ aīs ⁊ dr̄ ꝙ impedimentuꝫ erat modus ſacr̄alis vel quia dn̄s v̄ous nō cōcurrebat cū dentibus apl'orum ad diuidendum corpus chriſti et ſine deo nihil fit.

¶ Quęrit̄ quarto circa eandeꝫ diſtin. ſi btūs Petrus conſecraſſet die veneris ſancta mane ⁊ ſeruaſſet vſq; ad diē reſurrectionis an fuiſſet xp̄us mortuꝰ in illo ſacr̄o. ¶ Ad hāc difficultateꝫ rn̄det̄ a doctore ſctō. ꝙ mortuus fuiſſet ⁊ ſi dicas nō fuiſſet flagellatus in ſacr̄o neq; collaphizatus ḡ nō fuiſſet mortuꝰ. negat ꝯn̄aꝫ ⁊ rō aſſignat̄: qꝛ flagellatio ⁊ v̄beratio fiūt ab extrinſeco. mors aūt p ſeparationē aīe a corpore: quę ē ab intrinſeco. ¶ Sꝫ reuera ⁊ ſi ita potuiſſe cōtingere non tñ ē neceſſariuꝫ hēmus eīm ex legenda diui Martini ꝙ diuꝰ Ambroſius dormiebat mediolani ⁊ in eodeꝫ tp̄e celebrabat exeq̄as diui Martini in vrbe Turonenſi et ſic dormiebat in vno loco ⁊ vigilabat in alīo. Immo cantabat quare poſſibile fuiſſet ꝙ xp̄s fuiſſet mortuus in cruce ⁊ nō in ſacr̄o altaris ſ̄uato a p̄ncipe apoſtolorum.

¶ Quęritur quinto circa hanc

diſti. an laici teneantur coīcare ſub vtraq̃ ſpē. ¶ Pro ſolutione huius difficultatis ē aduertendū q̄ maledictus Luther veteruȝ hereſum inſtaurator tenet ptē affirmatiuā huiꝰ difficultatis quā etiā aſſeruerunt Joannes Hus ⁊ Hieronymus de Praga ⁊ renouauerūt hereſim antiquaȝ Joannis Wicleff ⁊ puerterūt oēs Boemos ⁊ dederunt ipſis intelligere q̄ ſacerdotes defraudabant eos a grā ſpūs ſcti que dabaẗ in ſumptione ſanguinis xp̄i: quare Boemi ſeparauerūt ſe ab obedientia romani pontificis vſq̃ in hodiernū diem. Illi tñ duo heretici coacti fuere in concilio Conſtantieñ. refellere ⁊ reuocare illaȝ hereſim ⁊ multas alias poſt: quā reuocationem ⁊ abiurationē redierunt ad vomitum tanq̃ canes: idcirco fuerunt cōbuſti ⁊ cineres piecti. ¶ Proptea tenenda ē pars negatiua conformiter ad determinationem eccleſie vniuerſalis in prefato concilio.

¶ Contra iſtaȝ rñſionē arguiẗ ſic ſaluator nr̄ Joan. 6. inquit amen amē dico vobis niſi manducaueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis eius ſanguinē nō hēbitis vitā in vobis ḡ laici teneaẗ coīcare ſub vtraq̃ ſpē. Ad hoc argꝰᵘᵐ. rñdetur negādo ꝯñam ⁊ rō ē q̄ȝ tale preceptū intelligitur ḋ manducatione ſpūali ⁊ nō de ſacrali ⁊ q̄ ħ ſit verꝫ pȝ q̄ȝ in eodeȝ Cap. añ ꝟba allegata ſaluator ait ſi quis mā ducauerit ex ħ pane viuet ī eternū ⁊ poſt ꝟba allegata in eodē Ca. ſaluator dicit q̇ manducat hunc panē viuet ī eternū ex q̇bus duabꝰ auctoritatibus clare elicitur q̄ ſufficit mā ducare panem: nec miruȝ q̄ȝ vbi eſt panis cōſecratus: ibi eſt ſanguis xp̄i. Inſuꝑ ſi dareẗ ſanguis xp̄i conſecratus laicis facile caderet in terraȝ vel deſcenderet ꝑ pilos barbe ⁊ ſic fieret iniuria ſaluatori. Inſuper nō facile poſſet cōſeruari ꝓ īfirmis nā fieret acetoſum ⁊ ſine magno piculo non poſſet deferri ad īfirmum videlȝ ſine effuſſione. Itē in q̇ vaſe cōtineret vinū cōſecratū ꝓ q̇ndeſiȝ milibꝰ parrochianoꝝ ſancti Euſtachij Pariſienſis. Preterea laici crederēt q̄ eſſent duo ſacra ꝓpẗ hec vitanda ſctā maẗ ecclīa ī cōcilio Conſtantieñ. ꝓhibuit laicis coīcare ſub vtraq̃ ſpē. Cōtra iſtā ſolutioneȝ arguiẗ xp̄s inſtituit ſub vtraq̃ ſpecie ⁊ coīcauit aplīs ſub vtraq̃ ſpē ⁊ mā datū dedit oībus dicēs bibite ex eo oēs Luce. 22. Inſuꝑ in ṗmitiua eccleſia coīcabant ſub vtraq̃ ſpē ſicut ꝓbatur ꝑ ciprianū tractatu ḋlapſis vbi hr̄ diaconꝰ ſacrūȝ calicis puelle īnfudit. Ad ṗmam reᶜᵃᵐ. rēr q̄ oēs illi q̇ erant ī cena erāt aplī ideo illō dictū bibite dictuȝ eſt ſacerdotibus et non laicis. Ad aliā reᶜᵃᵐ. rēr q̄ inter aliquos fuit talis vſus ſed actuū ſecūdo non fiebat ab aplīs ⁊ ꝓpter īconuenientia allegata mutatus eſt talis vſus. Et ꝑ maiori enucleatione ꝟitatis cathoᶜᵉ. volo adueheam corroborare rōnibꝰ in auctoritatibꝰ fundatis ṗma eſt quia euntibꝰ duobus diſcipulis ī Emaus ſal. nr̄ ſub ſola ſpē panis dedit ſacrm̄ ſcd̄m Augu. li. 3. de cōſenſu euāgeliſtaꝝ ⁊ cri. ſup Matheū et Mathei. 6. hr̄ q̄ debemꝰ q̇rere a deo panē nr̄um ſuꝑ

ſubſtancialē ꝛ nulla mentio fit de vi
no ſimil'r actuū. 2. hr̄ erant pſeuerā
tes in doctrina apl'oꝝ et coīcatione
fractiōis panis ꝛ ad hebreos. 5. pa-
ſcha nr̄um īmolat⁹ ē xp̄s itaqꝫ epu-
lemur i azimis ſinceritatis ꝛ verita
tis ꝛ tamē nulla fit mētio vbiqꝫ vini
ſed ſolū panis. Inſup Iheronim⁹
Ambroſius Euſebi⁹ Bn̄dict⁹ mo-
rituri coīcauerūt ſolū ſub ſpē panis
Et feria. 6. ſancta Sacerdotes coī-
cant ſolū ſub ſpē panis. Pretea di-
uus Ambroſi⁹ i li. de ſacr̄is loquēs
de coīcatione laicoꝝ nō meminit ni
ſi de ſpē panis pariforma Ignati⁹
ī epl'a ad Epheſeos, nō meminit ni
ſi de ſpē panis gre. li. 3. dialogi ref-
fert de ſctō agapito ꝙ mutū ꝛ clau-
dū porrectiōe cor. dn̄ici ſanauit nul
la hita mētione vini pręterea conciliū
remenſe vt hr̄ d̄ conſe. diſ. 2. Ca. p-
uenit, phibet ne laici portent ſacrū
corporis ad infirmos ꝛ nulla fit mē
tio ſpērū vini ꝛ i Ca. preſbit' eiuſdē
diſ. precipit' de euchariſtia panis vt
ſacerdos ſemp habeat paratā de vi
no nihil p̄cipit' ꝛ eſt Ca. concilij Ge-
namarcīēſis. Et Ca. 2. de electione
ꝛ electi ptāte in cōcilio Sardicenſi
oſius, phibet q̄buſdā temerarijs vt
nec laicā pcipiant coīonez niſi peni-
teāt in fine et q̄ eſt laica communio
niſi euchariſtie ſub ſpecie pāis ſum
ptio. Simile cōſtituit' in ꝯcilio Aga
thenſi de ſacerdote crimīnoſo q̄ tru
ſus in monaſteriū laicam tantuz ſu-
mat coīonē. Poſtremo rez miracu
lis teſtatā reffert Alexāder de Ales
ꝙ cū religioſi inſtarēt, p ſumptione
ſub vtraqꝫ ſpē duz ſacerdos eſſet in
actione ſacr̄i aparuit patena plena
ſanguine qd̄ videntes religioſi ob-
ſtupuerūt q̄ ſigno viſſo petitio coꝝ
ceſſauit. ¶ Cōtra iſtā rn̄ſionē argui
tur laici gręci coīcant ſub vtraqꝫ ſpē
g̊ laici latini nō debēt eē deterioris
conditionis. Ad hoc rn̄det' ꝙ Gręci
nō bn̄ faciūt maxime q2 ab exordio
primitiuę eccl'ię nō ſolebāt laici coī-
care ſub vtraqꝫ ſpē. Legit' eñ actu-
um. 2. Ca. ꝙ Apoſtoli dabāt panez
conſecratuz laicis nulla tñ prorſus
mētio fit de vino conſecrato. Inſup
eccl'ia vl'is det'minauit vt dictuz eſt
igit' gręci tenentur obedire: vel al's
peccabunt diuidendo tunicā chriſti
inconſutilem.

Ubi illa accidentia funden tur. Diſtinctio. XII.


I autez q̄
ritur de ac
cidentibus
que rema-
nent. id eſt
d̄ ſpeciebus
ꝛ ſapore et
pondere in quo ſubiecto fundē
tur. potius mihi videtur faten
dum exiſtere ſine ſubiecto q̄ꝫ eſ
ſe in ſubiecto: quia ibi non ē ſu-
bſtātia niſi corporis ꝛ ſangui-
nis dominici q̄ non afficitur il
lis accidētibus. Non eñ corp⁹
xp̄i talē habet in ſe formam ſed
qualis ī iudicio apparebit. Re
manent ergo, illa accidentia per
ſe ſubſiſtentia ad myſterij ritū:

ad guſtus fideiq; ſuffragium: quibus corpus chriſti habens formã ꝛ naturaȝ ſuam tegitur.

De fractione ꝛ partibus.

¶ Solet etiã queri de fractione ꝛ partitione q̃ ibi videt̃ fieri vtrũ vera ſit: ꝛ ſi vera fractio eſt cui⁹ rei ſit vel in q̃ re fiat. Cũq; non ſit ibi alia ſubſtãtia q̃ xp̄i. Si i aliqua ſubſtantia ẽ illa fractio in corpore xp̄i videtur eſſe Sed econtra cũ ipſum corpus incorruptibile ſit: qꝛ imortale ꝛ impaſſibile: in ipſo non poſſe eſſe videt̃. Nã ꝛ xp̄us redarguit carnalẽ ſenſum diſcipuloꝝ q̄ putabant carnẽ xp̄i ſicut aliaȝ in ꝑtes diuidendam ꝛ morſib⁹ dilacerandã. Ideo q̄buſdaȝ placet q̄ non ſit ibi fractio ſicut videtur. ſed dicit̃ frangi qꝛ videtur frangi. Quib⁹ obijcitur qđ ait Ambro. Nihil falſi putanduȝ ẽ in ſacrificio veritatis. vel ſicut fit in magoꝝ preſtigijs vbi deluſione quadã falluntur oculi. vt videant eſſe qđ non eſt. Ad hoc illi dicũt. Non fallit nos viſus nec fallit̃ quod eſſet ſi crederet̃ ita frangi vt videt̃. Nec illuſio eſt. qꝛ ad vtilitatẽ fidei: non ad deceptionẽ ita fit: ſicut ꝛ xp̄s ſe oſtendit duob⁹ diſcipulis in via in ſpecie peregrini: nec i eõ tñ talis forma erat: ſȝ oculi eoꝝ tenebant̃ ne eum agnoſcerent.

Aliorum opinio.

¶ Alij vero dicũt q̄ ſicut ibi ſpecies panis ẽ ꝛ non eſt ibi res cui⁹ vel i qua ſit illa ſpecies. ita ẽ ibi fractio q̃ non fit in aliq̃ re. qꝛ nihil ibi frangitur qđ mirabiliter dei potentia fieri dicunt vt ibi fiat fractio vbi nihil frãgit̃.

Aliorum opinio.

¶ Alij tradunt corpus xp̄i eſſentialiter frangi ꝛ diuidi: ꝛ tñ integrũ ꝛ incorruptibile exiſtere. Quod ſe colligere aſſerũt ex confeſſione berẽgarij qui cõfeſſus eſt corã Nicolao Papa ꝛ pluribus epiſcopis: panẽ ꝛ vinum q̃ in altari ponunt̃ poſt cõſecrationẽ non ſolum ſacramentum. ſed etiã veꝝ corpus ꝛ ſanguinẽ xp̄i eſſe: ꝛ ſenſualiter non ſolũ ſacramento. ſed in veritate manib⁹ ſacerdotũ tractari ꝛ frãgi: ꝛ fidelium dentibus atteri.

Sententia probabilior.

¶ Sed qꝛ corpus xp̄i incorruptibile eſt. ſane dici poteſt fractio illa ꝛ ꝑtitio non in ſubſtantia corpis. ſed in ipſa forma panis ſacramẽtalis fieri. vt v̄a fractio ꝛ ꝑtitio ſit ibi: q̃ fit non in

ſubſtantia corpis ſed in ſacro.i. in ſpecie. Ne autẽ mireris vel i ſultes ſi accidentia videant̃ frã gi cũ ibi ſint ſine ſubiecto licet q̃ daʒ aſſerant ea fundari in aere. Eſt ibi vera fractio ⁊ ptitioque fit in pane.i.i forma panis. Vñ apl's ait. Panis quẽ frangim⁹: qꝛ forma panis ibi frangitur ⁊ i ptes diuiditur: xp̃s v̇o integer manet ⁊ tot⁹ eſt i ſingulis. Vñ Aug. Quando xp̃s manduca tur vita mãducat̃. Sed q̇s au deat manducare dñm ſuum: ⁊ tamen v̇itas inuitans nos ad manducandũ ait. Qui mandu cat me viuet ꝓpter me. Nõ oc cidit̃ xp̃s vt manducet:ſed mor tuos viuificat qñ manducatur reficit:non deficit. viuit mãdu cat⁹:qꝛ ſurrexit occiſus:nec qñ manducamus ptes de illo faci m⁹.⁊ q̇dem in ſacro ſic fit. Itẽ. Norũt fideles quõ manducent carnem xp̃i vnuſquiſq; accipit ptem ſuã. Vñ ⁊ ip̃a gr̃a partes vocant̃ p ptes manducat̃ ⁊ ma net integer totus: p ptes man ducat̃ in ſacro ⁊ manet integer tot⁹ in celo. manet integer tot⁹ in corde tuo. Ideo iſta dicunt̃ ſacra qꝛ in eis aliud videt̃ ⁊ ali ud intelligit: videt̃ panl ⁊ calix quod ⁊ oculi renunciant. quod autẽ fides inſtruenda poſtulat panis eſt corpus xp̃i: calix ẽ ſan guis. Ex his datur intelligi q̄ fractio ⁊ ptes que ibi videntur fieri in ſacramento fiunt.i. i ſpe cie viſibili. Ideoq; illa berẽga rij v̇ba ita diſtinguenda ſunt vt ſenſualiter: non modo ſacramẽ to: ſed in veritate dicat̃ corpus xp̃i tractari manib⁹ ſacerdotũ: frangi v̇o ⁊ atteri dentibus: ve re quidẽ ſed in ſacramento tan tũ. Vera ergo eſt ibi attritio et ptitio: ſed in ſingulis ptib⁹ to tus eſt xp̃s. Unde Hiero. Si guli accipiũt xp̃m dñm ⁊ in ſin gulis portionibus tot⁹ eſt: nec p ſingulos minuit̃. ſed integrũ ſe prebet ſingulis. Iteʒ Hyla. Ubi ps ẽ corporis: ibi ẽ ⁊ totũ.

Quid ille partes ſignificẽt.

¶ Quid autẽ partes ille ſigni ficent Sergius papa tradit in quiẽs. Triforme eſt corp⁹ xp̃i: ps ablata in calicẽ miſſa corpus xp̃i quod iam ſurrexit mõſtrat. ps comeſta ambulãtem adhuc ſup terram. ps in altari vſq; ad finẽ miſſe remanẽs. corpus ia cens in ſepulchro ſignificat: qꝛ vſq; in finem ſeculi corpa ſctõ rũ in ſepulchris erunt. Et ſicut ptes ille myſticã tenent ſignifi

cationē: ita etiā & fractio' paſſionis xpi & mortis eſt repreſentatio. Vñ ipſe ait. Hoc facite in meā cōmemorationē. i. in memoriā paſſionis & mortis mee. Nam vt ait Amb. Quia i morte xpi liberati ſumus huius in edendo & bibēdo carnem & ſanguinē memores eſſe debemus. Sed caueat qſq; ne indigne pcipiat: qr iudicium manducat. Non eſt eñ iſte panis q vadit in corpus ſed panis vite eterne q aie nr̄e ſubſtantiā fulcit. Sic ergo viue vt quotidie merearis accipe: nec accedas indignus. Indignus eſt q aliter celebrat myſteriu; q̄ʒ xp̄us tradidit. vel q habēs mortale pctm̄ accedit. Ergo & ſi ſint pctā quotidiana vel nō ſint mortifera anteq̄ʒ accedas dimitte debitoribus tuis. Si dimittis dimittet tibi. & ſic ſecurus accede. Panis eñ ſalutaris eſt. nō venenum. Si ita accedis: ſpūaliter manducas. Spūaliter eni; manducat: qui innocentiam ad altare portat.

Si illud ſit ſacrificiu; & ſi ſepius immoletur chriſtus.

prędicto feſto: licite ſortes poterit
accipere quinq3 aureos vltra centũ
vi mutui ⁊ non tenebitur ad reſtitu
tionẽ ergo dicta nulla. ¶ Pro hui9
argumenti ſollutione eſt aduerten-
dum ꝙ ſcđm Conrardũ aliquę cõdi
tiones reqruntur ad hoc ꝙ talis cõ
tractus ſit licitus. Prima eſt ꝙ ta-
lis cõditio nõ ſit appoſita in fraudẽ
vſurarum: ita ꝙ talis creditor ma-
uult habere ſuas pecunias ꝙ̃ dila-
tionẽ ſolutionis. Scđa conditio eſt
ꝙ nõ ſequatur diffamatio talis cre-
ditoris: q2 tunc ſcandalizaret ſeipſũ.
Tertia eſt ꝙ in pręfixo termino nõ

teneatur creditoꝛ mutuare debitori naꝫ tunc nō poſſet exigere pœnā Quarta conditio eſt ꝙ talis pœna non ſit exceſſiua: nā tunc talis cōtractus eſſet illicit⁹. ℭ Iſto notato reſpōdetur ad formā argumenti: ꝙ ſi iſte conditones ſubintelligantur in caſu argumenti talis pōt licite accipere illos qnqꝫ aureos et non tenebitur ad reſtitutionē. Et ſi arguas quia videtur capere ratione cupiditatis ergo illicite capit illos quinqꝫ aureos. Ad hoc negatur añs: imo capit rōne negligētię illius debitoris. nā potuit ſatiſfacere et nō ſatiſfecit.

ℭ Quarto arguit̄ ſic poſito ꝙ ſoꝛtes idigeat pane: quē habet plato et det mutuo platoni pecunias vt ipſe plato det ei mutuo panem. tunc in tali caſu ſoꝛtes capit aliquid vltra ſoꝛteꝫ a platone vi mutui ⁊ nō tenetur ad reſtitutionē: ergo dicta nulla. ℭ Ad hoc argumentum facile rūdetur ꝙ ſoꝛtes nō capit vi mutui: ſed ſibi debetur panis rōne neceſſitatis: ſimiliter et mutuę beneuolentię. Ex iſta ſolutione ſequitur coꝛolarie ꝙ mutuatoꝛ poteſt licite ſperare beneuolentiaꝫ ab ipſo mutuatario: immo mutuatarius iure naturali tenetur ad antidora.

ℭ Quinto arguitur ſic poſito caſu ꝙ molendinari⁹ det pecunias mutuo piſtoꝛi vt veniat ad ſuū molendinū capit aliqd vltra ſoꝛtem vi mutui ⁊ nō teneur ad reſtitutionē ꝗ dicta nulla. Idē argumentum pōt fieri de regente: q dat mutuo pecunias ſcolaſtico: vt frequentet ſuas lectiones. ℭ Pꝛo ſolutione huius argumēti eſt aduertenduꝫ ꝙ ſi molendinarius non capiat a piſtoꝛe vltra ꝙ̄ alij molendinarij ſolēt capere: et adeo bene operetur ſicut alij liceꝫ ei capere pecunias ⁊ non capit eas vi mutui: ſed molturę et laboꝝ ſuorum. ſed ſi plus caperet ꝙ̄ alij aut non adeo bene operaretur tunc cōmitteret vſuram ⁊ teneretur ad reſtitutionem. Pꝛopoꝛtionabiliter ē dicendū de regente ꝙ ſi ipſe ſit doctus ⁊ adeo bene laboꝛet in lectura ſicut alij licite pōt accipe pecunias a ſcolaſtico nō vi mutui: ſꝫ rōne ſuorum laboꝛum: ſed ſi non eſt doctus aut continuus in lectionibus committit vſurā ⁊ tenet̄ ad reſtitutiōeꝫ.

ℭ Sexto arguit̄ ſic. poſito caſu ꝙ ſoꝛtes acceperit mutuo a platone centuꝫ aureos ea lege: ꝙ in feſto paſchatis debet ei reſtituere cētū ⁊. 10. ⁊ venit cicero querēs a ſoꝛte cētū aureos ſub eadē lege: tunc ſoꝛtes capiet a cicerone deceꝫ aureos vltra ſoꝛtem et non tenebitur ad reſtitutionē ergo dicta nulla: minoꝛ ꝓbatur: capiet illos decē aureos rōne ſui damni: ergo nō tenebitur ad reſtitutionem. ℭ Ad hoc argumentū reſpondetur dato caſu negādo minoꝛē ⁊ ad ꝓbationē dicitur ꝙ nō capiet ratione damni emergētis. qꝛ iam ipſe incidit in illud damnū anteꝙ̄ mutuaret ciceroni: ideo illud damnū non eſt emergens ſꝫ lapſū ideo non poteſt tales decē aureos accipere a cicerone.

ℭ Septimo arguitur ſic. poſito caſu ꝙ aliqs colonus det aliqͦ

feudum alicui domino in pign⁹ pro mille aureis: quos accepit mutuo ab ipſo dño et valeat feudũ annuatim viginti aureos tunc in fine decẽ annorũ colonus reſtituat domino ſuos mille aureos: tũc dñs recipiet vltra ſortẽ ducentos aureos et non tenebitur ad reſtitutionẽ ergo dicta nulla: añs patet auctoritate Alexãdri tertij extra de vſuris lib. 5. cap. conqueſtus. ¶ Pro ſolutione hui⁹ argumenti eſt aduertẽdũ ꝙ doctores theologi reputant talez contractum vſurariuz niſi talis colonus in principio receperit talẽ feudũ ea lege et cõditione ꝙ quãcunq; ĩpignorabit id dñs poterit ſuſcipere fructus ipſius feudi et de tali feudo loquit romanus pontifex in cap. allegato ſed reuera tales cõditiones raro vł nunq̃ addũt. ¶ Propterea alit reſpondetur. ſ. ꝙ in caſu illi⁹ ca. nõ eſt vera impignoratio: ſed eſt venditio illius feudi cũ conditione reemẽdi ſicut qñ aliqs conſtituit redditus tẽporales ſup domũ vel vineã: nam ſi eſſet ibi vera ĩpignoratio poſſet dominus cogere colonũ ad reſtituendum ſibi ſuos mille aureos: nam talis eſt natura ĩpignorationis vt ptz intuẽti practicã: modo in tali cõtractu ſi colonus nõ vult reſtituere mille aureos: nõ cogetur a dño: nec poterit cogi ad reſtituendũ: niſi eſſet vera impignoratio dñs teneret defalcare illos. 200. aureos a ſorte pricipali mille aureorum: quia alias eſſet manifeſtus vſurarius.

¶ Octauo arguitur ſic poſito ꝙ ſortes ducat bertã in vxorẽ et ſocer eius dat illi vnũ pagũ: q2 non hz pecunias in promptu ea lege: vt recipiat redditus quouſq; dederit illi mille aureos in dotẽ: in fine decem annorum ſocer dat ei mille aureos tunc ſortes recipiet fructus illi⁹ pagi vltra mille aureos et nõ tenebit ad reſtitutionẽ ergo dicta nulla: minor patet ex cap. ſalubriter lib. 5. extra de vſuris ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝯñaz: et rõ eſt: q2 ſortes capit illos fructus pagi: pro ſupportandis oneribus matrimonij et nõ capit vi mutui ĩmo equalẽter capit rõne itereſſe. ſ. dãni emergentis vel lucri ceſſantis.

¶ Nono arguitur ſic campſores capiunt aliqd vltra ſortẽ vi mutui et non tenentur ad reſtitutiõem ergo dicta nulla: maior probat pro viginti ſolidis cuz decẽ denarijs capiunt ducatũ valentẽ viginti et vnũ ſolidos ergo capiũt aliqd vltra ſortem vi mutui. ¶ Ad hoc argumẽtuz facile rñdet negando maiorẽ et ad probationem negatur ꝯña et rõ eſt: q2 nõ capiunt illos duos denarios vi mutui: ſed propter ſuos labores mediãtibus quibus vtiliter ſeruiũt reipublice: idcirco piſtor vł aliquis alius artifex non põt capere pro cãbio vnius ducati duos aut tres denarios neq; vnũ quia ipſe nullos labores capit ad cõgregandã monetam: inſup nõ eſt paratus dare cambium vnicuiq; petenti ſicut ſunt parati ipſi campſores.

¶ Decimo arguit cambia ſũt licita et in ipſis capit aliqd vltra ſortem vi mutui g dicta nulla. ¶ Pro

huius argumēti ſolutiōe eſt aduer-
tendum ꝙ duplicia ſunt cābia. Que-
dam ſunt realia. alia ſunt ſicca ficta
et diabolica exēpluʒ priorūʒ ſortes
paterfamilias hʒ duos filios: vnuʒ
parrhiſijs ⁊ alterū romę vult mitte
re. 100. aureos vnicuiqʒ et rogat ali
queʒ mercatorē vt faciat dare filijs
ſuis. 200. aureos vnicuiqʒ. 100. et p
quolʒ aureo dat ipſi mercatori vnuʒ
ſolidum vel duos et tunc mercator
dat illi duas ſedullas cābiorū: in q̄-
bus pręcipit ſuis factoribꝰ dare fi-
lijs ſortis ducētos aureos: ſilr pla-
to habʒ mille aureos vult petere ro
mā ⁊ timet ne expoliet a latronibꝰ
ideo rogat aliquē mercatoreʒ ꝙ fa-
ciat ſibi dare mille aureos romę: et
pro quolibet aureo dat illi vnū ſoli
dum vel duos: et mercator dat illi
ſedulā: in qua iubet factori ſuo da-
re mille aureos ipi platoni: talia cā
bia ſunt licita et meritoria: ſi fiāt in
gratia: ⁊ nō accipit ibi aliq̄d vi mu-
tui: ſed propter labores ipſoꝝ mer
catorū: nā ambo mercatores tenē-
tur ſibi iuicē dare rōnē de pecunijs
datis et receptis: preterea ſi aliq̄s
nunciꝰ tales pecunias ferret: licite
acciperet duos vl' tres ſolidos pro
quolibet aureo ſicut ſolent accipe-
re nūcij picardoꝝ normanoꝝ flami
goruʒ et britonum parrhiſijs: ergo
mercator propter eandē cauſam li-
cite pōt accipe vnū vl' duos ſolidos
pro q̄libet aureo. exēplū ſcđorū ſor
tes indigens mille aureis quęrit il-
los a platone ditiſſimo mercatore:
qui eſt contētus dare dummodo ca
piat eos ad cambium et faciat lite-
ras cuidā homini ignoto: qui mora
tur lugduni: in q̄bus p̄cipiat illi da-
re mille aureos illi queʒ deſignauit
plato et interdū tales literę non ex-
eunt vrbē valentiā: interdū vero ex
eunt ⁊ pręſentant mercatori lugdu
neñ. qui reſpondet ꝙ nō cognoſcit
ſortē neqʒ dabit vnā fabā pro eo et
tunc fiunt illi proteſtationes: quę re
mittunt cuʒ literis cambiorū ad vr
bem valentinā et paup ſortes cogi-
tur tunc ſoluere mille aureos et dā
num et intereſſe. et ſilia cambia fre
quentant mirabiliter in hac vrbe: q̄
re vera non ſunt cābia: ſʒ vſurę pal-
liate ſub colore cambiorū: et tales
mercatores credētes decipere deū
et eccleſiam ſeipſos decipiunt ⁊ dā-
nant. et iuxta dictū Auguſtini lucrū
recipiūt in arca et dānuʒ in ꝯſciētia
¶ Iſto notato rñdetur ad formam
argumenti diſtinguendo maiorem
vel loquendo de p̄mis cambijs et
ſic conceditur illa et negat minor.
vel loquendo de ſecundis et ſic ne-
gatur illa maior. nam talia cambia
ſunt vſurę palliatę vt dictum eſt.

¶ Undecimo arguit: aſſecura
tores capiunt aliq̄d vltra ſorteʒ vi
mutui et nō tenent ad reſtitutionē:
ergo dicta nulla. maior pbatur i ca
pitulo Nauigāti extra de vſuris lib.
quinto romanus pōtifex dicit ꝙ ta-
les capiunt aliq̄d vltra ſortē vi mu-
tui ergo maior vera. ¶ Ad hoc ar-
gumentum rñdetur negando ma-
iorem et ad probationē negatur ꝙ
romanus pontifex in cap. allegato
loquatur de his aſſecuratoribus: ſʒ
ſolum loquitur de quodā mercato-
re qui noluit dare mutuū alteri na-

uiganti niſi talis in ſe ſuſciperet periculum et acciperet ipſe aliquid vltra ſortē vt patet intuenti præfatū caput. Uñ iſti aſſecuratores nō ceperūt aliquid vi mutui. Immo in rei veritate nihil dant mutuo: ſed dūtaxat accipiunt periculū: ita ꝙ ſi nauis perdatur ipi tenent̄ ſatiſfacere et certū eſt ꝙ pro tali ſuſceptiōe periculi licitū eſt aliqd accipe: imo ſi talis aſſecurator ſit diues ꝛ mercator non habeat niſi .200. aureos in merſib⁹ magnā gratiā ei facit aſſecurando ipſum pro ſex vel octo aureis: nā aufert ab eo oēm ſollicitudinē: eſſet eñ ſollicitus ſi nauis ſubmergeretur vel caperetur a piratis aut ſaracenis: ꝛ facta aſſecuratione poteſt dormire ſecure.

¶ Duodecimo arguit̄ ſic: vſurarius eſt dñs vſurę: ergo nō tenet̄ eam reſtituere: añs ꝓbat̄ illę quia accepit mutuo ab vſurario libent̄ dat vſurā et vſurarius libentius accipit ergo vſurari⁹ eſt dñs vſurę: ¶ Pro hui⁹ argumenti ſolutiōe eſt aduertendū ꝙ aliq doctores theologi tenent ꝙ vſurarius eſt dñs vſure ꝛ nihilominus tenet̄ reſtituere: ſ; reuera non eſt defenſabilis iſta opinio. qđ triplici rōne probatur Ad hoc ꝙ aliqua donatio ſit iuſta: reqritur ꝙ dās libere det: ſed ille q̄ accipit ad vſurā non libere dat: q: ſi poſſet habere ſine vſura nullo mō daret vſuram ergo nō libere dat: et ꝑ ꝯñs talis datio nō eſt iuſta nec rata. Scđa rōne arguit̄ ſic. Ad hoc ꝙ aliq donatio teneat nō ſufficit ꝙ dans libent̄ det ꝛ recipiēs libent̄ accipiat: ſ; reqritur vltra ꝙ talis datio non ſit prohibita per legem ſuperioris: modo vſura eſt prohibita per legem naturalē. ſ. ꝙ tibi nō vis alteri nō facias Inſup eſt ꝯtra naturā pecunię ꝙ pariat pecuniā: ſilr̄ eſt prohibita ꝑ legem diuinā in teſtamento antiquo: vt patet legenti Pentateuchum ꝛ pſalmiſtā ꝛ ꝓphetas et maxīe Ezechielē: ſilr̄ eſt prohibita in nouo teſtamento Lucę. 6. vbi ſaluator iubet mutuū date nihil inde ſperantes. ſilr̄ eſt prohibita per legē canonicā ergo talis datio eſt nulla: ꝛ per ꝯñs vſurarius nō eſt dñs vſurę. Tertia ratione arguitur ſic. Null⁹ eſt dñs illius rei: quā non pōt retinere aut cōuertere in ſuos vſus: ſed vſurari⁹ non pōt aliquo tempe retinere vſuram: nec conuertere in ſuos vſus ḡ nō eſt dñs vſurę: minor pt; extra de vſuris hęc ꝯña eſt euidens cū maiori. ¶ Iſto notato rñdetur ad formā argumenti negando añs ꝛ ad ꝓbationē negat̄ ꝙ ille q̄ accipit mutuo libenter dat imo ſi aliter poſſet habere mutuū nullo mō daret vſurā: ſ; illo dato cōſeqntia non valet. quia illa nō ſufficiunt ad verā donationē: ſed reqritur ꝙ nō ſit prohibita talis donatio per legem ſuperioris. ¶ Contra iſtā rñſionē arguitur ſic. Uſura eſt permiſſa lege diuina ergo non eſt prohibita lege diuina: añs ꝓbat̄ deuteronomij. 23. cap. habetur non fœnoraberis fratri tuo: ſed alieno: ergo vſura eſt permiſſa lege diuina. ¶ Ad hanc replicā reſpondetur dupliciter. Uno mō negādo ꝯñam rō eſt: q: deus permittit minora mala vt euitētur maiora: ꝛ

quia iudei erant auari mirabilit ne fœnerarentur ſibiuiucē permiſit fœnerari alienis. ideo dicit Aug. in li. de ordine tolle meretrices e medio et oia cōfundes. Alio modo rñdet q iudei accipiēdo. 10. vel. 20. vl. 40 vltra centū a cananeis nō cōmittebant vſuraz: qꝛ cananei iniuſte poſſidebāt terrā ꝓmiſſiōis nā poſtꝙ dñs deus iam dono dederat filijs iſrael non accipiebāt a cananeis bona ipſorum: ſed bona propria veluti qñ exierunt a captiuitate ęgyptiaca et acceperunt mutuo vaſa aurea et argentea et veſtes cuz animo nō reſtituendi non comiſerūt furtū: qꝛ dñs ſuperior. ſ. deus oia illa dono dederat filijs iſrael in recōpenſam laborum: quibꝰ ſeruierant Aegyptijs. ¶ Scdo arguitur contra eandē reſponſionem: ſequeret q nō liceret emere neqꝫ vendere aliqd vſurario non habenti aliud ab vſuris: ſimilr nō liceret ſuire illi nec locare ei operas: nec docere filios eiꝰ pro pecunijs. omnia iſta videntur abſurda: ergo ſequela ꝓbatur: talis vſurariꝰ nullius rei eſt dñs ergo nō pōt trāſferre dominiū in alterū: et per ꝯñs nihil licet accipere ab eo magis: ꝙ a latrone. Jam probat falſitas cōſequētis. Poſſibile eſt q talis vſurarius meliorauerit res quas tenet ergo ratione talis meliorationis poteſt aliqd accipere: ſimilr rōne induſtrię ⁊ erit verus dñs taliū ergo poſ ei vendre et emere aliqd. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur cōcedendo ſeqlām extra caſum extremę neceſſitatis et negando minorē et ad probationā cōcedit q rōne meliorationis aut induſtrię poterit habere aliqd: ſed illud nō erit vſura et argumētū procedit ſolū de illo: qui habet vſuras ⁊ nihil aliud. ¶ Contra iſtā ſolutionē argut: ſequeret q heredes tenerentur ad reſtitutionē ꝯſequēs eſt falſum ergo ſeqla probatur vſurarius nō erat dñs rerū quas tenebat: ergo non poterat eas relinqre heredibꝰ. ¶ Ad hanc replicā rñdet concedendo ſeqlā ⁊ negando minorem. Immo heredes ꝙdiu retinēt talia bona ſunt in pctō mortali: niſi ignorantia inuincibilis excuſet eos. ¶ Contra iſtā ſolutionē argut: ſeqretur q ſi aliqs vſurarius relinqueret duobus filijs mille aureos quoruz quingenti ſunt adqſiti ex vſura q filij tenerent reſtituere: cōſeqñs eſt falſum ergo falſitas ꝯñtis ꝓbat et ſuppono q qlibet pro pte ſua habuit quingentos aureos: et hinc ad vnum annū minor filiorū ſit in non ſoluendo: tūc ſeqret q maior deberet reſtituere oēs illos quigētos aureos ꝯñs eſt falſuz ꝙ ſequela patet: minor nō pōt reſtituere ergo maior debet tunc reſtituere oēs quigētos aureos. ¶ Ad hanc replicā reſpondetur cōcedendo ſeqlā et negando minorē et dico q qlibz hęres tenet reſtituere pro quota ſua: et ad ꝓbationē dato caſu iuriſtę concedunt q maior debet reſtituere oēs quigentos aureos: theologi vero tenēt oppoſituz. ſ. q ſolum debet reſtituere quotā ſuam. ſ. ducentos ⁊ quinquaginta aureos: rō ē: qꝛ ſi in pma die qua accepit maior hęreditatem paternam reſtituiſſet ſuam quotā fuiſſet deobligatus ⁊ minor remāſiſſet

obligatus ad reſtituendū alios du-
centos et quinquaginta aureos ⁊ ꝓ
hoc ꝙ ex malicia diſſipauit bōa ſua
minor nō eſt obligatus cuꝫ malicia
non debeat ei patrocinari et ꝙ ma-
ior reſtituat in prima die vl' hinc ad
annū nō refert quantum ad obliga
tionē minoris: ergo ſolus minor fi-
lius remanet obligat⁹ ad ducentos
⁊ quinquaginta aureos poſtq̄ꝫ hinc
ad annū maior dabit ducentos qui-
quaginta aureos. ¶ Circa iſtā ma-
teriam vſurarū occurrit duplex du
bium. Primū de vſurario mentali
an ſit dn̄s illius rei: q̄ datur ei vltra
ſortem verbi gr̄a ſortes dat platoni
centū aureos mutuo ⁊ ſperat ꝙ pla
to dabit illi hinc ad menſem centuꝫ
et quinq̄ꝫ ⁊ niſi taliter ſperaret non
daret ei mutuo ⁊ nō petit ꝑ v̄ba ne-
q̄ꝫ nut⁹: neq̄ꝫ ꝑ ſigna q̄ſtio eſt ſi pla-
to dat ei poſt menſeꝫ centū ⁊ quiq̄ꝫ
aureos an ſortes ſit dn̄s illoꝝ quin
q̄ꝫ aureoꝝ. Scd̄ꝫ dubiū eſt an liceat
petere ⁊ accipe ad vſurā. ¶ Ad pri-
muꝫ dubiū quāq̄ꝫ aliq̇ iuriſte ⁊ theo
logi rn̄deant affirmatiue: negatiua
tn̄ poti⁹ eſt tenenda propt̄ determi
nationē Urbani tertij in cap̄. cōſu-
luit extra de vſur. ¶ Ad aliud dubiū
reſpōdetur affirmatiue: ſi talis ha-
beat neceſſitatem: nam ſine neceſſi
tate malefaceret. Unum tamen eſt
notandum: ꝙ dato ꝙ habeat extre-
mam neceſſitatem nunq̄ꝫ debet di-
cere vſurario: date mihi viginti mu
tuo et ego reſtituā vigiti ⁊ quiq̄ꝫ: q2
tunc de directo induceret eū ad pec
catum: qd̄ non licet: ſed bene poteſt
petere mutuo vigiti aureos ⁊ ſi vſu
rarius dicat non dabo tibi niſi des
michi viginti quinq̄ꝫ pō obligare ſe
tunc ad reſtituendū vinti quiq̄ꝫ ⁊ ſi
iuret ſe nō repetiturū illos quiq̄ꝫ au
reos vltra ſorteꝫ poteſt denunciare
eccleſię: nō tn̄ pōt iurare ꝙ nō repe-
tet: neq̄ꝫ denūciabit eccleſię ſicut di
ctum eſt ſupra de mercatore incidē
te in latrones in q̄ſtiōe donatiōis.

¶ Uigeſimo circa eandē diſt.
quęritur an recipiēs redditus pecu
niarios ānuos vl' ꝑpetuos vl' ad vi-
taꝫ: teneat̄ ad reſtitutionē. ¶ Pro
huius difficultatis itelligentia ē ad
uertendū ꝙ duplices ſunt redditus
ſcꝫ pręd iales et pecuniarij. Reddi
tus prędiales ſunt illi: qui habētur
ex vineis agris domibus oppidis:
ſeu vicis aut pagis et de iſtis nō eſt
ambiguū apud doctores: quin ſint
liciti. Alij ſunt redditus pecuniarij:
et iſti adhuc ſunt in multiplici diffe
rentia: quidā eñ ſunt ad vitā vnius
vel plurium et vocantur vitalitia.
Alij vero conſtituunt̄ ſuꝑ iduſtriaꝫ
perſonę et vocantur ꝑſonales. Alij
vero ꝯſtituūt̄ ſuꝑ domos vl' agros
vel appida aut vrbes et ſi ſint redi
mibiles vocant̄ reddit⁹ annui: ſi v̄o
non ſint redimibiles vocant̄ ꝑpetui
et de oīb9 iſtis eſt magna ꝯtrouer
ſia inter doctores. Nam Henric⁹
de gandauo tenet ꝙ oēs iſti reddi-
tus ſunt illiciti et iniuſti. ¶ Contra
quā opinionē arguit Godefrid⁹ de
fontibus. Dn̄s alicui⁹ agri pōt dare
talē agrum alicui colono ea lege vt
annuatim det illi vnū ſolidū ⁊ iuſte
faciet ſcd̄m Henricū ergo talis do
minus poteſt vendere ius leuandi
vnum ſolidū annuatim platoni: et

tunc plato licite recipiet annuatim vnum ſolidum ergo redditus pecuniarij ſunt liciti. ¶ Scdo arguit̄ ſic ſi nō liceret emere tales redit⁹ maxime eſſet q2 in fine vigeſimorum vl' trigeſimorum annorum emptor recipet plures pecunias q̄ꝫ dedit: ſꝫ hoc nō eſt dicendū ergo minor probat̄: ſeq̄retur q̄ nulli liceret emere vineā vl' agrū. ꝯñs eſt manifeſte falſum: ergo ſequela probatur in fine viginti vel triginta annorum emptor vineę vel agri plures pecunias recipiet q̄ꝫ dederit et propter iſtā cauſam nō licꝫ emere redditus: ergo propt̄ eandē cauſam nō licebit emere agrū vl' vineam. ¶ Pręterea cōtra opinionē Henrici ē expſſa determiatio duorum romanorū pontificū. ſ. Martini. 5. et noſtri ſympatriotę et conteranei Caliſti tertij vt habetur in libro. 5. extrauagantiū cōium. ¶ Propt̄ea reſpondetur cum Godefrido de fontibus q̄ oēs redditus pręnominati ſunt liciti ꝛ iuſti. dūmō fiant ſecūdū morē patrię ꝛ nulla fraus aliena interueniat.

¶ Contra iſtā reſponſionē ar̄. ſic pecunia nō ē inuēta: vt ſit terminus emptionis: ſꝫ vt ſit mediū: ſꝫ ſi licitum eēt emere ꝛ vendere reddit⁹ pecunia eēt termin⁹ emptionis vel venditionis g̃ nō licitum eſt emere aut vendere redditus. ¶ Ad hoc argumentū rñdet̄ diſtinguendo minorē vel q̄ ſit termin⁹ immediatus ꝛ formalis et ſic negat̄ illa immo ius ſiue poteſtas leuandi aliq̄d annuatim ē t̄minus immediatus ꝛ formalis in emptione vel venditione redituum. ſi vo minor intelligat̄ de t̄mino mediato conceditur illa ꝛ negat̄ maior procedendo de termino mediato ꝛ remoto.

¶ Scdo arguitur ſic oīs ille contract⁹ ē illicitus in q̄ emēs accipit vel intēdit recipe pluſq̄ꝫ det: ſed in oi emptione redditū emēs accipit vel intendit recipe plus: q̄ꝫ det g̃ oīs emptio redditū eſt illicita ꝛ iniuſta. ¶ Ad h̄ argtum. rñdet̄ diſtinguendo maiorē vel ſi intendat ſuſcipe in pñti et ſic cōcedit̄ illa ꝛ negat̄ minor: vel ſi intendat ſuſcipe in futuro ſic negat̄ illa ma^or. nā tūc nō liceret emere: nec̄ꝫ vineam nec̄ꝫ agrum nec̄ꝫ domū. nā certum ē: q̄ emēs vineam vel agrum intendit ſuſcipe in futuro plura: q̄ꝫ det non tñ ppt̄ ea emptio vineę vel agri ē iniuſta nam ſatis ē q̄ ī preſenti nō ſuſcipiat plura q̄ꝫ det. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguit̄ ſic nulla ē dr̄a inter emptionē redditum ꝛ contractū vſurariū g̃ oīs emptio redditū eſt illicita: aňs probat̄ poſito q̄ ſortes det Platoni centū aureos ſup domū ei⁹ vt ipſe Plato annuatim det ſorti quinq̄ꝫ aureos: tūc p⁹. 10. annos ſi p̄lo redimat tales reddit⁹ verū erit dicere q̄ ſortes ſuſcepit. 50. aureos vltra ſortem p̄ncipalē vt pote. 100. ꝛ iſte cōtract⁹ eſt idē cū iſto videlꝫ q̄ Robert⁹ det ciceroni mutuo. 100. aureos ea lege q̄ p⁹. 10. annos dabit illi. 150. ꝛ iſte. 2. contract⁹ ē vſurarius ergo nulla ē dr̄a int̄ contractū redditū ꝛ contractū vſurariū. ¶ Ad hanc replicā rñdet̄: negando aňs ꝛ ad probationē nego q̄ tales cōtract⁹ ſint idē. Im

mo ſūt multū diſſimiles nā in prio nullū eſt mutuū ⁊ ſortes nullomō pōt cogere Platonē ad reſtituēdū ſibi.100.aureos neq̧ poſt.10.ānos neq̧ poſt.20. Immo dūmō plo det annuatim ſorti.5.aureos:plo eſt liber: etnullo mō pōt cogi a ſorte: in 2.vo cōtractu Robertus pōt cogere Ciceronem ad reſtituenduȝ ſibi.100.aureos pᵒ.10.annos.nam ibi ē vum mutuū et ſic lata eſt dr̃a int̄ cōtractū p̄m ū ⁊ ſcōm. ¶ Contra iſtā ſolutioneȝ arguit̄ ſequeret̄ q̄ ſi ſortes daret mutuo Platoni cētuȝ aureos ea legevt reſtitueret ſibi poſt.10.annos ⁊ nō antea:tūc ſortes poſſet vendere ius illud leuādi.100.aureos a Platone poſt.10.ānos ꝯñs ē falſum igit̄ falſitas conſequētis ꝓbat̄ ſequeret̄ q̄ poſſet vendere p̄o.90.ꝯñs ē falſuȝ igit̄ ſequela probat̄ ius leuandi cētū aureos pᵒ deceȝ annos nō tm̄valet ſicut ius leuandi centū aureos in pn̄ti anno ergo pōt vēdere tale ius p.90.aureis. ¶ Ad hanc replicā rūdet̄ q̄ non pōt vēdere niſi centū aureis.rō ē:q̄ ius leuādi centū aureos nihil aliud ē q̄ pecunia mutuata Platoni ⁊ debita ipſi ſorti ⁊ ſic nullomodo diſtinguit̄ a mutuo.quare nō pōtvēdi minoris: q̄ centū aureis:niſi oporteret aſſumere aliquos labores ad recuperādā dictā pecuniā ⁊ tūc ratione laborū poſſet minᵒ vēdi. Ex iſta ſolutione ſequit̄ q̄ ſchedule hᵒ ciuitatis inclyte Valentine nō poſſuntvēdi minoris:ratione dilatiōis tp̄is ⁊ ſi minoris emāt̄ur aut vendant̄ ratione dilationis committitur vſura manifeſtaria.

¶ Vigeſimo p̄mo querit̄ quis tenetur reſtituere ⁊ quid ⁊ cui ⁊ qñ.

¶ Pro huius.q.intelligentia ē notandū q̄ doctores ponūt nouē gn̄a hoīum:qui tenent̄ reſtituere inſolidū rē ablatā vltra illū hominem:q̄ p̄ncipalr̄ ⁊ immediate abſtulit ⁊ notant̄ in iſto vſiculo.ſ. Juſſio:conſiliū:cōſenſus:palpo:recurſus:participans:mutᵒ:nō obſtans:nō manifeſtans. Ex quo vſu ſequit̄ q̄ ille q̄ iubet tenet̄ in ſolidū:ſilr̄ ille q̄ cōſulit ⁊ p̄ ꝯñs dn̄i iuriſte qñ conſulunt aliquid ſcienter ꝯtra bonā cauſam tenent̄ ad reſtitutionē:ſilr̄ illi q̄ conſentiūt ⁊ qui blandiunt̄ ⁊ laudāt tale facinus:pariforma illiq̄ recipiūt fures:⁊ q̄ participāt cum eis:⁊ q̄ tacēt qñ reuelare tenent̄ ⁊ illi qui poſſunt impedire ⁊ nō impediūt:⁊ dn̄i iudices:q̄ nō puniūt tales: qñ ſciūt ⁊ poſſunt eos punire:ē notandū q̄ ignorātia iuris nō excuſat iuriſtam turpe ē eī̄ nobili ⁊ patritio ignorare iura : in q̄bus vſat̄.ff.de origine iuris lege.2. Ulterius ē aduertēdū q̄ oēs iſti tenent̄ ad reſtitutionē niſi damnificatᵒ remittat eis ⁊ ipſi nō habeāt volūtatē deprauatā.nam ſi haberēt voluntatē deprauataȝ.ſ.q̄ nollent reſtituere dato q̄ alt̄ non remitteret:tunc adhuc tenerent̄ reſtituere. ¶ Sȝ difficultas eſt an poſſit remitt̄e vni illoꝝ non remittēdo alijs. ¶ Ad h̄ rūdet̄ q̄ pōt remittere illis q̄ ſūt cauſe remote ⁊ mediate nō remittēdo illi q̄ fuit cauſa immediata ⁊ p̄opiqua ⁊ principalis. non tñ pōt remittere illi q̄ fuit cauſa immediata p̄ncipalis ⁊ propinqua nō re-

mittẽdo alijs: rõ ē: q2 ſemp ille q eſt cā principalis τ immediata tenebit reſtituere alijs : q ſunt cauſę remotę: quantūcunq3 ſibi remiſerit damnificatus. Alteri⁹ ē aduertendū ꝙ res ablata ē reſtituenda τ nõ ſolum ipſa qñ ē fructifera: verū etiā fruct⁹ ſunt reſtituendi deductis expenſis τ laborib⁹ τ qñ res nõ ē fructifera ſi dñs talis rei paſſus ē aliquod damnū reſtituendū ē illi etiā ſi fuerit ratione lucri ceſſantiſ. Inſup ē aduertēdū ꝙ reſtitutio deb3 fieri damnificato exceptis trib⁹ caſibus ꝑmus eſt qñ ē oino ignotus τ nõ pōt ſciri. nā tūc deb3 dari pauperib⁹ ſm cõſiliū dñi Epi. Scḋs caſus ē: qñ debitū ē paruū τ oporteret facere magnas expēſas ad reſtituēdu3. tūc eñ ſufficit dare pauperib⁹. S3 quęres poſteaq̄3 erogatū ē pauperib⁹ ſi dominus ſuperueniat: vtrū d̄beat ei fieri reſtitutio. Ad hoc rñdet negatiue q2 negociū ei⁹ geſtū eſt vtilit. Pauperes eñ rogauerūt deū ꝓ eo. Tertius caſus ē: qñ ſcit ꝙ dñs eſt abuſurus immediate vt ſi habeā gladiu3 alicuius furioſi non debeo illi reſtituere: immo ſi reſtituerē peccarem mortalit. Pręterea ē aduertendu3 ꝙ nõ detinere alienū inuito dño ē ꝑceptu3 negatiuū incluſum in illo. ſ. nõ furtū facies immo ex illo ſeqtur in pñā euidēti: vt obligat ad ſemp τ ꝓ ſemp. na3 talis ē dr̄a int pręcepta affirua. τ negaua. ꝙ affirmatiua. obligāt ad ſemp: ſ3 nõ ꝓ ſemp. Negaua. v̄o τ ad ſemp τ ꝓ ſemper propterea qñ aliqs detinet alienū inuito dño ē in mora reſtituēdi: quę ſemp ē culpabilis: niſi talis habuerit legitimā cauſam differēdi: videl3 q2 nunc nõ pōt reſtituere ſine magno ſuo detrimēto τ damnificatus non indiget τ poſt menſem vel duos menſes poterit bene reſtituere.

¶ Contra iſta notabilia arguitur ſic poſito ꝙ ſortes habeat rem Platonis qua ambo extreme indigēt non tenetur reſtituere illā Platoni q̄dicta nulla añs ꝓbat ſi ſortes reſtituat re3 Platoni morietr q2 extreme indiget ex caſu τ magis obligatur ad conſeruandā vitā propriā q̄3 alteri⁹ ergo non tenet reſtituere.

¶ Pro ſolutione h⁹ argumēti ē aduertendū ꝙ doctores oēs cõueniūt in h ꝙ ſi plato citi⁹ deueniat ad extremā neceſſitatē q̄3 ſortes tunc ſortes tenet illi reſtituere: q2 nūq̄3 perdidit dominiū illius ſi v̄o ſortes citi⁹ deuenit ad extremā neceſſitate3 q̄3 plato tūc ſortes nõ tenet reſtituere platoni: q2 iam effectus ē dñs illius τ pl'o pdidit dominiū: ſed difficultas eſt ſi ambo ęque cito deueniant ad extremā neceſſitatē. nam doctor ſubtilis tenet ꝙ ſortes d̄bet reſtituere platoni q2 pl'o nūq̄3 amiſit dominiū illius rei. Inſup h3 tūc duplex dominiū. ſ. nale τ ciuile τ ſi arguas ꝯtra ipſum q2 ſortes tenet cõſeruare vitā ſuā τ ſi reſtituat morietr vt deducit in argto. g nõ tenet reſtituere rñdet ꝙ v̄um ē ꝙ ſortes tenetur cõſeruare vitā ſua3 medio licito τ iuſto: ſ3 illud mediū tūc non ē licitū poſtq̄3 duplici iure ptinet ad platonē. De palude v̄o tenet ꝙ ſortes nõ tenet reſtituere q2 in talib⁹ melior ē conditio poſſidentis. Et ius ci

uile nõ poteſt ðrogare iuri nali Du randus aũt in tractatu de legib⁹ di ſtinguit adhuc caſum vel vnus eoꝝ ẽ melioꝛ aut nullus: ſʒ ſunt ęque bo ni: vel ęque mali. ſi ꝑmuʒ melioꝛ de bet hẽre: qð pꝛobat duplici ꝓbatio ne ꝑma talis q̃ eſt melioꝛ hʒ magis voluntateʒ domini ſupioris. ſ. dei. nã deus magis diligit ipſuʒ q̃ꝫ alte ruʒ ğ melioꝛ debʒ vti tali re. Scða ꝓbatio ẽ talis teſte pħo in. 2. phyſi coꝝ oĩa facta ſunt ꝑpꝉ hoĩeʒ immo ħ teſtaꝉ ſacra pagina in deuterono mio ergo oĩa facta ſunt ꝑpꝉ hoĩem melioꝛẽ ⁊ ꝑ ꝯñs melioꝛ debʒ vti ta li re ⁊ nõ alius. ſi ꝟo eſſent ęqui bo ni vel ęque mali tũ opoꝛteret diſti guere ſic diſtixit doctoꝛ ſubtilis.

¶ Secũdo arguiꝉ ſic: mulier adultera dãnificauit filiũ legitimũ concipiendo pꝛmogenitũ ſpuriũ et nõ teneꝉ ad reſtitutionẽ: ergo dicta nulla: minoꝛ pꝛobatur: ſi teneretur ad reſtitutionẽ teneretur dicere ma rito vel filio ſicut dicunt Richard⁹ et Hoſtienſis ſed hoc nõ eſt dicẽdũ vt egregie impugnat doctoꝛ ſubti lis: nã ſi diceret filio ſpurio non aſ ſentiet illi filius ſpurius nã tunc dif famaret ſeipſum et perderet ſeipm ⁊ perderet hęreditatẽ: ⁊ ſi dicat ma rito occidetur ab eo et diffamabit ſeipſam ergo nõ tenetur ad reſtitu tionẽ. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet doctoꝛ ſubtilis negãdo minoꝛẽ ⁊ ad pꝛobationeʒ negat ꝙ teneaꝉ dicere marito aut filio ſpurio ꝑpꝉ cauſas aſſignatas: nã potius debet conſer uare famã ſuam q̃ꝫ reſtituere here ditatẽ filio legitimo: ſed talis mu lie r debet inducere filium ſpurium ad religionem vel ſacerdotiuʒ pꝛo curando ei aliquod beneficium ec cleſiaſticũ vt renũciet hęreditati ⁊ ſi hoc nõ põt facere: talis mulier tũc excuſatur per ĩpotentiã. naʒ ad im poſſibile nemo obligatur.

¶ Tertio arguitur dñs tenẽs columbaria dãnificat pauperes co lonos et nõ tenetur ad reſtitutionẽ ergo dicta nulla: minoꝛ pꝛobaꝉ ha bet ius talis dñs extruendi colum baria ergo non teneꝉ ad reſtitutio nem. ¶ Ad hoc argumentuʒ rñdeꝉ diſtinguendo minoꝛẽ vel talis dñs aut pꝛęceſſoꝛ eius cuius ipẽ eſt he res dedit terras colonis ea lege: ꝙ ipſe poſſet ędificare columbaria ẽt tũc nõ teneꝉ ad reſtitutionẽ. Si ꝟo non dederit ea lege terras tũc tene tur ad reſtitutionẽ: niſi coloni pꝛopꝉ virtutes dñi liberaliter conſentiãt: neqꝫ eñ fit iniuria volenti.

¶ Quarto arguiꝉ ſic poſito ca ſu ꝙ aliq̃s epiſcopus ſit parat⁹ da re beneficiũ platoni ⁊ ſoꝛtes diſtur bet ipſum ⁊ facit ꝙ cõferat vni alte ri damnificat platonẽ et nõ tenetur ad reſtitutionẽ. ſuppoſito ꝙ ille qui poſſidet beneficiũ ſit idone⁹: ergo minoꝛ pꝛobatur ſi teneretur ad re ſtitutioneʒ ſeq̃retur ꝙ deberet ipſe cõferre platoni ſimile beneficiũ cõ ſequens eſt falſuʒ ergo ſequela pꝛo batur: damnificauit ſoꝛtes platonẽ in illo beneficio ergo illud vł ſibi ſi mile ſoꝛtes teneꝉ ei conferre. ¶ Ad hoc argumentuʒ rñdetur negando minoꝛẽ ſuppoſito etiaʒ ꝙ plato ſit idoneus nã ſi plato nõ eſſet idone⁹

tunc ſortes optime faceret diſturbã do ipſum et ad probationẽ negatur ſequela ⁊ ad pbationẽ negatur conſequentia ratio eſt qꝛ magna eſt differentia inter habere ⁊ prope habere. ſed debet ipſe reſtituere ſm iudicium bonorum virorum.

¶ Quinto arguitur ſic ſequeretur ꝙ ſi aliqs haberet procuratorium ad pcurandũ alicui aliqꝺ bñficium nõ poſſet tale bñficiũ ſibijpſi procurare ꝯñs eſt falſũ: ergo ſeqla probatur: talis teneref tunc ad reſtitutionẽ: ergo nõ põt ſibiipſi procurare beneficiũ: iam probaf falſitas cõſeqñtis. poſſibile eſt ꝙ epiſcopꝰ nolit dare illi a quo habet procuratoriũ ⁊ bñ vult ei dare ergo tunc poteſt ſibi procurare beneficiũ. ¶ Ad hoc argumentuȝ reſpondef: ꝙ priꝰ ſortes qui habet tale procuratoriũ debet procurare beneficiũ pro alĩo ſed ſi videat ꝙ epiſcopus nullo mõ vult dare alteri tũc bene poteſt ſibi procurare: ſecluſo ſcãdalo: ne reputetur fidefragus. ¶ Circa iſtã difficultatẽ dubitatur ſi ſortes nihil debeat platoni et probetur per teſtes omni exceptione maiores ꝙ debet ei decẽ aureos et cogitur per cenſuras eccleſiaſticas dare decẽ aureos platoni: an ſortes teneaf illos dare potius ꝙ̃ pati tales cenſuras eccleſiaſticas. ¶ Ad hoc reſpondef affirmatiue: rõ eſt qꝛ ipſe eſt inf duo pericula conſtitutus. ſ. inter damnum decẽ aureorũ et malã famã. ſ. ꝙ eſt malus chriſtianus rebellis eccleſię ideo qꝛ nõ vult ſoluere: ⁊ reputabif ab omnibꝰ infamis idcirco potius debet pati damnũ decẽ aureorum: ꝙ̃ ſuã propriã ĩfamiam. teſte cm̃ ſapiente. Melius eſt nomẽ bonuȝ: ꝙ̃ theſauri ĩfiniti. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguitur ſic. Plato ꝗ in occulto contraxit cũ Katherina per verba de preſenti et in facie eccleſię cũ Berta potius debet habitare cum katherina et pati cenſuras eccleſiaſticas ꝙ̃ cuȝ berta: ergo pari forma ſortes potiꝰ debet pati cenſuras eccleſiaſticas ꝙ̃ ſoluere decẽ aureos. ¶ Ad hoc rñdetur negando ꝯñam: et rõ et diſcrimẽ eſt qꝛ plato nõ põt habitare cum berta ſine pctõ mortali ideo potiꝰ debet oĩa pati. imo mortẽ ſubire ꝙ̃ habitare cuȝ berta. ſortes ṽo poteſt dare deceȝ aureos ſine peccato.

¶ Queritur vigeſimo ſcðo et vltimo circa hanc diſtinctionẽ vtrũ damnificans proximuȝ in rebꝰ corporis vl' animę teneatur ad reſtitutionem et qualiter debeat ſatiſfacere. ¶ Pro huiꝰ queſtionis itelligẽtia eſt notandũ ꝙ aliqs poteſt damnificare proximuȝ quo ad corpꝰ occidendo vel mutilãdo aut ĩferendo ipſi aliquam cicatricẽ vl' liuorẽ. Si primũ ⁊ talis ſuſpendatur ⁊ capiat in patientia: ſatiſfacit: ſi vero nõ ſuſpendaf: tunc habet ſuccurrere vxori aut filijs aut fratribus aut ſororibus ſi habeat: ſecũdũ arbitriũ bonorũ virorum et dicendũ eſt ita de alijs membris. Ulterius eſt notandum ꝙ aliqs põt damnificare proximũ trifariã quo ad bonũ ſpię: vno modo auferendo indirecte ſcientiã ipſius videlicet ĩpediendo eum ab

ſtudio vt obliuiſcatur eoꝝ que ſcit.
Scđo modo inducendo ad vitia et
peccata. Tertio modo diſuadendo
ei bonū qđ intendit facere: ⁊ oībus
iſtis modis tenet ad. reſtitutionem
⁊ nō ſolū ad īducendū eū ad ſtudiū
et bona opera: verū etiā rogare do
minū deū vt reducat euz ad iter ſa
lutis.

¶ Inſup ē aduertendū ꝙ fa-
ma ſeu bonū nomē cōputatur inter
bona ipſius aīe. ⁊ tribus modis cō-
tingit auferre famam a proximo. ꝓ
mo modo imponendo ei falſuz cri-
mē ⁊ tunc tenet retractare coraz eiſ
dē ⁊ dicere ego mētitus ſum de tali
⁊ male locutꝰ ſuz. nā ipſe ē bonꝰ vir.

¶ Cōtra iſtud notabile argui
tur ſic talis q̄ impoſuit crimē falſuz
ꝓximo potius debet diligere famā
ſuā ꝙ̄ proximi ſ3 retractando coraz
omnibꝰ illis diffamat ſeipſum ergo
nō tenet retractare. ¶ Ad hoc argu
mentū rñdet ꝙ q̄libz magis tenet
diligere propam famā ꝙ̄ alteriꝰ ſi-
ne iniuria proximi: ſ3 talis q̄ impo-
ſuit crimen falſuz nō pōt conſeruare
famā ſuā ſine iniuria proximi quaz
ipſe volūtarie intulit. iō tenet diffa
mare ſeipſum vt ſatiſfaciat ꝓximo:
ad quā ſatiſfactionez obligatur ſub
pena peccati mortalis.

¶ Scđo arguitur ſic poſito ꝙ
aliqs Eps ſit multū doctꝰ ⁊ magne
fame apđ ſuas oues ⁊ imponat ali-
cui ſuoꝝ canonicoꝝ aliquod crimē
falſum corā multis tunc talis Eps
nō tenet retractare illud crimen er-
go notabile nulluz. aūs probat bo-
nū commune ē bonū diuinū ⁊ p̄fe
rendū bono particulari: ſ3 ē qđdaz
bonū cōmune ꝙ talis Eps nō retra
ctet ⁊ retractio illius criminis ſoluz
eſt bonū particulare reſpectu illius
canonici ergo talis Eps non debet
retractare. minor ꝓbat. naz ſi Eps
retractaret ſequeret magnuz detri-
mentū in eius dioceſi. nā oues non
venerarent eū nec aſſentirent dictiſ
eius ⁊ p ꝯñs nō bñ ſeruiret deo ⁊ ſi
nō retractet ipm venerabunt ⁊ aſſē
tient dictis eius et melius ſeruient
deo igit bonū quoddā ē commune:
ꝙ Eps non retractet. ¶ Ad h̄ argu-
mentū rñdet negando ꝯñaz: qꝛ no-
tabile intelligit extra talē caſum. ſi-
cut qñ aliqs nō pōt reſtituere pecu-
nias ſine magno detrimēto rei pu.
tūc nō tenetur eas reſtituere. ¶ Cō
tra iſtā ſolutionē arguit volo ꝙ ſor-
tes ſit teſtis falſꝰ et imponat Pla-
toni aliquod crimē falſum talis na-
ture: ꝙ ſi ſortes retractet ſuſpendet
⁊ ſi nō retractet pro nihil mali habe
bit ꝓpt fauores : quos habet apud
principes: tūc ſortes nō tenet retra
ctare ⁊ nullū detrimentū ſequit rei-
publice. ergo ſolutio nulla. aūs pro
bat maius đtrimentum ſequit ſorti
ſi retractet ꝙ̄ Platoni ſi non retra-
ctet ergo ſortes non tenet retracta
re. ¶ Ad hanc replicā rñdet negan-
do maiorē ⁊ ad probationē nego ꝙ
maius detrimentum ſequat ſorti ſi
retractet: ꝙ̄ platoni ſi nō retractet:
nā maius detrimentuz ē platoni in-
iuſta diffamatio: ꝙ̄ iuſta mors ipſi
ſorti.

¶ Scđo mō contingit aufer-
re famam proximi manifeſtādo cri

mẽ ei⁹ occultuʒ publice ⁊ tunc talis manifeſtatoꝛ tenet̃ reſtituere famã primo iſtomõ.ſ. ego male loquutus ſum de tali viro:nõ credatis ipm eẽ malũ vl̃ꝫ ſꝫ credite ipm eẽ bonum.

¶Contra iſtã reſolutionẽ arguitur ſic authoꝛe. ſacrę pagine. hẽtur eñ leuitici.5.Cap.ſi peccauerit aĩa ⁊ audierit vocẽ iurantis teſtiſq; fuerit ꝙ ipſe vidit aut conſcius eſt: niſi iudicauerit poꝛtabit iniquitatẽ ſuã.ergo licituʒ ẽ reuelare crimẽ occultum immo pręceptũ. ¶Ad h̃ rñdet̃ bifariã vnomõ ꝙ illa authoꝛitas. intelligit̃ ſi alij hoĩes viderint cũ eo et nõ intelligitur:qñ ſolus ipe vidit crimen. Alio mõ rñdetur ꝙ illa auctoꝛitas ĩtelligit̃ ꝙ debꝫ idicare nõ publice ſed alicui bonoviro.ſ.pręlato qui poteſt prodeſſe. ¶Cõtra iſtã ſolutionem arguitur. In aliquo caſu licitum eſt reuelare crimen occultuʒ publice ergo ſolutio nulla: aĩs probatur poſito caſũ ꝙ aliqs velit prodere vrbẽ hoſtib⁹ ⁊ reuelet hoc ſoꝛti in occulto tunc ſoꝛtes tenetur manifeſtare talę crimen publice ſi videat eum obſtinatũ in proditiõe: ergo aſſumptũ verũ: ¶Ad hanc replicã rñdetur cõcedẽdo aĩs ⁊ negando ꝯñam ⁊ rõ eſt:qꝛ reſolutio ĩtelligitur niſi tale crimẽ fuerit cõtra reꝫ publicã:nã tunc habet manifeſtare nam bonuꝫ cõe teſte philoſopho in pꝛimo ethicoꝝ eſt bonũ diuinũ et ideo bono particulari eſt pręferendũ quare in caſu tacto cõe bonũ vrbis pręferẽdũ ẽ famę illi⁹ ꝓditoꝛis.

¶Tertio mõ contingit auferre famã ꝓximi negando veꝝ crimẽ occultũ ſibi publice impoſitũ verbi grã.plo furatus ẽ vnũ bonuꝫ equm occulte ⁊ ſolus ſoꝛtes vidit ⁊ deinde corã multis dicit platoni ꝙ ipſe furatus ẽ equũ ⁊ plo reſpondet non eſt v̄um vel mentiris. tũc plo negãdo illud crimẽ infert iniuriã ſoꝛti:nam reputat euꝫ calumniatoꝛẽ. Idcirco tenetur plo ad reſtitutionẽ famę ipſius ſoꝛtis:⁊ corã eiſdẽ hoĩbus debꝫ dicere ꝙ ſoꝛtes non ẽ mentitus ⁊ ꝙ credebat bñ dicere nihilomin⁹ male:dixit.

¶Contra iſtã reſolutionẽ arguitur ſic:ſi plo dicat ſoꝛteꝫ nõ mẽtitũ fuiſſe fatebit̃ crimen ⁊ diffamabit ſeipm ergo nõ tenet̃ talia v̄ba dicere aĩs ꝓbat̃ bene ſeq̃tur ſoꝛtes dixit platonẽ furatũ fuiſſe equꝫ ⁊ non ẽ mentit⁹ ergo plo furatus ẽ equm igit̃ ſi plo dicat talia v̄ba fatebit̃ ſe furatũ fuiſſe equꝫ ⁊ ꝑ ꝯñs diffamabit ſeipꝫ. ¶Ad h̃ argumentũ rñdetur negãdo aĩs ⁊ ad probationẽ negat̃ ꝑ̃ma ꝯña.nã ex illo antẽ non ſeq̃tur ꝙ plo furatus ẽ equꝫ.nã poſſibile eſt ꝙ ſoꝛtes firmit̃ credat platonẽ furatũ fuiſſe equꝫ ⁊ illud aſſerat ⁊ nõ erit ita ꝙ plo furatus ẽ equꝫ. ⁊ tũc aĩs erit v̄um ⁊ ꝯñs falſum:quare illa ꝯña nõ valet. ¶Contra iſtaꝫ ſolutioneꝫ arguit̃ ſic plo dicendo illa v̄ba peccat moꝛtalr̃ ergo nõ põt dicere nõ eſt veruꝫ vel mẽtiris:aĩs ꝓbatur mẽtitur mendacio pnicioſo ergo peccat moꝛtalr̃ aĩs ꝓbatur tale mendaciũ eſt in pniciẽ reipub. ergo ẽ pnicioſum.aĩs ꝓbatur reſpu. nõ poterit punire platoneꝫ ergo remanebit illud furtũ impunitum in

perniciē rei pub. ¶ Ad hanc replicā reſpondetur negando aūs ⁊ ad probationē negatur ꝙ ſit mendatiuꝫ ꝑniciosum ⁊ ad probationē negat̄ cōſequentia: et rō eſt: qꝛ non oportet rempub. q̄ðlꝫ peccatuꝫ punire: ſed ſolū illa que ſibi conſtant: alia vero peccata relinquenda ſunt punitioni diuine. ¶ Contra iſtā ſolutionēꝫ adhuc replicatur eſt in perniciem ſortis ergo adhuc eſt mendatiū perniciosum: aūs probatur rōne ipſiꝰ ſortis reputabitur calumniator et falſus teſtis ergo eſt in perniciē ſortis ¶ Ad hanc replicā reſpondetur cōcedendo ꝙ ſit in pernitiē ſortis: ſed ipſe dedit cauſam ⁊ iuſte hoc meretur audire poſtꝙ̄ iniuſte diffamauit proximū: ſed difficultas eſt an plato mentiat̄ dicendo nō eſt veruꝫ: qn̄ ſibi obiicitur publice crimē occultuꝫ et q̄uis doctor ſubtilis ⁊ oēs alii doctores vacillent: oſtendo ꝙ ipſi trepidāt vbi nō eſt timendū. Nā ſi plato mentiret̄ dicēdo illa verba: ſeq̄retur ꝙ aliq̄s eſſet ꝑplexus in lege nr̄a euangelica: ꝙ q̄cq̄d faceret peccaret: ꝯñs īplicat et eſt hereticum: ergo ſequela probatur: vel plato tunc fatebitur crimē. aut tacebit. aut negabit: ſi prima duo peccat mortal̄r diffamando ſeipſuꝫ: nam ſi tacet cōſentire videtur in tali caſu: ſi vltimū et ītiuꝫ mētit̄: ergo ad minꝰ peccat venialiter. ¶ Propterea dico reſolutorie ꝙ plato nullo modo mentit̄ qꝛ illa propoſitio platonis. ſ. nō eſt verum tn̄ valet ſicut nō tale verum ſicut dicis: qꝛ eo modo dixit ſortes ac ſi eſſet publicū veruꝫ ⁊ nō eſt ita ſed ſoluꝫ eſt occultū verum. ¶ Sed circa iſtā queſtiōeꝫ adhuc eſt difficultas propter duo cap. que habentur 5. q. prima. quoꝝ pͥmū eſt diui Gregorii excōicantis illuꝫ q̄ ediderat libellum diffamatoriū ꝯtra caſtoriū norariū rn̄ſalē ipſiꝰ. Scðꝫ eſt concilii ꝯlibertani in quo iubet cōciliuꝫ ꝙ oēs illi qui cōponunt tales libellos diffamatorios anatematizētur Ex quibus cap. ſequitur ꝙ peccatores occulti tenent̄ ſeipſos prodere: naꝫ alias manebunt excomunicati. ¶ Ad hoc rn̄det̄ ꝙ fatendū eſt tales debere ſeipſos manifeſtare: nec hoc eſt cōtra reſolutionē q̄ſtionis: rō eſt quia tales rōne peccati perpetrati: tenent̄ ad reſtitutionē fame: que nequit fieri niſi ſeipſos prodāt ⁊ manifeſtent.

De tribus que in penitentia conſiderāda ſunt. Diſtinctio. XVI.



In pfectione aūt penitētie tria obſuāda ſūt: ſcꝫ cōpunctio cordis ꝯfeſſio oris ſatiſfactio operis. Vn̄ Johannes os aureuꝫ. Perfecta pn̄ia cogit peccatorē oīa libent̄ ferre: in corde eiꝰ cōtritio: in ore confeſſio in opere tota humilitas: Hec eſt fructifera penitētia: vt ſicut tribus modis deū offen

dim⁹.ſ.corde ore ꝛ ope.ita tri-
busmodis ſatiſfaciam⁹. Sunt
enim tres peccati differẽtie. vt
ait Augu. ꝛ in corde. ꝛ in facto
et in ꝯſuetudine vel verbo tãq̃
tres mortes. Una quaſi in do
mo.ſ.cũ in corde conſentitur li
bidini. altera quaſi ꝓlata iã ex-
tra portã cũ in factũ ꝓcedit li-
bidini aſſenſio. tertia cum male
conſuetudinis tãq̃ mole ꝑmit̃
anim⁹: vel noxie defenſiõis cli-
peo armat̃: quaſi in ſepulchro
iam fetens. Hec ſunt tria gñа
mortuorũ q̃ de⁹ legit̃ ſuſcitaſſe
Huic ergo triplici morti: tripli
ci remedio occurrit̃. ꝯtritione:
ꝯfeſſione ꝛ ſatiſfactione. Com
punctio nobis ꝯmẽdat̃ ibi. Scin
dite corda veſtra ꝛ nõ veſtimẽ
ta veſtra. ꝯfeſſio ibi. Juſtus in
principio ſermonis accuſator ẽ
ſui. Uere eñ confitet̃ q̃ ſe accu
ſat. q̃ execrãdo malũ ſibi impu-
tat. Et ibi effundite coram illo
corda vr̃a. Et iterũ. Cõfitemi-
ni alterutrũ peccata vr̃a. Satiſ
factio a iohanne ꝑcipit̃ vbi ait.
Facite dignos fructus penitẽ
tie ſcꝫ vt ſm qualitatẽ ꝛ quãti-
tatẽ culpe ſit qualitas ꝛ quãti-
tas pene. Nõ eñ par dꝫ eẽ fru-
ctus boni operis ei⁹ q̃ nihil vel
minus peccauit. ꝛ ei⁹ q̃ grauí⁹
cecidit. Jdõ diſcretio penitẽtie
valde neceſſaria eſt: vt illa ge-
rat q̃ tradit Aug. dicẽs. Cõſi-
deret q̃litatẽ criminis. in loco.
in tẽpore. in ꝑſeuerãtia. in va-
rietate perſone. ꝛ quali hoc fe-
cerit tẽptatione. et in ipſi⁹ vicij
multiplici executione. Oportꝫ
eñ penitere fornicãtẽ ſm excel
lentiã ſui ſtatus vel officij: vel
ſcdꝫ modũ meretricis: et in mo
dum opis ſui ꝛ qualiter turpi-
tudinẽ egerit. ſi in loco ſacrato.
ſi in tempe orõni cõſtituto: vt
feſtiuitates ꝛ tempora ieiunij.
Conſideret q̃tũ ꝑſeuerauerit:
et defleat q' ꝑſeuerãter pecca-
uerit. ꝛ q̃ta victus fuerit impu
gnatione. Sunt eñ q̃ nõ ſoluꝫ
non vincunt̃ ſed vltro ſe pecca
to offerũt: nec expectãt tẽpta-
tionẽ ſed ꝑueniũt voluptatem
et pertractet ſecuꝫ q̃ multiplici
actione vicij delectabiliter pec-
cauit. Oĩs iſta varietas cõfitẽ
da eſt et deflenda: vt cũ cogno
uerit qd̃ pctĩ eſt: cito inueniat
deũ propiciuꝫ. Jn cognoſcẽdo
augmentũ pctĩ. inueniat cuius
etatis. cuius ſapiẽtie ꝛ ordinis
Jmmoretur in ſingulis iſtis ꝛ
ſentiat modũ criminis purgãs
lachrymis oẽm qualitatẽ vitij.
defleat ꝟtutẽ qua iterum caruit

Dolēdū eſt eñ nō ſolū qđ pec
cauit:ſed qꝛ ſe virute priuauit.
Defleat etiam qm̄ offendēs in
vno factus eſt oīm re⁹. Ingra
tus eñ extitit: qꝛ plen⁹ virtuti
bus deum omnino nō timuit.
In hoc eñ q̄ſqꝫ pctōꝛ fit culpa
biliōꝛ quo ē deo acceptioꝛ. Jō
eñ adā plus peccauit:qꝛ oī bo
no abundauit. Alio etiam mō
offendēs in vno:factus eſt oīꝫ
reus : qꝛ ois virtus patit̄ detri
mentū ab vno vitio. Ponat ſe
omnino in iudicio et poteſtate
ſacerdotis:nihil ſui reſeruās ſi
bi vt oīa eo iubēte patus ſit fa-
cere pro recipiēda vita aīe q̄ fa-
ceret ꝓ euitanda coꝛpis moꝛte
et hoc cū deſiderio.qꝛ vitā recu
perat īfinitā. Cū gaudio eñ fa
cere dꝫ īmoꝛtalis futurus:q̄ fa
ceret pro differēda moꝛte moꝛi
turus:ſemꝑ deꝑcet̄ deū offerat
deo mentē coꝛdis cōtritionēꝫ
deīde qđ pōt det de poſſeſſione
et tūc qđ offerat:ſecur⁹ offerat:
Reſpexit dñs ad abel ꝛ ad mu
nera eius. Pri⁹ dicit ad abel q̄ȝ
ad munera ei⁹. In iudicio er-
go coꝛdis cōferēda eſt elemoſy
na tribuētis. Nec ꝯſiderandū ē
q̄ꝫtum : ſꝫ qua mēte.qꝛ affectio
ne dat quod pōt. Qui ergo ſua
pctā redimere vult tp̄aliū obla
tione:pri⁹ offerat mentem. Ca
ueat ne ductus verecūdia diui
dat apud ſe cōfeſſionē: vt diuer
ſa diuerſis velit ſacerdotib⁹ ma
nifeſtare. Quidā eñ vni celant
qđ alteri manifeſtandū ꝯſeruāt
qđ eſt ſe laudare ꝛ ad hypocri-
ſim tēdere:ꝛ ſemꝑ venia carere
ad quā ꝑ fruſtra putat ꝑuenire
Caueat etiā ne pri⁹ ad dñicum
coꝛpus accedat q̄ȝ ꝯfoꝛtet ſe bo
na cōſciētia ꝛ doleat q̄ nōdum
audeat ſumere quē multū deſi-
derat cibuꝫ ſalutarē. Cohibeat
etiā ſe a ludis a ſpectaculis ſcl'i
qui ꝑ erfectā vult ꝯſeq̄ remiſſio
nis gratiaꝫ. Iſti ſun digni fru-
ctus penitētie aīaꝫ captiuā ela
queātes ꝛ in libertate ſ̄uantes
et īfra. Querat aīa dignos fru-
ctus:ꝛ ſi nō dignos penitentie
Sunt eñ digni fructus virtu
tū. q̄ nōſufficiunt penitētibus.
Penitentia eñ grauioꝛes po-
ſtulat . vt doloꝛe et gemitibus
moꝛtuus ipetret vitaꝫ. Ex his
oſtēdit̄ q̄ ſint digni fructus pe-
nitētie q̄b⁹ v̇a ſatiſfactio explet̄
et q̄ nō oēs digni fructus ſunt
digni fruct⁹ penitētie. qđ de il-
la pnīa ītelligit que maioꝛū eſt
criminū. Nō eñ ſufficiūt graui
ter delinquētib⁹ : q̄ ſufficiūt mi
nus vel parum peccantibus.

Que ſit falſa ſatiſfactio.

¶ Et ſicut ſunt digni fruct⁹ penitētie ac vera ſatiſfactio. ita et indigni fructus et falſa ſatiſfactio. i. falſa pnia. Vñ Gre. Falſas penitētias dicim⁹ q̄ nō ſm auctoritates ſanctorū ꝓ qualitate criminū iponunt. Ideoq3 miles vel negotiator vel alicui officio deditus qd ſine pctō exerceri non poſſit. ſi culpis grauioribus irretitus ad penitentiā venerit vel q̄ bona alterius iniuſte detinet vel q̄ odiū in corpore gerit. recognoſcat ſe verā penitētiā non poſſe ꝑagere niſi negotiū reliquat: vel officiū deſerat: ⁊ odiū ex corde dimittat: et bona que iīuſte abſtulit reſtituat. Ne tñ diſpdat iterim aliquid boni facere pōt hortamur vt faciat: vt deus cor eius illuſtret ad penitētiā: cū ſit pnia interior et exterior. De vtraq3 ꝑ premiſſa ſatis apparet q̄ ſit vā et que ſit falſa.

De tribus actiōibus pnīe.

¶ Predictis vero adiciendū eſt ꝙ tribus modis agit̄ pnia. ante baptiſmu3. ſ. de prioribus pctis. poſt baptiſmū de grauioribus q̄ poſt cōmittuntur. Eſt etiā pnia venialiū quotidiana: que etiā humiliū eſt ⁊ ꝑfectorū Vñ Aug. Tres ſunt actiones penitētie: quas mecū eruditio veſtra recognoſcit. Una eſt q̄ nouu3 hoie3 ꝑturit: donec per baptiſmū oi3 p̄teritoꝝ ablutio fiat peccatorū: q2 nullus ſue voluntatis arbiter niſi peniteat eu3 veteris vite nouā ichoare pōt a qua puuli ſunt imunes cu3 baptizant̄ q2 nōdu3 poſſunt vti libero arbitrio: quibus tñ ad remiſſionē originalis pcti ꝓdeſt eoꝝ fides a q̄bus offerunt̄. Altera eſt actio pnie poſt baptiſmu3 q̄ fit pro illis pctis q̄ legis decalogus cōtinet. Agūt ergo hoies penitētiā ante baptiſmū de peccatis priorib⁹ ita tamen vt etiā baptizent̄: ſicut Petr⁹ ait. Agite pniam et baptizetur vnuſq̄ſq3 veſtrū in noīe dñi ⁊c. Agunt etiā pniam ſi poſt baptiſmū ita peccauerūt vt excōicari et recōciliari poſtea mereātur: eſt etiā pnia bonorū ⁊ hūiliū fideliu3 pene quotidiana cū pectora tundim⁹ dicētes. Dimitte nobis debita noſtra ⁊c. Neq3 ea nobis dimitti volum⁹ que dimiſſa nobis in baptiſmo nō dubitamus: Sed illa q̄ humane fragilitati quāuis pua tñ crebra ſurrepūt: q̄ ſi collecta cō

tra nos fuerint ita nos grauabunt et opprimēt ſicut vnū aliqd grande pctm̄. Quid em̄ intereſt ad naufragiū an vno grādi fluctu nauis opiat et obruat an paulatim ſurrepēs aqua: in ſentinā p negligentiū culpā impleat nauē et ſumergat. Ideo ieiuniū et elemoſyne et orōnes: inuigilent. in qbus cū dicimus dimitte nobis debita noſtra etc. manifeſtamꝰ nos habere qd nobis dimittat: et in his verbis humiliantes aias nr̄as quotidianā agere pniam nō ceſſamus.

De ſatiſfactione venialiū.

Que autē pro venialbus ſit ſatiſfactio ſufficiēs. Aug. inſinuat ita inquiens in encb. De quotidianis et breuibꝰ leuibuſqꝫ peccatis ſine qbus hec vita nō ducit quotidiana orō fideliū ſatiſfacit. Eorū em̄ eſt dicere Pater noſter q es in celis etc. Delet omnino hec orō minima et quotidiana pctā. Delet et illa a qbus vita fideliū etiā ſcelerate geſta. ſꝫ penitēdo in meliꝰ cōmutata diſcedit: ſicut veracit dicit: dimitte nobis debita nr̄a ita veraciter dicat. ſicut et nos dimittunꝰ debitoribus noſtris id ē ſic fiat qd dicitur. qꝛ ipa elemoſyna eſt veniā petentibꝰ oīno ignoſcere. Ex his aliiſqꝫ pmiſſis iā facile eſt itelligere que pro venialibꝰ ſit exhibēda ſatiſfactio. Sufficit em̄ dn̄ica orō cū ieiunio aliquo et elemoſynis ſic tn̄ vt precedat cōtritio aliqꝫtula et addat cōfeſſio ſi aſſit facultas: de qua cōfeſſione poſt tractabitur. Pro grauioribus peccat. hec etiā in ſatiſfactiōe adhibenda ſunt: ſed multo vehementius atqꝫ diſtrictius: qꝛ vt ait Aug. ad agendū pniam nō ſufficit mores in melius cōmutare et a malis factis recede reniſi de his que facta ſunt ſatiſ faciat dn̄o per penitētie dolorē per humilitatis gemitū: p cōtriti cordis ſacrificium cooperantibus elemoſynis.



Irca. 16. diſt. qrit pmo an hō ſēp teneat cteri de petis cōfeſſis et deletis p ꝟtutē ſacramenti. Ad hāc difficultatem reſpondent Alexander de ales et Bonauentura affirmatiue: et allegant Hugonē de ſancto victore dicētē qn̄ dn̄s deus alicui peccatori remittit pctm̄: obligat ipſū ad cōterēdū ſemp de illo: ſed qꝛ tale preceptum

eſt affir^um^. obligat ad ſemp ſed nō pro ſemp: interdū tñ obligat. i. quā do hō recogitat pctm̄ iniq̄tuȝ eſt dei offenſiuuȝ. tunc eñ homo tenet ha bere diſplicētiā de eo.

¶ Queritur ſcđo circa eandeȝ diſt. an vnū peccatuȝ veniale poſſit remitti ſine mortali. ¶ Adanc diffi cultatē rñdent Diuus thomas ⁊ pe trus de palude et Joannes capreo lus negatiue.

¶ Contra quā reſpōſioneȝ ar guitur ſic auctho^re^. Auguſtini dicen ſup illuȝ paſſum. 8. ca. Joānis. Qui ſine pctō veſtrū eſt: p̄mus mittat la pidem: q̄ oēs illi pharifei erant in peccato mortali: ⁊ q̄ venialia dimit tebantur per cerimonias iudaicas ergo poſibile eſt veniale remitti ſi ne mortali. ¶ Ad hoc argumentuȝ reſpondet Diuus thomas q̄ Augu ſtinus loquitur de quibuſdam irre gularitatibus: quę nō erant peccata et nonꝰ loquitur de peccatis veniali bus proprie.

¶ Queritur ſexto a quo poſſunt dari indulgētię? ¶ Pro huius queſtionis intelligentia eſt aduertēdum q̄ indulgentię (vt dictum eſt) dantur de theſauro eccleſię et ideo illius eſt dare indulgentias qui preeſt toti eccleſię: talis autē eſt romanus pontifex: ideo ipſi⁹ eſt dare indulgētias: et quia dn̄i ep̄i aſſumpti ſunt in partē ſollicitudinis: quā habet papa reſpectu totius eccleſię: iō ad dn̄os epiſcopos vel archiepiſcopos ſpectat etiā dare aliquas indulgentias: ſz nō poſſunt excedere numerum determinatū a concilio generali celebrato per Innocentium tertiū: vt habetur lib. 5. de penitentijs ⁊ remiſſionibus cap. cū ex eo et infra: habetur em̄ ibi q̄ nullus ep̄s vel archiep̄s poteſt dare indulgentias niſi vnū annū in dedicatione eccleſię: et in anniuerſario illi⁹ quadraginta dies: et ſumm⁹ penitentiarius papę pōt dare centū: legat⁹ vero papę poteſt dare perennes: et quilibet archiep̄s poteſt per totam ſuam prouinciā dare indulgentias oīb⁹ ſubditis ſuorū ſuffraganeorū: dn̄i autē rectores et abbates et alij prelati nō poſſunt dare idulgētias. et q̄uis dn̄s Durandus faciat difficultatem an requiratur clauis ordinis in eo: qui dat indulgentias non tamen eſt facienda: naz dare indulgentias pertinet ad clauem iuriſdictionis et nō ad clauē ordinis. Electus em̄ in romanū pontificem non ſacerdos pōt dare indulgētias: immo poteſt exercere oēz actū clauis iuriſdictionis: ſimilr̄ ep̄s non ſacerdos. Immo eſt excōicatio lata contra illos qui dicunt oppoſitum.

¶ Cōtra iſtā reſolutionē hui⁹

queſtiõis arguit̃ ſic:remiſſio pctõꝝ eſt effectus clauis ordinis ſed nulluſ non ſacerdos habꝫ clauẽ ordinis er go nullus nõ ſacerdos põt dare indulgentias. Ad hoc argumentũ ne gatur ꝯña:rõ eſt qꝛ per indulgẽtias non remittunt̃ pctã:ſed relaxantur pœnę debitę peccatis.

¶ Scḋo arguitur ſic:quilibet rector põt dare indulgẽtias:ſimilr̃ quilibet abbas pariforma quilibet gñalis aut prior aut cuſtos aut pro uintialis ergo reſolutio nulla : añs probatur:quilibet rector põt facere aliquẽ xp̃ianum participẽ meritoꝝ ſuę parochię:pariforma quilibꝫ ab bas vel gñalis prior vel cuſtos aut prouintialis põt applicare merita ſuorum religioſorũ ergo quilibꝫ ta lis põt dare indulgentias. ¶ Ad h̃ argumentũ rñdet̃ negando añs:et ad probationeꝫ negat̃ ꝯña et datur duplex ratio:prima:qꝛ per talẽ ap plicationem meritorũ parochię vl' bonorum religioſorũ:talis xp̃icola non eſt liber a debito pœnę ſiue pę nitentię iniuncte per eccleſiam:per indgulgentias vero talis xp̃icola ef ficitur liber a debito pœnę ſiue pę nitentię iniunctę per eccleſiã. Scḋa ratio eſt qꝛ in parochia vl' religioni bus neſcitur an meritũ ſuperſit:de theſauro tñ eccleſię nulli eſt dubiuꝫ cum includitur in eo meritũ paſſio nis chriſti:qḋ eſt infinitũ ꝛ ieuacua bile. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ arguit̃ ſequeretur ꝙ ep̃s nõ poſſet dare in dulgentias ꝯñs eſt cõtra reſolutio nem ergo ſequela patet:epiſcopus non pręeſt eccleſię ergo nõ põt dare indulgentias. Ad hoc negatur con ſequẽtia:ſiue ſequela ꝛ ad probatio nem negatur ꝯña:rõ eſt:qꝛ eſt ſpon ſus : in ſignũ cuius habet anuluꝫ et aſſumptꝰ eſt in partẽ ſollicitudinis a papa.

¶ Tertio arguitur ſic:ſequere tur ꝙ papa exiſtens in peccato mor tali nõ poſſet dare indulgentias cõ ſequẽs eſt falſuꝫ ergo reſolutio nul la:ſequela probatur:fluuius nõ põt fluere niſi fõs a quo diriuat̃ fluat:ſꝫ ſaluator noſter qui eſt fons viuꝰ nõ influit in papã exiſtenteꝫ in peccato mortali ergo papa qui eſt fluuiꝰ nõ poteſt influere in nos ꝛ per ꝯñs nõ poteſt dare indulgentias:añs ꝓba tur:ſaluator noſter nulli exiſtenti in peccato mortali dat gratiã ergo nõ influit in papã exiſtẽtẽ in pctõ mor tali. Jam probatur falſitas ꝯñtis: ſi papa exiſtens in pctõ mortali nõ poſſet dare indulgentias tũc oẽs indulgẽtię eſſent dubię ꝛ fatuuꝫ eẽt dare aliquas pecunias pro re tam dubia. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet̃ negando ſequelã:ꝛ ad probationeꝫ negatur añs:et ad probatiõnẽ diſti guo ꝙ ſaluator non det gr̃aꝫ exiſtẽ ti in peccato mortali:vel gr̃am gra tis datã et ſic negatur illud : immo eſt tanta mĩa et benignitas ſaluato ris : ꝙ indies confert peccatoribus multas gratias gratis datas ꝗ̃uis pęccatores teſte Aurelio Aug. non ſunt digni pane quo veſcuntur:ſi ve ro intelligat̃ de gr̃a gratum faciẽte concedit̃ illud ꝛ negatur ꝯña:rõ eſt: qꝛ ad hoc ꝙ romanus pontifex det indulgentias nõ requirit̃ ꝙ habeat

gratiaȝ gratū faciētē: ſed ſatis eſt ꝙ habeat gratiā gratis datā.ſ. plenitudinē ambarum clauiuȝ.ſ. ordinis ⁊ iuriſdictionis. ¶ Contra iſtaȝ ſolutionē replicaẗ. Ad hoc ꝙ aliqs recipiat indulgētias requiriẗ ꝙ habeat gratiā gratuȝ facientem ergo per locū a fortiori ad hoc ꝙ largiēs indulgentias ipſas concedat requiritur ꝙ habeat grām gratuȝ facientem: ꝯñā probaẗ: maius eſt dare indulgentias ꝙ̄ eas recipere: ergo ſi requiritur gratia gratū faciens recipienti: requiritur etiam ipſi danti. ¶ Ad hanc replicā rñdetur negādo ꝯñam: et ad probationeȝ diſtinguiẗ añs.ſ. ꝙ dare indulgentias ſit maius ꝙ̄ recipere: vl' quo ad poteſtatē et ſic conceditur illud ⁊ negaẗ ꝯña: vel quo ad vtilitatē ⁊ ſic negatur illud antecedens.

¶ Queritur ſeptimo ⁊ vltimo circa eandem diſtinctionē quibꝰ romanus pontifex pōt ꝯcedere indulgentias. ¶ Ad hanc difficultateȝ reſpondeẗ ꝙ ſolū pōt concedere illis qui ſunt in grā gatis faciente. ¶ Contra iſtā rñſionē arguiẗ ſic: poteſt concedere indulgentias papa exiſtenti pctō mortali ergo rñſio nulla. añs patet in multis indulgentijs: papa concedit peccatoribꝰ dummō intra biduuȝ aut triduuȝ confiteanẗ ergo rñſio nulla. ¶ Ad hoc argumentuȝ rñdetur negando ꝯñam: ⁊ rō eſt: qꝛ nō proſunt niſi qñ tales ſunt in grā gratum faciente: ⁊ tunc amplius nō ſunt peccatores: ⁊ rñſio intelligitur ꝙ papa non pōt dare indulgentias peccatoribꝰ ſic ꝙ proſint eis ꝙ̄diu ſunt in peccato mortali. ¶ Contra iſtam ſolutionē replicatur: vnus bonus religioſꝰ pōt mereri alicui peccatori multa bona ꝙ̄ a fortiori papa poteſt concedere indulgentias peccatori ꝙ̄ diu eſt in peccato mortali: ita ꝙ tunc proderunt illi. ¶ Ad hoc rñdeẗ negando ꝯñam: qꝛ vt dictum eſt: requiritur ad hoc ꝙ indulgentię valeant grā gratū faciens: nam requiritur ꝙ vniaẗ xp̄o vel ſanctis per charitatem: ad hoc ꝙ ſit particeps meritoruȝ theſauri eccleſię. ¶ Et ſi inſurgas vbi eſt maior indigentia: ibi maiorē locuȝ hȝ mīa: ſed maior eſt indigentia in peccatore ꝙ̄ in iuſto ergo potius debȝ papa dare indulgentias pctōribꝰ ꝙ̄ alijs. ¶ Ad hoc rñdeẗ ꝙ papa oībus dat: ſȝ peccatores non ſunt capaces niſi cōteranẗ de ſuis peccatis. ¶ Cōtra iſtā ſolutioneȝ arguiẗ ſic: boni religioſi ſunt in grā gratū faciente ⁊ nō ſunt capaces indulgentiaꝝ ergo adhuc reſolutio nulla: minor probaẗ: religioſi boni non habēt pecunias pro lucrandis indulgentijs ergo adminus non erunt capaces indulgētiaruȝ in quibꝰ oportet dare pecunias ¶ Ad hanc replicaȝ rñdeẗ negando minorem ⁊ ad probationē negatur ꝯña: ratio eſt: qꝛ amici eoꝝ poſſunt dare pro eis pecunias: ſilr̄ et domini priores et abbates ⁊ tūc lucrabūtur indulgētias: inſup boni religioſi non multū indigent indulgētijs: quare parum de his debēt curare.

¶ Scđo arguitur ſic: ſequereẗ ꝙ papa poſſet dare idulgētias aīabus exiſtentibus in purgatorio ꝯñs

eſt falſum ergo reſolutio nulla: ſeq-
la probatur: aie. exiſtẽtes in purgato-
rio habent gratiam gratuʒ facientẽ
ergo ſunt capaces indulgentiarum
et per ꝯñs papa poteſt illis cõcede-
re indulgẽtias. Jaʒ probatur falſitas
ꝯñtis: papa non habʒ poteſtatẽ ſup
illas ergo non põt ipſis concedere
indulgentias: añs probatur: ſaluator
noſter ſolum dedit poteſtateʒ papę
ſuper illos: qui ſunt ſuper terraʒ: vt
patet Matthęi. 16. cap. qñ dixit pe-
tro quodcũqꝫ ſolueris ſup terrã ꝛc.
ergo papa non hʒ poteſtatẽ iuriſdi-
ctionis ſuper animas exiſtentes in
purgatorio. ¶ Ad hoc argumentuʒ
reſpondetur diſtinguendo ſeqlam:
vel per modũ iuriſdictionis ꝛ ſic ne
gatur illa nã vt bene probatũ eſt in
argumento: papa non habʒ poteſta
tem iuriſdictionis. i. ſñiam ferendi
ſuper aias exiſtẽtes in purgatorio:
vel per modum ſuffragij et ſic cõce
ditur illa ꝛ negatur minor: et ad ꝓba-
tionẽ conceditur ꝯña cuʒ ꝯñte: et ſi in-
feras ergo nõ habʒ poteſtatẽ dandi
indulgentias negatur ꝯña: ſʒ bene
infertur ꝙ nõ põt dare indulgẽtias
animabꝰ in purgatorio per moduʒ
iuriſdictionis. i. dãdi ſñiam ꝙ libe-
rentur a pœnis oibus: põt tamẽ ap
plicare merita paſſionis xp̄i et oĩm
ſanctorũ: ſicut bonus ſacerdos ap-
plicat miſſam ꝛ ſuas deuotiones ꝓ
aia patris ſui vl' benefactoris: ꝛ cer
tum eſt ꝙ meritum paſſionis xp̄i in
infinitũ ſufficit ad expiationeʒ oĩs
pęne temporalis. Quare nõ eſt du-
bitandũ ꝙ papa per moduʒ ſuffra-
gij. i. per applicationem meritoruʒ
theſauri eccleſię liberet de facto a-
nimas exiſtentes in purgatorio.

¶ Tertio arguitur ſequeretur
ꝙ papa eſſet deterioris cõditionis
ꝗ̃ oues ſue: ꝯñs eſt falſum ergo ſe-
quela probatur: papa non põt ſibi da
re indulgentias ꝛ põt eas dare oui-
bus ſuis ergo eſt deterioris ꝯditio
nis ꝗ̃ oues ſue: maior ꝓbatur: papa
non põt habere iuriſdictionẽ ſupra
ſeipſum ergo nõ põt ſibi dare indul
gẽtias. ¶ Ad hoc argumentũ rñde-
tur negando ſequelã: ꝛ ad probatio
nem diſtinguitur maior: vl' per mo-
dum iuriſdictionis ꝛ ſic cõceditur illa
et negatur ꝯña: vel per modũ diſpen-
ſationis ꝛ ſic negatur illa maior. Uñ
ſicut bonus dipenſator recipiẽs pe
cunias a dño ſuo diſtribuẽdas pau
peribꝰ põt ꝓ ſeipſo aliquã portionẽ
illarũ retinere ſi ſit paup: ita etiam
romanus pontifex per modũ diſpẽ
ſationis ſi indigeat põt ſibi dare in
dulgentias: et ita dicendũ eſt de do
mino ep̄o vl' archiep̄o. ¶ Circa iſtã
materiã dubitabis quę indulgentia
dicatur plena: ꝛ quę plenior: ꝛ ꝗ̃ ple
niſſima. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ tunc põt
dici plena indulgentia: qñ remittitur
tota pœna debita pctis mortalibꝰ
confeſſis: tũc dicitur plenior qñ remit
titur tota pœna debita oibꝰ pecca-
tis mortalibꝰ ꝯfeſſis ꝛ oblitis. tunc
vero dicitur pleniſſima: qñ remittitur
tota pœna debita oibꝰ pctis morta
libꝰ ꝯfeſſis oblitis ꝛ oibꝰ venialibꝰ.
¶ Dubitatur ſcd̃o quę vocantur indul
gentię a pœna ꝛ a culpa. ¶ Ad hoc
rñdetur ꝙ illę indulgẽtię dicuntur a pœ
na ꝛ a culpa: qñ virtute taliũ remit
tuntur oĩa pctã venialia: vel tota pœ-

na debita mortalibus pctis. Nam certum eſt ꝙ nulle indulgentie poſſunt remittere peccata mortalia naz ſolum poſſunt mortalia deleri ꝑ cōtritionem.

De pctis q̄ poſt hanc vitaz dimittuntur. Diſ. XXI.



Solet etiaz queri vtrū poſt hanc vitam aliqua peccata remittātur. Q aliqua poſt hanc vitam remittantur xp̄s oſtendit in Euangelio vbi ait. Qui peccauerit in ſpiritū ſctm̄ non remittetur ei neqꝫ in hoc ſeclo neqꝫ in futuro. Ex quo datur intelligi ſicut ſancti doctores tradūt: ꝙ q̄daz pctā in futuro dimittent̄. Quedam eñ culpe in hoc ſeculo relaxantur: q̄dam vero parue etiā in futuro q̄ quidē poſt mortem grauāt ſed dimittunt̄ ſi digni ſunt ſi bonis actibus in hac vita meruerūt vt dimittantur eis. De illis etiā q̄ edificant lignū: fenū ſtipulam. dicit Aug ꝙ ignem tribulationis trāſitorie iuenient cremabilia edificia q̄ ſecuz portauerūt cremantez. Ait eñ ſic. Poſt iſtius ſane corpis mortē donec de igne purgatorio veniatur ad diē dānationis ⁊ remunerationis. ſi hoc tp̄is interuallo ſp̄us defunctoꝝ q̄ edificauerunt lignū: fenū: ſtipulaz hmōi ignē dicant̄ perpeti quē alij nō ſentiūt q̄ hmōi edificia non portauerūt: vt inueniāt ignē tranſitorie tribulationis venialia cōcremantē non redarguo. qꝛ forſitan verū eſt. Sed qꝛ dicit ſalu⁹ erit quaſi ꝑ ignez contēnitur ille ignis. Grauior tn̄ erit ignis ille ꝙ̄quicq̄d pōt homo pati in hac vita. Hic aperte inſinuat̄ ꝙ illi qui edificat lignū: fenuz: ſtipulā: q̄dam cremabilia edificia. i. venialia pctā ſecū portāt: q̄ in igne emendatorio cremantur. Unde conſtat q̄daz venialia pctā poſt hanc vitaz deleri.

Quod alij citius alij tardius purgantur in igne.

¶ In illo aūt igne purgatorio alij tardius alij citi⁹ purgantur ſm ꝙ iſta pereuntia magis vl' min⁹ amauerunt. Unde Aug. Poſt hanc vitā incredibile nō eſt: nonnullos fideles ꝑ ignem quēdaz purgatoriū: quātomagis minuſue bona ꝑeuntia dilexerūt tanto tardi⁹ citiuſqꝫ ſaluari. Uñ non fruſtra illa tria diſt

rit ap̄l'us: lignū: fenū: ſtipulā: q̄ illi edificant: q̄ ⁊ ſi aliena nō rapiunt: rebus tn̄ infirmitati ꝯceſſis aliqua dilectione inherent. Qui ſc̄m ſuos amandi modos: vel diutius vt lignū: vel minus vt fenū: vel minimū vt ſtipulaꝫ ignē ſuſtinebunt. Qui vero ſuperedificant aurū: argentū lapidez p̄cioſum: de vtroq꜄ igne ſecuri ſunt. non ſolū d̄ illo eterno qui cruciatur⁹ eſt impios in eternū: ſ; etiam d̄ illo emendatorio quo purgabunt̄ q̄dā ſaluandi.

Oppoſitio.

¶ Hic obijci pōt. Si p lignū: fenū: ſtipulaꝫ venialia intelligūtur peccata: ⁊ nullus adeo pfectus eſt q̄ venialit̄ non peccet. Ergo q̄ edificant auꝝ: argentū lapidem p̄cioſuꝫ: edificant etiā lignū: fenū: ſtipulaꝫ: ergo p ignez tranſibunt. Ad qd̄ dicim⁹ qꝛ non omnis qui venial'r peccat: lignū: fenuꝫ: ſtipulam edificat: ſicut ecōuerſo non omnis q̄ ꝯtemplatur deum ⁊ diligit proximuꝫ ⁊ opa bona facit edificat aurū: argentuꝫ: lapidē p̄cioſuꝫ: ⁊ tn̄ in auro intelligitur ꝯtēplatio dei: in argento dilectio ꝓximi: in lapide p̄cioſo bona opera. Sꝫ illi q̄ edificant lignū: fenū: ſtipulaꝫ deum ꝯtemplant̄ ⁊ ꝓximum diligunt ⁊ opa bona faciunt: nec tn̄ edificant auruꝫ: argentuꝫ: lapidē p̄cioſuꝫ. Hic em̄ edificat qui ſic illa tria facit: vt cogitet q̄ ſunt dei ⁊ quomodo placeat deo non mūdo. Lignū vero ⁊ fenū ⁊ ſtipula accipi poſſunt ſecularuꝫ reꝝ q̄bus licite ꝯceſſarum tales cupiditates vt amitti ſine animi dolore non poſſint. Hec ergo edificat is q̄ cogitat q̄ mundi ſunt: quō placeat mundo: q̄ circa diuitias ſuas quodā carnali affectu tenet̄. ⁊ tn̄ ex eis multa beneficia facit nec pro eis aliquid fraudis vel rapine mollitur. Ex his ergo patet ꝙ non idē homo ſiml'r hec ⁊ illa edificat. Illa em̄ edificatio pfectoꝝ tantū eſt: q̄ non cogitant placere mundo ſ; tantū deo: qui ⁊ ſi venial'r aliquando peccant: feruore charitatis ita abſumuntur in eis peccatū ſicut gutta aq̄ in camino ignis: ⁊ ideo nunq꜄ ſecum portant cremabilia. Hec aūt inferior edificatio minoꝝ eſt: qui nō tm̄ deo ſed etiā mundo placere cogitāt deum tn̄ preponunt. Si vero mundū preponerent: non ſupedificarent: ſed deſtruerent fundamētū. Affectionis ergo car

nales q̄bus deditiſunt: domi-b⁹: ꝯiugibus: poſſeſſionib⁹: ita vt nihil p̄ponant xp̄o: illis tribus ſignificant̄ q̄ in mentes pfectoꝝ nō cadūt: ꝛ ſi alia venialia admittant. In cordibus vero minoꝝ interdum durant vſq; in finē: q̄ cum talibus edificijs tranſeunt ſed diſſoluūtur in igne. Ipſi vero merito fundamenti ſalui erunt grauiſſimā tn̄ penā ſentient. Ex quo apparet q̄ʒtam hic miam exhibz deus ꝛ quantam ibi exerceat ſeueritatem: cum pro eodem pctō multo grauius ibi puniat q̄ꝫ hic.

Opinio quorundam cū obiectione.

¶ Sed forte dices illud eſſe accipienduʒ de pena pcti: non de ipo pctō: qꝛ Greg. dicit: q̄dam leuia in futuro dimittenda. Si eīn verā pniam habuerit quis: pctā oīa dimiſſa ſunt ei: ſed pena forte remanſit. Ideoq; ſi vere penitens obijt: ſine peccato tranſijt. Si aūt vere penitens nō eſt in obitu: maculaʒ portat q̄ nunq̄ʒ delebitur. Qui vo edificat lignū: fenū: ſtipulam: vere penitet qꝛ bonus eſt ꝛ charitatē habet: ꝛ in charitate d̄ hac vita tranſit: ergo ſine pctō trāſit. Non ſequit̄. Uerꝝ q̄dem eſt qꝛ bon⁹ eſt ꝛ charitatē habet ꝛ vere penitet: ꝛ tn̄ cuʒ veniali pctō tranſit quod non deleuit pnia. Pnia eniʒ non delet niſi pctm̄ illud qd̄ deſerit hō. Tale auteʒ pctm̄ ſepe in hac vita non relinquitur ab hoīe: ꝛ tn̄ vere penitens eſt ꝛ ſi nō de omnibus venialibus peniteat. Poteſt eīn quis de omni mortali ꝛ de omni veniali pēitere: excepto vno vel pluribus venialibus q̄deʒ. Sicut habet quis charitateʒ ꝛ vnū vel plura venialia. Quod de criminalibus nullaten⁹ eſſe pōt. Eſt ei aliquis bon⁹ charitatē habens ſed adhuc quodaʒ cupiditatis affectu amans hec ſecularia. Talis exiſtens ſubita morte opp̄mitur. In illo terreno affectu mortu⁹ eſt: ꝛ tn̄ ſaluabit̄: a quo nō ſe hic abſoluit: ergo poſt hanc vitā ab illo purgabit̄. Conſtat ergo q̄dam peccata ſed leuia poſt hanc vitā dimitti. Si vero de pena peccati illd̄ītelligi voluiſſent auctores: cur magꝭ cōmemoraſſent leuia q̄ꝫ grauia: cuʒ etiā grauiū pena hic inexpleta p⁹ hācvitā reſtet.

De generali cōfeſſione q̄d proſit.

¶ Post hec cōsiderandū est qd ꝓsit ꝯfessio illa vbi singula peccata q̄ quiſq; fecit non exꝓmūtur. Sane dici poteſt: q̄ oīa criminalia ſemel ſaltē oportet in ꝯfessione exprimi niſi aliqua a mēte exciderint. Sed q̄ nemo dlicta intelligit oīa: generaliter ſaltē ea ꝯfiteri quoꝝ memoriā non habes: et ſic nihil celaſti de ſceleribus tuis. Venialia vero q̄ inumerabilia ſunt ſufficit generaliter ꝯfiteri: niſi aliqua ſint frequent iterata ꝑfectius eſt tamen etiā illa exꝓmere ſi vales. Ideoq; quotidie generalit̄ fit ꝯfessio in eccleſia ꝓ venialibus ſcʒ peccatis q̄ quotidie admittimus et ꝓ illis mortiferis quoꝝ noticiā non habemus. Unde Aug. Veritatē dicit deo penitens quoniā nihil illi de cōmiſſis ſceleribus celat: non qđ et ſi volūtate celauerit: de⁹ ignoret: ſʒ veritatē ſibi dici vult ab eo vt veniā ꝯſequat̄. Si vero mente aliqua exciderint: ꝯfitet̄ veritatē deo cum generaliter dixerit. Deus q̄ noſti occulta cordis et opa mea et delicta a te non ſunt abſcondita q̄bus veniā largiaris p̄coꝝ: et hec eſt veritas ꝯfitētis quā diligit de⁹. Unde. Ecce eñi veritatē dilexiſti. Hic inſinuatur q̄ generalis confeſſio etiam mortalia delet quoꝝ intelligentia non habetur.

Nemo confiteatur peccata que non fecit.

¶ Sicut autē penitens celare non debet pctm̄ ſuū q̄ ſupbia eſt: ita nec humilitatis cauſa fateri ſe reum illi⁹ qđ ſe non cōmiſiſſe noſcit q̄ incauta ē talis humilitas et peccatorem ꝯſtituit. Unde Augu. Cū humilitatis cauſa mētiris ſi non eras peccator anteq̄ mentieris mentiēdo efficeris qđ vitaras. Veritas in te non eſt niſi ita te dixeris peccatorē vt etiā eſſe cognoſcas. Veritas autē ipſa eſt vt quod es dicas. Nam quomodo ē veritas vbi regnat falſitas.

De penis ſacerdotis q̄ peccatū publicat confitentis.

¶ Caueat autem ſacerdos ne pctā ꝯfitentiū alijs ꝓdat alioq̄n deponat̄. Uñ Grego. Sacerdos ante oīa caueat ne d' his q̄ ei ꝯfitentur peccata alicui recitet: non ꝓpinquis: nō extraneis: nec qđ abſit ꝓ aliquo ſcādalo. Nā ſi hoc fecerit deponatur et oibus diebus vite ſue ignominioſus peregrinando pergat. Qđ vero dictū eſt vt peni

tens eligat ſacerdotẽ ſcientem ligare ⁊ ſoluere: videtur ꝯtrarium ei qd̃ in canonibus reperitur: vt nemo ſcilicet alteri⁹ parrochianũ iudicare p̃ſumat. Sꝫ aliud eſt fauore vel odio ꝓprium ſacerdotẽ contẽnere qd̃ canones ꝓhibent aliud cecuꝫ vitare: qd̃ Urbanus facere monet: ne ſi cecus cecũ ducat ambo in foueã cadãt. Ait eñ Urban⁹ ſecundus. Placuit vt nulli ſacerdotũ deinceps liceat quẽlibet cõmiſſum alteri ſacerdoti ad pñiam ſuſcipere. ſine ei⁹ conſenſu cui ſe prius cõmiſit niſi ꝓ ignorantia illius cui prius confeſſus eſt. Qui vero contra hoc facere temptauerit gradus ſui periculo ſubiacebit.


Irca vigeſimam primã diſtinctionẽꝫ queritur vtrum poſt hanc vitam aliq̃ peccata remittãtur? ¶ Pro hui⁹. q. enodatione eſt aduertendum q̄ triplex eſt peccatũ: mortale originale ⁊ veniale. De primis duobus nõ eſt cõtrouerſia apud doctores: certuꝫ eſt eñ ex fide catholica: q̄ quicũq̄ moritur in pctõ mortali vl' originali ꝑpetuo damnabit' in inferno. Super eſt ergo difficultas de tertio mẽbro et añ dñm Alexandrũ de ales ⁊ ſanctuꝫ Bonauenturã ⁊ diuũ Thomã aliqui doctores negauerunt aliquẽ poſſe diſcedere cuꝫ ſolo veniali vel ſolis venialibus: ſed hec opinio oĩno reputat' irrationabilis: poſſibile eſt eñ q̄ aliquis bonus xp̄ianus ſit in grã gratũ faciente ⁊ habeat duo vel tria pctã venialia et ſubito occidat': tunc talis diſcedet cum ſolis venialibus vt notũ eſt: propterea iam ab omnibus doctoribus theologis tenetur q̄ peccata venialia delẽtur poſt hanc vitã. ſ. in purgatorio confirmatur hec opinio per gloſſaꝫ ordinariã: que eſt Auguſtini ⁊ Gregorij ſup illud Apoſtoli. i. ad Corith. tertio cap. ſi qs autẽ ſupedificat ſupra fundamentũ hoc: aurũ argẽtuꝫ lapides precioſos ligna fenũ ſtipulã vniuſcuiuſq̄ op⁹ manifeſtuꝫ erit dicentem q̄ per lignuꝫ fenũ ⁊ ſtipulam intelligunt' pctã venialia: q̄ poſtea igni purgabunt'. ¶ Magna tñ eſt controuerſia inter doctorẽ ſubtilem et diuuꝫ Thomã de peccato veniali iũcto mortali: tenet eñ doctor ſubtilis q̄ tale veniale remittet' ita q̄ ſi aliquis moriat' cũ vno mortali et vno veniali: rõne mortalis punietur eternaliter: ſꝫ rõne venialis ſolũ punietur temporaliter. ſ. per decẽꝫ vel viginti dies ſicut dño deo placuerit: et poſt tales dies nõ ampli⁹ punietur ratione venialis.

¶ Contra iſtã opinionẽ videt' eſſe authoritas Job. ſ. in iferno nulla eſt redemptio. ¶ Sed ad hãc authoritatem facile rñdet ideꝫ doctor

ſubtilis: quod intelligitur quod nullus liberabitur ab inferno: ſed non inconuenit quod liberetur a pœna temporali debita peccato veniali.

¶ Scđo arguit contra eandē opinionē ſemp in damnato remanebit peccatum veniale ergo ſemp punietur pro tali: añs probat: nūq̄ remittet veniale ergo ſemp remanebit: añs probat: ſi remitteret hoc eſſet per aliquē bonum motū detestatiuum illius ſed damnatus nō poteſt habere aliquem bonū motum ergo nunq̄ remittet tale peccatū veniale ¶ Ad hoc argumentū rūdet negando añs: et ad probationē iterū negat añs: et ad probationē negat maior: ſed pctm̄ veniale remittet in iferno per ſatiſpaſſionem.

¶ Alia eſt opinio diui Thomę: tenentis quod peccatū veniale iunctum mortali non remittit neq̄ pōt remitti poſt hanc vitam: rō eſt: quia ad remiſſionē pcti venialis reqritur bonus motus: et nullus bonus motus pōt haberi ab aliq̄ dānato: ideo qđlibet tale veniale puniet ęternaliter et talis pœna ęterna nō debetur ei de per ſe ſed de per accñs. s. quia coniungit mortali: qđ aufert ipam grām gratū facientē: quę requiritur ad delectionem ipſius venialis.

¶ Cōtra iſtā opinionē arguit ſic: ſcđm diſtantiam culparū debet eſſe diſtātia pœnarū ſed pctm̄ mortale in infinitum diſtat a pctō veniali ergo pœna debita mortali in infinitum debet diſtare a pœna debita veniali: maior patet per illud qđ habet deuteronomij vigeſimo quito capite. s. ſcđm mēſurā delicti erit plagarū modus: ſed ſi veniale puniat ęternaliter pęna ipſius nō diſtabit in infinitum a pęna debita mortali: ergo veniale non pōt puniri ęternalr.

¶ Ad hoc argumentū rūdet negando quod pęna debita veniali non diſtet a pęna debita mortali in īfinitū. nā licet vtraq̄ earum ſit infinita quoad duratione tñ quoad acerbitatē ſunt improportionabiles.

¶ Scđo arguit ſic ſequeretur quod apud deū eſſet acceptatio perſonarū quod eſt contra illd beati petri actuū. 10. cap. dicentis. In veritate cōperi quod non eſt acceptatio perſonarum apud deum: et idem habetur ad romanos. 2. ergo opinio nulla: ſeqla probat: dñs deus pro eodē pctō veniali grauius punit vnū xp̄ianum q̄ aliū ergo deus eſt acceptator pſonarum: añs probat: volo quod duo xp̄iani cōmittāt idem pctm̄ veniale et vnus eorū ſit in grā et alius in pctō mortali et moriant ambo tunc dñs deus grauius puniet pro pctō veniali illum: qui moritur in pctō mortali q̄ alterum qui morit in grā pro eodem vęniali. quia primū puniet eternaliter: ſcđm vero puniet temporaliter ergo dñs deus pro eodē pctō veniali grauius puniet vnū xp̄ianū q̄ alterū. ¶ Ad hoc argumentū rūdet negando ſequelā: et ad probationem diſtinguo añs: vel qñ illud pctm̄ veniale deteſtatur ab vno et nō ab alio: et ſic cōceditur illud et negat cōña: immo ita facit dñs deus de pctō mortali: nam ſi duo xp̄iani committant idē pctm̄ mortale et vnus deteſtet et alius nō

grauiꝰ puniet vnū ꝙ aliū: modo ille qui moritur in gr̄a deteſtatur peccatum veniale: alius vero nō bene deteſtatur neq̄ pōt bene deteſtari: vł q̄ñ tale pctm̄ veniale a nullo deteſtatur: et ſic negatur illud añs: nec ꝓbatur in illo ſenſu: naꝫ ille qui moritur in gr̄a ſemꝑ deteſtatur pctm̄ veniale: qꝛ eſt dei offenſiuum.

¶ Jam arguitur contra reſolutionē Auguſtini ⁊ Gregorij quaꝫ ſequuntur omēs doctores authoritate gloſſe dicentis ſuꝑ illud.1. Joānis quinto.cap. eſt pctm̄ ad morteꝫ: qḋ in hac vita non corrigitur fruſtra poſt mortē eiꝰ venia poſtulatur: ergo nulluꝫ pōt poſt hanc vitā q̄ ad culpā dimitti. ¶ Ad hoc argumentuꝫ facile reſpondetur ꝙ illa gloſſa procedit de peccato mortali ⁊ nō veniali. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguitur: eiuſdeꝫ eſt labi in peccatū veniale et a peccato veniali liberari: ſed aīa poſt morteꝫ non poteſt peccare venialiter ergo nō poteſt liberari a peccato veniali ¶ Ad hanc replicā rn̄detur negādo ꝯñam: ⁊ rō eſt: qꝛ non hꝫ aīa in purgatorio fomitē incitantem ad pctm̄ veniale.

¶ Scd̄o arguitur ad idem. Aīa nō pōt habere in purgatorio motū deteſtatiuum peccati venialis ergo non pōt habere remiſſionē peccati venialis: añs probat: ſi habere poſſet talem motū ſequeretur ꝙ mereretur: ꝯñs eſt falſum ergo falſitas cōſequentis probatur: quęlibꝫ aīa eſt extra ſtatum merendi vel demerendi ergo non pōt mereri. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur negando añs: et ad probationē negatur minor: intelligendo de merito accn̄tali. Naꝫ non ſolū in purgatorio verū in cęlo quo ꝗꝫ aię poſſunt mereri accn̄taliter. Si vero procedatur de merito eſſentiali negatur ſequela. Nā talis aīa ꝑ talē motum deteſtatiuuꝫ: meretur ſolū remiſſioneꝫ culpę venialis ⁊ nihil meretur de pręmio eſſentiali. ¶ Cōtra iſtam ſolutioneꝫ arguitur authoritate Diui Gregorij dicentis: ꝙ talis in iudicio quiſq̄ futurus eſt: qualis de corꝑe exiuit: iuxta illud eccleſiaſtici vndecimo. Lignuꝫ vbi ceciderit ibi erit: ergo ſi aliq̄s moriatur in peccato veniali ſemꝑ habebit tale peccatū. ¶ Ad hāc replicā rn̄detur negādo cōſequentiam: rō eſt: qꝛ authoritas ſacrę ſcripturę ⁊ authoritas Gregorij non procedunt de peccatis venialibus: ſed ſolum innuūt ꝙ ſi aliquis moriatur in gracia dei: ſemꝑ erit amicus dei: ſi vero moriatur ſine gracia ſemper erit inimicus.

¶ Circa eandē diſtinctionem quęritur ſcd̄o: vtrū ſacerdos teneatur ſemꝑ celare pctā que audiuit in confeſſione. ¶ Ad hanc difficultatē rn̄detur affirmatiue ab oībus doctoribus theologis: ⁊ huius rn̄ſionis aſſignat rōnē Richardus: qꝛ ſi confeſſor diceret mētiretur: ideo: qꝛ neſcit illa vt homo: ſed in perſona dei: veluti angelus qui loq̄batur moyſi in ꝑſona dei dicebat ego ſum dn̄s deus tuus. ¶ Hanc rōneꝫ impugnat doctor ſubtilis. Quilibet cōfeſſor ſcit pctā quę audiuit vt hō ergo rō nulla añs probatur: quilibet talis confeſſor abſoluit vt homo ergo quilibꝫ talis

ſcit peccata vt homo: añs ꝓbaſ: q̄lꝫ ſacerdos miniſterialiſ abſoluit ergo abſoluit vt homo: pña tenet: qꝛ ſi abſolueret in perſona dei autho ritatiue: ꝛ non miniſterialiter abſol ueret. ¶ Propterea dicendū eſt ꝙ triplici lege corroboraſ reſpõſio q̄ſtionis. ſ. lege naturali. ſ. qđ tibi nõ vis alteri non facias: ꝛ ideo ſecretū non eſt reuelandū: lege etiā diuina ſaluatoris noſtri dicētis. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis hoīes ꝛc. et prouebiorꝫ. 10. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana: qui autē fidelis eſt celat amici cõmiſſuꝫ. Inſup eodeꝫ p̄cepto quo ſaluator nr̄ p̄cipit confiteri: pręcipit etiam celare peccata audita in cõfeſſione. Nam prohibuit oē illud quod poterat impedire adimpletionē pręcepti de cõfeſſione: ſed reuelare confeſſionem eſt maxie impeditiuū confeſſionis ergo ſaluator noſter illđ prohibuit lege etiam humana: vt patet libro quinto de pnījs et remiſſionibꝰ ca. oīs vtriuſqꝫ ſexus: ſimilr̄ in cap. ſacerdos de pniā. deſt. 6. ¶ Unuꝫ tñ eſt aduertendū: ꝙ ſi confeſſor circa confeſſioneꝫ dubitet de aliquo contractu an ſit vſurarius an nõ: vel de aliquo pctõ an ſit mortale vel veniale bene põt reuelare taleꝫ caſuꝫ, ſiue tale pctm̄ ꝛ quęrere cõciliū a doctiori dummõ nõ reuelet perſonā: q̄ talem actū vel pctm̄ cõmiſit: neqꝫ circūſtantiā per quaꝫ poſſet venire in notitiam talis perſonę.

¶ Contra reſolutiõeꝫ huis. q. arguitur ſic. In aliquo caſu confeſſor põt reuelare pctm̄ auditū in confeſſione ergo reſolutio nulla: añs ꝓbatur: poſito caſu ꝙ aliquis cõfiteatur alicui ſacerdoti ꝙ vult occidere die craſtina fratreꝫ ipſiꝰ ſacerdotis tunc talis ſacerdos põt reuelare tale ptcm̄ fratri ſuo ğ. ¶ Ad hoc argumentum rñdet Panormitanꝰ ſup illud cap. oīs vtriuſqꝫ ſexus: ꝙ in tali caſu ſacerdos põt reuelare: rõ eiꝰ eſt: qꝛ ſigillū confeſſionis nõ ſe extēdit ad pctā futura: ſed ſoluꝫ ad pręterita. ¶ Sꝫ hec rõ eſt enſis alacis. naꝫ certū eſt ꝙ talis ſacerdos reuelat pttm̄ pręteritum: nā reuelat propoſitum illud occidendi qđ habuit pctõr. ¶ Propterea alr̄ rñdent oēs doctores theologi. ſ. negando ꝙ in illo caſu poſſit reuelare fratri ſuo: ſed bene põt dicere fratri ſuo ꝙ nõ exeat domuꝫ ꝛ ꝙ ſeruet ſeipſum et poteſt etiam ipſe armatus cuſtodire euꝫ: ſed nullo modo poteſt illi dicere peccatum illud.

¶ Scđo arguiſ ſic: teſte diuo Bernardo illud qđ eſt inſtitutum ꝑ charitate non debꝫ militare contra charitatem: ſed interduꝫ nõ reuelare pctm̄ auditū in cõfeſſione eſt cõtra charitatem ergo aliq̄ñ ſacerdos põt reuelare: minor probaſ: poſito ꝙ aliq̄s malus xp̄ianus confiteatur ꝙ vult inficere plebē valentinā aliq̄ hęreſi: vel ꝙ vult prodere vrbeꝫ hoſtibus et nõ vult deſiſtere a propoſito illo: tunc non reuelare: tale crimen militat contra charitatē ergo. ¶ Ad hoc argumentū rñdeſ negando minorē ꝛ ad ꝓbationeꝫ negatur añs: rõ eſt: qꝛ non poteſt iuſte reuelare poſtqꝫ dñs deꝰ adeo ſtricte pro

hibuit: pōt tamē dicere dño epō et dñis rectoribus ꝙ vigilēt ſuper gregem: qꝛ aliqs vult inficere oues aliq̄ hereſi: pōt etiā dicere pfecto vrbis ꝙ vigilet etiā qꝛ eſt magnū periculū de proditione: nō tn̄ debꝫ reuelare perſonam: qꝛ nō ſunt fienda mala vt inde veniant bona. Ex ſolutione iſtorū duorū argumentorū ſequitur ꝙ ſacerdos tenetur celare peccata que audiuit ꝛ tamē non fuit cōfeſſio ſacramētalis: naꝫ tales obſtinatos nunq̄ ſacerdos abſoluet: nihilominus tenet̄ celare ea q̄ audiuit. Sequit̄ ſcdo ꝙ reprobādus eſt ille verſus iuris. ſ. eſt hereſis crimē quod nec confeſſio celat.

¶ Tertio arguit̄ volo ꝙ aliqs iudex interroget cōfeſſorem alicuiꝰ peccatoris et querat ab eo an talis peccator cōmiſit homicidiū ꝛ realr̄ ipſe cōmiſit ꝛ confeſſus eſt: tunc cōfeſſor tenet̄ reuelare illō homicidiū ergo reſolutio queſtiōis nulla: añs probat̄: vel confeſſor tacebit vel dicet ſcio: vel dicet neſcio: ſi ſecunduꝫ hētur intentū: ſi primuꝫ: ſuſpicabit̄ iudex ꝙ cōmiſit homicidiū: nā in talibus qui tacet cōſentire videtur: ergo idem eſt ac ſi reuelaret: ſi tertiū mentitur ꝛ non ſunt facienda mala vt inde veniant bona ad romanos tertio: ergo melius eſt ꝙ reuelet.

¶ Ad hoc argumentum aliqui doctores dicūt ꝙ debꝫ dicere iudici ꝙ male interrogat: ſed hoc non ſoluit difficultatē: naꝫ ſtat iudicē eſſe obſtinatum tyrannū: ideo diuus Thomas dicit ꝙ debet dicere neſcio: qꝛ neſcit vt homo: ſed vt deus. i. eſt in perſona dei. ¶ Sed hoc impugnauit doctor ſubtilis vt dictū eſt in pricipio huius. q. nam certū eſt ꝙ ſcit vt hō. ¶ Propterea dico ꝙ ſacerdos debet reſpondere neſcio et pōt iurare etiaꝫ quia ſenſus eſt neſcio ad dicēdum tibi et iſta ſolutio elicitur ex illo verbo ſaluatoris Marci. 13. cap. de die autēꝫ illo ꝛ hora nemo ſit neq̄ angeli in celo: neq̄ filiꝰ hois: vnde certuꝫ eſt quia ſaluator noſter q̄ eſt filius hois. i. virginis bene ſciebat et quo ad diuinitatem ꝛ quo ad humanitatē: non tn̄ ſciebat ad dicēdum apoſtolis.

¶ Quarto arguitur ſic poſito caſu ꝙ plato cognouerit katherinā et vult ducere in facie eccleſie ſororem ipſius katherine in vxorē ante tamē q̄ ducat confitet̄ dño rectori: qui debꝫ miniſtrare ſacramētuꝫ matrimonij: ꝙ ipſe cognouit katherinaꝫ ꝛ vult oī via ducere ſororē ipſiꝰ in vxorē: tūc talis rector tenet̄ reuelare confeſſionē ergo reſolutio nulla: añs probat̄: tenet̄ dicere ꝙ plato non poteſt eaꝫ ducere propt̄ impedimentū contractū rōne illius cognationis: qꝛ cognouit katherinā ergo tenetur reuelare cōfeſſionē: añs probatur: non pōt talis rector miniſtrare illis ſacramentū matrimonij ergo tenetur reuelare: añs pbatur: ſi miniſtret peccabit mortalit̄: ergo non poteſt miniſtrare: añs probat̄: cooperat̄ pctō mortali ergo peccat mortaliter. ¶ Ad hoc argumentuꝫ reſpondet̄ dato caſu negando añs: et ad probationē negat̄ iterū añs ꝛ ad pbationeꝫ negat̄ ꝙ nō poſſit mi-

niſtrare: dummõ diſperit ipi platoni
ꝙ damnat ſeipſuꝫ capiendo illaꝫ in
vxorem: nihilominꝰ ſi plato ſit ob-
ſtinatus vt poniť in argumento: de
bet miniſtrare ſacramentũ. Nã pla
to habꝫ ius petendi ⁊ dñs rector nõ
põt excipe contra eum: imo obliga-
tur tunc miniſtrare: ne ſit reuelator
confeſſionis ⁊ ne ſcandalizet alios:
veluti tenetur rector dare euchari-
ſtiam ſuo parochiano occulto pctõ-
ri petenti publice vt dictuꝫ eſt ſupe-
rius.

Quinto arguiť ſic ſi pecca-
tor det licentiam confeſſori: ꝯfeſſor
poteſt reuelare confeſſionẽ ergo re-
ſolutio nulla. Ad hoc argumẽtuꝫ
reſpondet diuus Thomas cõcedẽ-
do añs ⁊ negando ꝯñam: rõ thomẽ
eſt: qꝛ per licentiã datã cõfeſſor alio
modo ſcit ꝙ̃ ſciebat: debet tamẽ ca-
uere ab ſcãdalo. Hęc tñ ſolutio nõ
placet doctori ſubtili nam reuelare
confeſſionẽ eſt prohibitũ lege natu
rali: diuina: ⁊ humana: ⁊ ideo pctõr
non poteſt dare licentiã: hęc tamen
ratio nõ concludit: nã retinere alie-
num eſt prohibitũ lege diuina; tñ ſi
dñs rei conſentit ego bene poſſum
retinere: propterea dñs durandus
dat aliam rõneꝫ. ſ. ꝙ ſic daretur via
reuelandę cõfeſſionis et ex ꝯñti nul
lus vellet confiteri. Naꝫ cogeretur
peccator ad dandã licentiã confeſſo
ri. Ideo rñdeo cum doctore ſub-
tili et alijs: ꝙ quantumcũqꝫ pecca-
tor det licentam cõfeſſori: confeſſor
non debet dicere: ſed dicat ipſemet
peccator ſi voluerit.

Sexto arguitur ſic: volo ꝙ
aliquis rector audierit in confeſſiõ-
ne epiſcopũ ſuũ de aliqua ſimonia
et abſoluerit eũ: poſtea vero videt
ꝙ peccauit abſoluendo: tũc tenetur
confiteri tale pctm̃: et non põt confi
teri niſi reuelet pctm̃ ipſius epi. Nã
ſuppono ꝙ oẽs ſacerdotes ſciãt do
minũ rectoreꝫ nõ audiuiſſe aliũ niſi
dñm epm̃ in confeſſiõe ⁊ appropin
quet hora in qua eſt celebraturꝰ in
die paſchatis ſuis parochianis er-
go tenetur reuelare confeſſionem.
Ad hoc argumentũ rñdeť negan
do ꝙ in illo caſu teneatur cõfiteri il-
lud pctm̃: ſed ſatis eſt: ꝙ pœniteat
ipſuꝫ: ⁊ dicat in gñe ego abſolui ali-
quem: quẽ non poterã abſoluere: et
poſtea data oportunitate: ſi inueniat
ſacerdotem: qui nõ cognocat illum
epiſcopum poterit ꝯfiteri. Propor
tionabiliť eſt dicendũ de illo caſu in
quo dñs rector cognouit Bertham
ſororem ſuã credens cognoſcere cõ
cubinam ſuã: ⁊ poſtea ſoror ipſiꝰ cõ
fitetur ei: qualiť ipe cognouit eã: tũc
talis rector nõ teneť ꝯfiteri tale pec
catum quo ad illã circunſtantiaꝫ ſo-
roris: quouſqꝫ inueniat ſacerdoteꝫ
qui eos non cognoſcat: ſed interim
ſatis eſt: ꝙ confiteatur ꝙ commiſit
inceſtum.

Septimo arguitur ſic: volo
ꝙ aliquis ſacerdos velit intrare ali
quod nemus cũ duobus hoibus: et
vnus illorum confitetur ei ꝙ ambo
volunt ipſum occidere in medio ne
moris: tunc talis ſacerdos tenetur
reuelare pctm̃ auditũ in confeſſiõe
ergo reſolutio nulla: añs probatur:
iure naturali et diuino et humano:

ſacerdos tenet̃ ſeruare vitam ſuã ⁊
non poteſt eam ſeruare: niſi reuelã-
do illud peccatũ cõfeſſuz ergo tene
tur reuelare: minor probat̃: ſi nõ va
dat cũ illis iam dicet ille qui confeſ
ſus eſt: ꝙ ideo nõ vult ire ne occida
tur: ergo tunc reuelat confeſſionez.
¶ Ad hoc argumentuz rñdet̃ dato
caſu negando añs: ⁊ ad probationẽ
negatur minor: ⁊ ad probationẽ di-
co ꝙ talis ſacerdos debet dicere ꝙ
non inuenit ſe diſpoſitũ ad tale iter
agendũ ⁊ vult prius videre domuz
ſuam vt eam bene diſponat ⁊ in oĩ-
bus iſtis verũ dicit nec reuelat con-
feſſionem: nec debʒ curare qđ alter
eſt dicturus: ſed ſufficiat ei ꝙ ſeruet
vitam ſuã nõ reuelando ꝯfeſſionẽ.

¶ Octauo arguitur ſic volo ꝙ
aliqs confiteatur alicui ſacerdoti ⁊
tempe confeſſionis furet̃ pecunias
oẽs: quas habʒ in marſupio et con-
fiteatur etiam tale peccatuz ipſi ſa-
cerdoti: tunc talis ſacerdos tenetur
reuelare confeſſionẽ: ſuppono eniʒ
ꝙ maxĩe indigeat illis pecunijs er-
go reſolutio nulla: añs pbat̃: talis
ſacerdos tenet̃ ſuccurrere ſuę idigẽ
tię et non põt niſi reuelando confeſ-
ſionẽ ergo tenet̃ reuelarę. ¶ Ad h
argumentũ rñdet̃ negãdo añs: da-
to caſu et ad probationez dico ꝙ ſo
lum debet irogare ipſuz pctõrem vt
reſtituat ſibi: ⁊ ſi noluerit: ſacerdos
debet habere patientiam: meliꝰ eſt
eñ ꝙ patiat̃ damnum in arca: ꝙ̃ in
conſcientia: ſed ſi talis peccator fu-
ratus fuiſſet equũ talis ſacerdotis:
et cõfeſſus fuerit ei: talis ſacerdos
poteſt laborare ad recuperandum
ſuum equuz nihil dicendo de cõfeſ-
ſione: ſed probando per teſtes ꝙ ta
lis equus ad ſe ſpectat: ⁊ ſi alia via
ſciuerit ꝙ talis furatꝰ eſt equũ ſuuz
poteſt ipſum accuſare dum nõ poſ-
ſit probare: ꝙ alio modo ſciuit ꝙ̃ ꝑ
confeſſionẽ: nam ſi nõ poſſit proba-
re nõ põt euz accuſare: magis enim
tenet̃ vitare ſcandalũ ꝙ̃ damnuz in
arca. ¶ Sed quęres circa iſtam ma
teriam ſigilli confeſſionis qua pę-
na eſt puniendus ſacerdos reuela-
tor confeſſionis. ¶ Ad hoc rñdetur
ꝙ eſt deponẽdus a ſacerdotio ⁊ de-
trudendus in monaſteriũ arctũ ad
agendum ꝑpetuã pñiam: vt habet̃
in illis cap. Omis vtriuſqʒ ſexꝰ: et Si
ſacerdos: in principio huiꝰ queſtio-
nis allegatis.

Si peccata dimiſſa redeãt.
Diſtinctio. XXII.



Unqʒ mul
tis auctori
bꝰ ſupra ſit
aſſertum in
vera cordis
contritione
pctã dimit-
ti ante confeſſionem vel ſatiſfa-
ctionem ei etiã qui aliqñ in cri-
men relapſurus eſt: querit̃. Si
poſt cordis contritionẽ cõfite-
ri contempſerit vel in pctm̃ idẽ
vel ſimile ceciderit: an pctã re-
miſſa redeant? Cuius queſtio-
nis ſolutio obſcura eſt et ꝑple-
xa: alijs aſſerentibus: alijs ecõ
tra negantibus pctã ſemel di-

miſſa vlterius replicari ad pe-
nam. Qui vero dicunt pctã di
miſſa redire ſubditis ſe muniũt
teſtimonijs. Ambroſius ait.
Donate inuicem ſi alter in al-
terum peccat: alioquin de⁹ re-
petit dimiſſa. Si eñ in his cõ-
temptus fuerit ſine dubio reuo
cabit ſententiã per quã miaȝ de
derat: ſicut in euangelio de ſer-
uo neq̃ legitur: qui in conſer-
uum ſuũ impius deprehenſus
eſt. Item Raba. Nequã ſeruũ
tradidit deus tortoribus quo-
aduſq̃ redderet vniuerſuȝ debi
tum: quia non ſolum pctã que
poſt baptiſmũ hõ egit reputa-
bunt ei ad pniam: ſed etiã origi
nalia que in baptiſmo ſũt ei dl-
miſſa. Item Gregori⁹. Ex di-
ctis euangelicis conſtat: quia
ſi ex corde nõ dimittim⁹: qđ in
nos delinquit et hoc ruſuȝ exi
gitur quod iam nobis p pniaȝ
dimiſſum fuiſſe gaudebamus.
Item Auguſt. Dicit deus: di
mitte ⁊ dimittetur tibi: ſed ego
prius dimiſi: dimittet poſtea.
Nam ſi nõ dimiſeris reuocabo
te: et quicq̃d dimiſerã replica-
bo tibi. Item qui diuini benefi
cij oblitus ſuas vult vindicare
iniurias: non ſolum de futuris
peccatis veniã nõ merebit: ſed
etiaȝ preterita que iã ſibi dimiſ
ſa credebat: ad vindictã ei repli
cabuntur. Itẽ Beda. Reuer-
tar in domũ meam ⁊c. Timen
dus eſt ille verſiculus nõ expo
nendus: ne culpa quã in nobis
extinctam credebamus: per in
cautelaȝ nos vacantes oppri-
mat. Iteȝ. Quecunq̃ eñ poſt
baptiſma ſiue prauitas hereti-
ca ſeu cupiditas mundana arri
puerit: mox oĩm proſternet in-
ima vitiorum. Iteȝ Aug. Re-
dire dimiſſa peccata: vbi frater
na charitas nõ eſt: apertiſſime
dñs in euangelio docet: in illo
ſeruo a quo dimiſſum dñs de-
bitum petiit: eo ꝙ ille conſeruo
ſuo debitum nollet dimittere.
His auctoritatibus innituntur
qui dicunt pctã dimiſſa ſi repli
cantur redire ſimplr̃. Quib⁹ op
ponit. Si quis ꝓ pctõ de quo
penituit et indulgentiã accepit
iterũ punitur nõ videt iuſtum.
Si punitur ꝓ eo qđ peccauit:
et nõ emẽdauit iuſticia eſt ap-
ta. Si vero requirit qđ fuerat
condonatũ vel iuſticia eſt: vel
iuſticia occulta. Uidetur etiaȝ
deus bis in idipſuȝ iudicare: et
duplex tribulatio cõſurgere qđ
ſcriptura negat. Sȝ ad hoc po
teſt dici: ꝙ neq̃ duplex tribula

tio consurgit: necꝫ iudicat de⁹ bis in idipsum. Hoc eñ fieret si post condignã satisfactionem et sufficientẽ penã iteꝝ puniret sed non satisfecit digne ⁊ sufficienter: q̃ nõ perseuerauit. Debuit eñ iugem pcti hẽre memoriam non ad satisfaciendũ: sꝫ ad cauendum: debuit nõ obliuisci oẽs retributiones dei: q̃ tot sũt quot sunt pctõrũ remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona dei: quot mala sua: ac ꝓ illis vsqꝫ in finẽ grãs agere. Sed qꝛ ingratus ad vomitũ sicut canis rediit: antea acta bona mortificauit: ⁊ pctm̃ dimissum reuocauit: vt cui humiliato ante deus peccatũ dimiserat eideꝫ postea elato ⁊ ingrato imputet.

Aliorum sententia.

¶ Sed quia absonuꝫ videt̃ vt pctã dimissa iterũ iputent̃ placet quibusdã neminẽ pro peccatis semel dimissis iterũ a deo puniri. Sed ideo dicunt̃ dimissa redire ⁊ imputari: quia propter ingratitudinẽ ita reus ⁊ peccator constituitur: vt ante fuerat. Sic eñ qd̃ dimissuꝫ fuerat dicitur exigi: qꝛ remissionis ꝑcepte ingratus: ita re⁹ fit vt añ fuerat. Vtriqꝫ parti questionis probati fauent doctores. Ideo qꝫ alicui parti nõ ꝑiudicãs studioso lectori iudiciũ relinquo: addens mihi tutũ fore ac saluti propinquũ sub mensa dñorum micas edere.

Quid sit hic sacr̃m ⁊ res.

¶ Post predicta restat inuestigare quid in actione pnie sit sacramentũ ⁊ res. Sacramentuꝫ eñ signũ est sacre rei. Quid ergo hic signũ est: ⁊ que est res sacra hui⁹ signi? Quidã dicunt sacramentũ hic esse qd̃ exterius tm̃ geritur. s. exterior pnia que est signũ interioris pnie. scꝫ cõtritionis cordis ⁊ humiliationis. Qd̃ si est: non oẽ sacramẽtum euangelicũ id efficit qd̃ figurat. Exterior eñ pnia nõ efficit interioreꝫ: potius interior causa est exterioris. Sꝫ ad hoc inquiũt illi: hoc esse itelligendũ de illis sacramẽtis que in nouo testamẽto instituta sunt: vt est sacramentũ baptismi: ꝯfirmationis: ⁊ corporis xpi. Sacramẽtum vero pnie sicut ⁊ coniugii ante temp⁹ grẽ etiã a primordio humani gñis fuit. Vtrũqꝫ eñ institutũ fuit in primis parentib⁹. Item si exterior pnia sacramẽtuꝫ est: ⁊ interior res sa

cramenti: ſepius p̄cedit res ſa-
cramentū q̄ ſacramentu; rem.
Sed nec hoc inconueniēs eſt.
Nam ⁊ in alijs ſacramētis que
efficiunt qđ figurant: hoc ſepe
contingit. Quidā autē dicunt
exteriorē pniam ⁊ interiorē eſſe
ſacramentū nec duo ſacramēta
ſed vnū vt ſpecis panis et vini
non duo ſunt ſacramēta ſ; vnū
Et ſicut in ſacramento corporis:
ita etiā in hoc ſacramento di-
cunt aliud eſſe tm̄ ſacramentu;
ſc; exteriorē pniam: aliud ſacra
mentū ⁊ rem. ſ. interiorē pniā:
aliud rem ⁊ nō ſacramentū. ſc;
remiſſionem peccatorū. Inte-
rior em̄ pnia ⁊ res eſt ſacramēti
id eſt exterioris pnie: et ſacra-
mentū remiſſionis pcti: quā et
ſignat et facit. Exterior quoq̄
penitentia et interioris ſignu;
eſt: et remiſſionis peccatorum.

VIrcavigeſimam ſecūdā diſt. q̄ritur p°. vtru; peccata ſemel dimiſſa redeant qn̄ pctōr qui fuit cōtritus et confeſſus redit ad vomitum.

¶ Hāc difficultatē relinquit magiſter in preſenti diſtinctiōe lectori diſcutiendā: nihilominus oēs doctores theologi poſt magiſtrum defenſant partem negatiuā tanq̄ catholicam ⁊ conſonā ſacre pagine ⁊ mie diui dei. Dicit em̄ Naum pph̄a non iudicabit bis dn̄s inidipſ: ergo ſi ſemel iudicauit dn̄s de° q̄ talia pctā ſunt dimiſſa per contritionē ⁊ cōfeſſionem nō ampli° debet ea iudicare et per pn̄s nō amplius redeunt. Unu; tn̄ dicit doctor ſubtilis circa iſtam materiam. ſ. q̄ talis peccator poſt vomitū hab; ius ad regnu; celorum: q̄uis ſopitum: ſed hoc neq̄t defenſari. Nam talis eſt priuat° tali iure rōne criminis mortalis: veluti nobilis priuatur bonis ſuis rōne criminis leſe Maieſtatis: ⁊ ſicut miles poſt crimen leſe Maieſtatis nō habet ius in bonis ſuis: ita etiā neq̄ pctōr poſt peccatū mortale hab; ius ad regnum celorū. Sed videnť authoritates Ambroſij ⁊ Gregorij pape et Auguſtini et Strabi: quas affert magiſter in preſenti diſtictione militare contra rn̄ſionē. q. ideo doctores theologi poſt magiſtrum dicunt q̄ ille authoritates intelligūtur q̄ peccata redeunt ratiōe ingratitudinis. na; talis peccator eſt magis ingratus poſt remiſſionē pctōrum: ſi iteru; peccet: q̄ erat ante remiſſionem.

¶ Contra iſtā reſponſionē arguitur ſic ſequereť q̄ talis peccator tenereť pfiteri oīa illa pctā: que prius confeſſus fuerat et circūſtantia; ingratitudinis: pn̄s eſt falſu; ergo ſequela probatur: ratione remiſſionis pctōrū preteritorum talis pctōr grauius peccat ergo teneť confiteri

circūſtantiam ingratitudinis ⁊ non
poſſit bene confiteri talē circūſtan-
tiam niſi cōfiteaꝛ oīa pctā: q̄ fuerūt
ſibi remiſſa: ergo teneꝛ oīa illa con-
fiteri ſimul cū circūſtantia ingrati-
tudinis. ¶ Ad hoc argumentū rñ-
detur negando ſequelā: ⁊ ad proba
tionem negatur ꝙ teneatur confite
ri illam circūſtantiā: rō eſt: quia ta-
lis circūſtantia non variat ſpeciem
peccati q̄uis aggrauet. Inſup in-
gratitudo reſpectu cuiuſlibet pcti ē
circūſtantia. ¶ Contra iſtam ſolu-
tionem arguꝛ. Innocentia aggra-
uat pctm̄ ergo remiſſio peccatorū
nō aggrauat peccatum: ꝯña pbaꝛ.
Innocentia et remiſſio pctōꝝ ſunt
oppoſite circūſtantie ergo ſi innocē
tia aggrauat: remiſſio peccatoꝝ nō
aggrauat. ¶ Ad hanc replicā rñdeꝛ
negando ꝯñam: ⁊ ad probationem
negatur etiam ꝯña. Immo dico ꝙ
innocētia magis aggrauat q̄ remiſ
ſio petōꝝ. Uñ magis obligatur
aliq̄s dño deo ſi ipſū conſeruet in
innocentia ⁊ ſanctitate q̄ ſi pmittat
eum cadere ⁊ poſtea reſurgere. Id
circo magis eſt obligata beata vir-
go xp̄o: qui nō permiſit eā coinqui-
nari peccato originali q̄ Joannes
baptiſta: quē poſt peccatū origina-
le ſanctificauit in vtero.

¶ Scdo arguiꝛ ſic: opa mor-
tificata redeunt per pniam ⁊ chari-
tatē ergo peccata dimiſſa redeunt
per pctm̄ mortale: ꝯña probatur: ſi
cut ſe habꝫ culpa ad mortificandū
ita ſe habꝫ charitas ad viuificādū:
et econuerſo: ſed charitas viuificat
mortificata g̃ pari rōne culpa mor-
talis ſequēs facit redire pctā prius
dimiſſa. ¶ Pro huius argumēti ſo-
lutione notanda eſt quedā diſti. ma
giſtralis. ſ. ꝙ triplex eſt bonū opus
ſcꝫ viuū mortuum ⁊ mortificatum:
Opus bonū viuū eſt bonū opꝰ eli-
citū ab habente grām gratū faciē-
tē: vt datio elemoſyne elicita a gra-
tia gratū faciēte propter deū. Bo-
num opus mortuū eſt bonū opus
elicitū a peccatore exiſtente in pctō
mortali vt datio elemoſyne propꝛ
deū alicuius cōcubinarij vel vſura-
rij. Opus bonū mortificatū eſt bo-
num opus: qđ aliq̄n fuit viuū ⁊ mō
non viuit: vt ſi ſortes heri fuiſſet in
gratia et dediſſet eleemoſynā pau-
peri propꝛ deū ⁊ hodie eſſet in pec-
cato mortali: illa datio elemoſyne
hodie eſt mortificata per pctm̄ mor
tale: ⁊ heri erat viua rōne grē gratū
facientis. De opibus mortuis oēs
doctores tenent ꝙ nūq̄ redeūt: rō:
quia nunq̄ fuerūt viua. De opibus
autē mortificatis oēs doctores te-
nent ꝙ oīa redeūt ſi pctōr reſurgat
et viuificanꝛ per grām acq̄ſitā in ta
li reſurrectione. Iſto notato rñdeꝛ
ad formā argumenti negādo ꝯñā:
et ad probationem negaꝛ añs: ſi li
ſicut dicat oīmodā ſimilitudinem.
Una rō datur: q: deus eſt pronior
ad miſerendū: q̄ ad puniendū: ſꝫ
hec rō nō multū ſatiat intellectū: iō
datur alia melior. ſ. ꝙ pctā dimiſſa
iam ſunt punita per contritionē et
confeſſionē: ſed opa mortificata nō
ſunt premiata: ⁊ ideo neceſſariū eſt
ꝙ premientur amoto impedimēto
ſcꝫ peccato mortali. vñ dñs deꝰ nul
lum bonū relinquit irremuneratū

ſicuti nulluȝ malum impunitum.

¶ Tertio arguitur duab⁹ authoritatibus. Prima eſt Ezechielis.18. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua oẽs ſuę iuſticię quas fecerit non recordabuntur ergo in eodem ſtatu talis erit ac ſi nullã iuſticiaȝ feciſſet: ſed ſi nullã iuſticiã feciſſet nõ egiſſet iuſticiam pnię nec fuiſſent ei dimiſſa priora pctã ergo talia pctã redeunt rõne vomitus. Secũda authoritas habet̃ in.4.ca.prię cano. Petri.ſ.charitas operit multitudinem pctõꝝ: ergo ſi amoueat̃ charitas q̃ eſt obſtaculũ redibunt. ¶ Ad primã aucthoritatẽ rñdet̃ ꝙ intelligitur ꝙ oẽs iuſticię non recordabũtur: qꝛ non minori pœna damni dãnabuntur: ſed de pœna ſenſus longe minorẽ patiet̃ rõne iuſticiarum: quas fecit ¶ Ad ſcdam authoritatẽ reſpondet̃ ꝙ li operit nõ valet tãtũ ſicut li impedit: ſed tñ valet ſicut li deſtruit ⁊ ideo poſtq̃ ſunt deſtructa et punita non oportȝ ꝙ redeant.

¶ Queritur ſcdo circa eandeȝ diſt. an reſurgẽs a pctõ: reſurgit ad maiorem gratiã ⁊ gloriã: q̃ꝫ habuerit ante pctm̃. ¶ Ad hanc difficultateȝ reſpondet doctor ſolemnis. ſcȝ Henricus de gandauo conſoci⁹ ſorbonicus ꝙ oẽs reſurgentes a pctõ reſurgunt ad equalẽ gratiã: hęc reſponſio ꝓbat̃ ab eo quia dñs deus gratis ⁊ liberaliter dat primã gr̃am dummõ ſit aliqua diſpoſitio ex pte recipientis non tñ diſpoſitio quę ſit actus poſitiu⁹: ſed diſpoſitio. i. ceſſatio poſitionis obicis et cum talis diſpoſitio ſit quedã priuatio nõ ſuſcipit magis ⁊ minus: et per ꝯñs ẽ ęqualis in oĩbus ⁊ deus nõ eſt acceptator perſonarũ ergo dat tantam gratiã vni reſurgenti ſicut alteri: et per ꝯñs oẽs reſurgẽtes reſurgunt ad ęqualem gratiam

¶ Contra iſtam opinionẽ ar arguitur ſic ſequeret̃ ꝙ ſemꝑ ꝙ aliquis peccator non cogitaret de peccato: ſed dormiret aut recrearet ſeipſum aut ageret aliqđ op⁹ virtuoſum ſine aliqua contritione aut dolore eſſet diſpoſitus ad gr̃aȝ: ꝯñs ẽ manifeſte falſuȝ cũ talis ſit in pctõ mortali ſine pnię propoſito vt ſupponitur ergo opinio nulla: ſequela patet: talis ceſſat ponere obiceȝ reſpectu gratię ergo eſt diſpoſit⁹ ad gratiã: ſi dicas ꝙ requiritur aliquis actus cuȝ vnus reſurgẽs a pctõ poſſit habere maiorẽ actũ q̃ꝫ alius habeat: ſeq̃tur ꝙ vnus erit melius diſpoſitus q̃ꝫ alius ⁊ per ꝯñs non oẽs reſurgentes a pctõ reſurgũt ad ęq̃lem gr̃am quod eſt contradictoriuȝ opinionis.

¶ Ideo diu⁹ Thomas Bonauentura et doctor ſubtilis tenent ꝙ non quilibet reſurgens a pctõ reſurgit ad maiorẽ gr̃am ſed interdũ ad maiorẽ interduȝ ad minorẽ: ſcđȝ exigentiã ſuę diſpoſitionis: ita ꝙ ſi eliciat magnã contritioneȝ reſurgit ad maiorẽ gr̃am: ſi paruã: ad minorem: ſi mediocrẽ: ad ęqualẽ: quilibȝ tamẽ poteſt reſurgere ad maiorem gloriam: qꝛ impietas impij non nocet ipſo. vt hẽtur Ezechielis.33.ca.

¶ Contra iſtã opinionẽ arguitur dupliciter. Primo retorquẽdo

eandẽ authoritatẽ ⁊ aſſumẽdo aliaz quę habet. 18. ca. eiuſdẽ libri allegatu. ſ. ſi impius egerit penitentiã oĩz iniquitatũ eius quas operatꝰ eſt nõ recordabor. naz ſi non reſurgit peccator ad tantã gratiã vel maiorẽ. iã impietas nocz ei ⁊ dñs deus recordatur iniquitatũ. nã propter iniquitates iſtius reſurgentis nõ reſtituit illi priſtinã gratiã quaz habebat añ iniquitatem.

¶ Tertio arguit ſic contra eãdem reſolutionem. ſequeret ꝙ nulla eſſet differẽtia inter ſacerdotes ⁊ religioſos: ꝯñs eſt falſum ergo ſeq̃la probatur: ſacerdotes non poſſũt diſponere de bonis ſuis ad libitum ſuum ſicut religioſi non poſſunt: ergo nulla eſt differẽtia inter ſacerdotes ⁊ religioſos. ¶ Ad hoc argumẽtum rñdet negando ſequelã: ⁊ ad ꝓbationẽ diſtinguitur añs: vel intelligendo de bonis ꝑmę quotę ⁊ ſic negatur illud: vel de bonis aliaꝝ quotarum ⁊ ſic conceditur illud: ⁊ negatur ꝯñs: inſup ſi ſacerdotes ꝓpria ⁊ honeſta induſtria lucrent aliqua bona poſſunt ad libitũ ſuũ diſponere de ipis: dñi autẽ religioſi nõ poſſũt

qꝛ q̄d q̄d lucrant religioni ſiue cœnobio lucrāt: ꝑterea dn̄i ſacerdotes poſſunt teſtari de talibus bonis et de patrimonio ſi habeant vt patet ex concilio agathen̄.12.q.pᵉ.ca.ep̄i de rebus. ſimilr̄ in ca. ſequenti maniſeſte ex concilio Martini.ꝛ in ca. Sint manifeſte res: ex canonibus apoſtoloꝝ̄: religioſi vero nō poſſūt teſtari cum non habeant dn̄ium alicuius rei. ¶ Contra iſtaȝ ſolutionē arguitur. ſequeret ſaltē ꝙ ſacerdos prodige exponens bona ſua tenere tur ad reſtitutionē: ꝯn̄s eſt falſuȝ ergo ſequela probatur: ſacerdos non eſt dn̄s oim̄ bonoꝝ: quę poſſidet ergo ſi prodige illa exponat tenet ad reſtitutionē. ¶ Ad hanc replicaȝ facile eſt rn̄dere cum diſtinctione ſcȝ: diſtinguendo de quibus bonis: nam de bonis duarū vltimarū quotaruȝ non eſt dubiū quin tenetur ad reſtitutionem: qꝛ non eſt dn̄s illoꝝ: ſed diſpenſatoꝛ De alijs autē bonis nō tenetur ad reſtitutionē q̄uis peccet prodige exponendo. Ex ſolutione huius argumenti ſequit ꝙ periculoſum eſt ludere cum dn̄is ſacerdotibus magnas ſummas pecuniaruȝ in ludis honeſtis: nam tales nō adquirunt dominiū cuȝ ſit veri ſimile ꝙ tales pecunię ſint pauperuȝ vel fabricę eccleſię: ꝛ nihilominᵒ ſi dn̄s ſacerdos lucretur acquirit dn̄ium.

¶ Queritur duodecimo circa eandem diſtinctionē vtrū papa acceptans perſonas in beneficijs peccet mortaliter. ¶ Pro huius.q.intelligētia eſt aduertendū ꝙ accipere perſonas eſt vnā perſonam alteri perſonę iniuſte ꝑferre: verbi grā: ſi aliquis ep̄s det ſuo nepoti inſufficienti aliq̄d bn̄ficium et neget illud beneficium alicui viro docto: tunc talis ep̄s eſt acceptatoꝛ perſonaꝝ. Ex iſta diffinitione ſequitur ꝙ dn̄s deus non pōt acceptare perſonas: ideo princeps apoſtoloꝝ̄ aſſerit in actibus. In veritate compꝛi ꝙ non eſt acceptatio perſonarū apud deū ¶ Iſtis notatis rn̄det affirmatiue ad.q. Immo grauius peccat papa vel ep̄s acceptās perſonas q̄ȝ imperatoꝛ vel rex acceptās pſonas in officijs ſecularibus. Iſta concluſio ꝓbatur: qꝛ Deuteronomij ca. pꝛimo habetur. Nō accipiens cuiuſq̄ȝ perſonam. ꝛ Jacobi ſcd̄o ca. habet. nolite in perſonaruȝ acceptione habere fidem dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ſuper q̄ verba Aug. inq̄t. Quis ferat ſi q̄s diuitem eligat ad ſedeȝ honoꝛis eccleſię contempto paupere iſtructiore: quaſi dicat nullᵒ debet hoc pati.

¶ Contra iſtam rn̄ſionē arguitur ſic. Poſſibile eſt aliquem ep̄m dare beneficiuȝ nō idoneo ſine peccato ergo rn̄ſio nulla: an̄s probatur voloq̄ꝫ ſit vnus magnus hypocrita: qui videt valde bonus: in rei tn̄ veritate eſt valde malus: tūc ſi dn̄s ep̄s det beneficium tali hypocrite bene facit: ꝛ talis hypocrita nō eſt idoneus ergo an̄s verū. ¶ Ad h̄ argumentū rn̄det diſtinguendo an̄s: vel ſcienter ꝛ ſic negatur illud: nec ꝓbatur in iſto ſenſu: vel cū ignorātia inuincibili ꝛ ſic concedit illud ꝛ negatur ꝯn̄a: qꝛ concluſio ſiue rn̄ſio itelligitur ſcienter. ¶ Contra iſtam

ſolutionē arguitur ſic. De quolibet
eſt pręſumendū ꝙ ſit bonus ergo
ep̄s ſemꝑ excuſaẗ per ignorantiam
tiam inuincibilē: añs patꝫ: qꝛ pręſu
mendum eſt de proximo bonū vbi
non cōſtat de oppoſito. ¶ Ad hanc
replicā rñdetur diſtinguendo añs:
vel de bonitate morali ⁊ ſic cōcediẗ
illud: vbi non conſtat de oppoſito: ⁊
negatur ꝯña: vel de bonitate requi-
ſita ad capacitatē beneficij ⁊ ſic ne-
gatur illud nec ꝓbatur in tali ſenſu.
¶ Contra iſtā ſolutionē arguiẗ: ſeq̄
retur ꝙ ep̄s deberet facere magnā
indaginē perſonę: quo ad mores ⁊
doctrinā anteꝗ̄ conferat ei bñficiū:
ꝯñs eſt falſum ergo falſitas cōſeq̄n
tis ꝓbaẗ: ſtat ꝙ poſt magnā indagi
nem ep̄s decipiatur ergo non debꝫ
facere taleꝫ indaginem. ¶ Ad hanc
replicā rñdeẗ cōcedendo ſequelam
et negando minorē: ⁊ ad ꝓbationeꝫ
negatur ꝯña: ⁊ rō eſt: qꝛ facta inda-
gine ꝗ̄uis decipiaẗ excuſaẗ tñ ꝑ ig-
norantiam inuincibilē: ⁊ ſi nō faciat
indaginem peccat mortalr̄: naꝫ tūc
habet ignorantiam craſſam: q̄ non
excuſat a toto vel affectatam: q̄ ag-
grauat. ¶ Contra iſtam ſolutioneꝫ
arguitur. Talis ep̄s facta indagine
ꝗ̄uis habeat ignorantiā iuīncibileꝫ
peccat ergo ſolutio nulla: añs ꝓbaẗ
Illa volitio q̄ ep̄s vult dare tali vi-
ro bñficium eſt mala moraliter er
go ep̄s peccat volendo tali viro cō-
ferre beneficium: añs ꝓbat: talis vo
litio ſiue actus non eſt cōformis di
ctamini prudentiali ergo talis act⁹
non eſt bonus moraliter: añs ꝓbaẗ
dictamē illius volitionis eſt iſtud. ſ.
dandum eſt beneficiuꝫ huic viro: et
iſtud eſt falſum: qꝛ ſupponim⁹ talē
virum eſſe malum ⁊ inſufficientem
ergo talis volitio nō eſt conformis
dictamini prudentiali. ¶ Ad hanc
replicam rñdeẗ negando añs: et ad
probationē negaẗ ꝙ talis actus ſit
malus moralr̄: ⁊ ad ꝓbationē nega-
tur ꝙ nō ſit cōformis dictamini pru
dentiali: ⁊ ad probationē diſtinguo
ꝙ tale dictamē ſit falſum: vel ſpecu
latiue ⁊ ſic concediẗ: ⁊ negatur ꝯña
vel practice ⁊ ſic negaẗ illud: poteſt
etiam dici ꝙ ſatis eſt ad hoc ꝙ act⁹
ſit moraliter bonus ꝙ ſit cōformis
dictamini prudentiali vel ignoran-
tię inuincibili. ¶ Scđo arguitur cō-
tra eandē reſolutionē. ſequereẗ ꝙ ſi
ep̄s conferret bñficiū nō idoneo ꝙ
teneretur talis no idoneus ad reſti
tutionem beneficij: ꝯñs eſt falſuꝫ er
go ſeq̄la ꝓbaẗ: ꝗ̄diu habꝫ talis nō
idoneus beneficiū peccat mortaliẗ
et non poteſt ſe liberare a tali pctō
niſi reſtituēdo ergo reſtituere teneẗ
añs probaẗ: ꝗ̄ diu habet beneficiuꝫ
non facit illud ad qđ teneẗ rōne bñ-
ficij: ergo ꝗ̄diu habet tale bñficiuꝫ
ſemꝑ peccat mortaliter. Iam ꝓbaẗ
falſitas ṗmi ꝯñtis: ſeq̄reẗ etiam ꝙ
ſi talis per ſtudiū efficereẗ idoneus
poſt biennium ꝙ etiaꝫ tunc tenereẗ
reſtituere bñficium: ꝯñs eſt falſum
quia tūc iam eſt idone⁹ ⁊ habet col
lationem ⁊ idoneitas ⁊ collatio bñ-
ficij ſufficiunt ergo ſeq̄la probatur:
ante bienniuꝫ habebat iuſtū tituluꝫ
et poſt biennium nō adq̄ſiuit ergo
tenetur reſtituere. ¶ Ad hoc argu-
mentum rñdeẗ concedēdo ſeq̄lam:
et negando minorē: ⁊ ad ꝓbationeꝫ
negatur ſequela: ⁊ ad probationeꝫ

dico ꝙ adquiſiuit verũ ⁊ iuſtum titulum rõne idoneitatis. ¶Contra iſtam ſolutioneʒ arguit̃: non firmatur tractu tẽporis qḋ de iure ab initio nõ ſubſiſtit pro regula iuris lib. 6. ff. eodẽ titulo Lege qḋ ab initio. ergo poſtq̃ talis in principio non habet verum tituluʒ ⁊ iuſtũ poſt biennium non adqrit. ¶Ad hanc replicam rñdet̃ negando ꝯñam: ⁊ rõ eſt: quia tractus tẽporis nõ dat ei iuſtũ tituluʒ: ſed collatio ⁊ idoneitas dãt ipſum verũ ⁊ iuſtum titulum.

¶Tertio arguit̃ ſequeret̃ ꝙ ſi aliq̃s eſſet idoneus ad beneficium quod poſſidet ⁊ adueniat ad nõ idoneitateʒ ꝓpt̃ morbũ vel aliquã aliã cauſam talis teneretur tũc reſtituere beneficiũ: ꝯñs eſt falſum ⁊ abſurdum: q2 oporteret eũ mẽdicare: nã ſuppono ꝙ nihil aliud habeat ergo reſolutio nulla: ſeq̃la probat̃: talis tunc nõ eſt amplꝰ idoneus nec põt facere ea quę requirit bñficiuʒ ergo tenet̃ reſtituere. ¶Ad hoc argumẽtum rñdet̃ negando ſeq̃lam: ⁊ ad ꝓbationẽ negat̃ ꝯña: rõ eſt: quia talis eſt emeritus miles: ideo rõne militię pręteritę quã bñ exercuit põt retinere bñficiũ: ⁊ ſi ſit pingue põt accipere coadiutorẽ ſicut cœpit beatꝰ Valerius hyponenſis epũs: recepit eñ diuuʒ Aug. in coadiutorẽ: ⁊ ſi ſit multum tenue tũc non tenet̃ accipe coadiutorẽ ⁊ deobligatur ab onere bñficij: q2 ad impoſſibile nemo obligatur.

¶Quarto arguit̃ ſic. ſequeret̃ ꝙ epũs ſemꝑ peccaret cõferendo bñficia: ꝯñs eſt abſurdum ergo reſolutio nulla: ſeq̃la ꝓbatur: oportʒ epũm conferre idoneo ⁊ nullꝰ eſt idoneꝰ. ergo ſemꝑ peccat epũs conferendo bñficia: minor ꝓbatur: vł ad hoc ꝙ aliq̃s ſit idoneus req̃rit̃ ꝙ ſit doctiſſimus vel mediocriter doctꝰ: nullũ iſtorum eſt dicendũ ergo nullus eſt idoneus. ¶Hoc argumentuʒ ſoluʒ quęrit q̃d requirit̃ ad hoc ꝙ aliquis ſit idoneus ad aliqḋ bñficiũ: ideo dico reſolutorie ꝙ ad hoc ꝙ aliq̃s ſit idoneus ad aliqḋ bñficiuʒ requirit̃ in primis ꝙ ſit bonoruʒ morũ. Sedo ꝙ ſciat ea: q̃ ſpectant ad tale bñficium: verbi grã ad curã aĩarũ: req̃ritur in primis ꝙ ſit bñmorigeratꝰ. ſcḋo ꝙ ſciat miniſtrare ſacramẽta: et iſta duo ſufficiunt ad hoc ꝙ aliq̃s ſit idoneus ad curã aĩaruʒ. Ad epiſcopatum vero vltra bonos mores requiritur ꝙ ſciat vtrumq̃ teſtamẽtum in ſignuʒ cuius portat duo cornua in mitra: ⁊ in eius conſecratiõe quęrit̃ ab eo ſi ſciat vtrũq̃ teſtamẽtum. ¶Iſto notato facile eſt rñdere ad formã argumẽti negando ſeq̃lam: ⁊ ad probationẽ negat̃ minor: et ad ꝓbationẽ iam dictũ eſt q̃d req̃ritur ⁊ ſufficit ad idoneitatẽ.

¶Quinto arguitur ſic. Licet dare beneficiuʒ paruulo octo annorum ⁊ talis paruulꝰ nõ eſt idoneus ergo reſolutio nulla: maior patet in cap. ex eo lib. ſexti de electionibus. ¶Ad hoc argumẽtuʒ rñdet̃ negando maiorẽ: ⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ ex illo ca. allegato ſolum habet̃ q̃ aliquis impubes habebat canonicatũ in eccleſia pictauienſi: ſed ex hoc nõ ſequit̃ ꝙ licite et iuſte habebat: ⁊ q̃-

uis romanꝰ pontifex diſpēſet ſi nō eſt rōnabilis cauſa nūꝙ diſpēſatio ſed diſſipatio appellanda venit: teſte diuo Bernardo: non eñ data ē ei poteſtas (vt inq̄t Paulus) in deſtructionē: ſꝫ in ędificationē: ꝛ ad h̄ eſt determinatio eccl'ię in ca. Sup inordinatam ordinationē. lib. 3. de pręb endis. vbi vl'ıs eccleſia determinat ꝙ conferentes bñficia nō idoneis: ſunt priuādi poteſtate cōferēdi bñficia: ꝛ boni viri ꝛ timoratę cōſciētię in locū taliū epoꝝ male conferentium debēt ſubſtitui ad cōferēdum idoneis bñficia. ¶ Sꝫ dubitabis circa iſtam. q. an liceat alicui petere bñficiū. ¶ Ad hoc dubiū rñdet affirmatiue dummodo talis ſit idoneus ꝛ q̄rat cū modeſtia. Immo in aliquo caſu talis idoneus tenet petere ſub pœna pctī mortalis. ſ. ſi vacaret aliqua magna cura aīaꝝ ꝛ aliquis ſuſpectus de aliqua hęreſi ſcꝫ Lutheriana peteret talē curā aīaꝝ a dño epo ꝛ idoneus habꝫ ꝓbabilitatē moralē: ꝙ niſi ipſe petat a dño epo: dñs eps dabit tali ſuſpecto: q̄ inficiet oēs talis curę vacātis: tūc idoneus debꝫ petere: qđ probo ſic. Si aliq̄s vellet occidere oēs oues talis curę corpaliter ꝛ talis idoneꝰ poſſet reſiſtere: tunc iure naturali ꝛ diuino tenet reſiſtere: ergo ꝑ locūꝫ a fortiori: ſi videt ꝙ aliq̄s lupꝰ vult occidere tales oues ſpiritualiter et ipſe poteſt reſiſtere: tenet iure naturali ꝛ diuino reſiſtere ꝛ non pōt meliori via q̄ꝫ petēdo bñficium pro ſe: poſtq̄ꝫ ſcit ſe eſſe idoneū: imo ē poſſibile ꝙ ſciat ſe eſſe doctiorē oībus alijs ꝛ bonoꝝ morum: ergo tunc ſub pœna pctī mortalis tenetur petere bñficium.

¶ Queritur decimotertio circa eandē diſt. vtrū papa vl' eps cōferēs bñficium idoneo pręte rmiſſo magis idoneo peccet. ¶ Ad hanc quęſtionē rñdet affirmatiue. Iſta rñſio ꝓbat expſſa authoritate diui Hieronymi ſup. 8ᵘᵐ. ca. Leuitici et recitat. 8. q. pᵃ. ca. Licꝫ. Inq̄t eñ Hierony. Qui pręſtantior eſt oī populo: q̄ doctior: q̄ ſanctior: q̄ etiā oī virtute eminentior: ille eligat. Silr habetur i ca. Metropolitano. diſt. 63. Qui optimus ordinet in metropolitanū. patet etiā authoritate diui Thomę. Alexādri de ales. Henrici de Gādauo. Godefredi de fontibus. patet inſup exemplo dñi dei q̄ elegit īter oēs filios iſrael Moyſen in ducem q̄ oī populo erat melior ꝛ ſanctior: ꝛ poſt obitum Moyſi elegit Ioſue: q̄ ceteris filijs iſrael pręſtantior erat: ſimilr elegit Saulem cui tempore electionis nō erat ſimilis in toto ppl'o iſrael licet poſtea effectus fuerit malus: deinde elegit Dauid: q̄ etiam cœteris pręſtantior erat. ¶ Pręterea ſaluator noſter anteq̄ꝫ eligeret petrum in vicarium ſuū quęſiuit ab eo an diligeret ſe plus cœteris apoſtolis et habito reſponſo elegit eum in vicariū ſuum dicēs illi. Petre paſce oues meas. Probat etiā ꝑ iuramētū qđ fit in electionibus. nā quilibꝫ eligēs iurat ſe electurum illū quē credit fore vtiliorē eccleſię: inſup ꝓbatur authoritate phī noſtri in. 4. ethicorūꝫ dicentis. Melior eñ ſemꝑ maiora

meretur ⁊ optimus maxima: pari
forma in quinto ethicorū dicit ꝙ iu
ſticia diſtributiua attendit̄ penes ꝓ
portionalitatē geometricam. ſ. ꝙ ſi
ſint duo inter que debent diuidi pre
mia alicuiꝰ politie: ſi vnus illorum
hoīm in duplo meliꝰ ſeruiuit rei pu
blice ꝙ̄ alter: talis in duplo debꝫ ha
bere maiꝰ premiū ꝙ̄ alter: alias fit
iniuſticia: ⁊ inde q̄rele ⁊ q̄rimonie ⁊
incuſationes inſurgūt: ergo ſi in po
litia eccleſiaſtica ſint duo viri: quo
rum vnus eſt melior ⁊ doctior poſt
ꝙ̄ melius ſeruiuit dn̄o deo ꝙ̄ aliꝰ:
potius debꝫ habere premiū ſiue be
neficiū ꝙ̄ alius: alias fiet iniuſticia
⁊ perꝯn̄s pctm̄. ¶ Probat̄ etiā iſta
concluſio ſiue reſpōſio duabꝰ rōni
bus. Pria eſt iſta. Quicūqꝫ exponit
ſe periculo peccati mortalis peccat
mortaliter: ſed papa vel ep̄s confe
rens beneficiuꝫ idoneo pretermiſſo
magis idoneo exponit ſe periculo
peccati mortalis qꝛ relinq̄t certum
et admittit incertū. Nā ſm oēs do
ctores ſi conferat bn̄ficium magis
idoneo optime facit ⁊ ſi det minus
idoneo ſm maiorē ptē doctorum ꝑ
cipue ſanctorū peccat ergo exponit
ſe periculo pcti mortalis ⁊ per ꝯn̄s
peccat mortaliter. ¶ Scd̄a rō talis
eſt. Stultꝰ reputaret̄ aliq̄s nauiga
turꝰ inter ſcyllā ⁊ charybdim ſi poſ
ſet habere optimuꝫ nautam ⁊ relin
queret illū ⁊ acciperet mediocrem:
ergo papa vel ep̄s vel eligens ſtul
te facit relinquendo optimū ⁊ eligē
do mediocrē poſtꝙ̄ eſt nauigaturꝰ
inter procellas huius mundi: ⁊ per
conſequens concluſio vera.

¶ Contra iſtā reſpōſionē ſiue
concluſionem arguit̄ ſic. Saluator
noſter non elegit idoneū ad apoſto
latū ⁊ oīs actio ipſius eſt noſtra in
ſtructio ergo nos nō tenemur elige
re magis idoneos: maior probatur
elegit iudam ſcariotē in apoſtolatū
et Judas ſemꝑ fuit malus ergo nō
elegit meliorēꝫ: immo neqꝫ bonuꝫ.
¶ Ad hoc argumentuꝫ rn̄det vene
rabilis Beda ꝙ iudas nō fuit apo
ſtolus: ſed hoc expreſſe eſt cōtra. 4.
euangeliſtas. nam Judas cōputat̄
inter duodecim apl'os. ſimilr̄ Gloſ
ſa ſuper illū paſſum pſalmiſte: quē
allegat Petrus in ꝓmo ca. Actuuꝫ
apoſtolorū. Et ep̄atū eius accipiat
alter. inq̄t. i. apoſtolatuꝫ. Aug. autē
concedit ꝙ Judas fuit apoſtolus ⁊
ꝙ fuit ſemꝑ malus: ſed ideo fuit vo
catus: vt proderet ſaluatorē: ſed re
uera melius dicit Diuꝰ Joannes
Chryſoſtmꝰ. ſ. ꝙ Judas tēpore vo
cationis fuit cōuerſus et bonꝰ ſicut
Matthe9 q̄ ante erat publicanus
et malus vir: nihilominus Judas
propter auariciā rediit ad vomituꝫ
tanꝙ̄ canis. Mattheus vero perſe
uerauit in bonitate. ¶ Contra iſtā
ſolutionē arguit̄. Oēs apl'i erāt pi
ſcatores ⁊ rudes ergo non erāt ido
nei ad apoſtolatum et ꝑ ꝯn̄s ſalua
tor noſter nō elegit idoneos. ¶ Ad
hanc replicam rn̄det̄ negādo ꝯn̄aꝫ:
immo qꝛ erant rudes ⁊ piſcatores:
erāt maxime idonei ad apoſtolatuꝫ
vt totus mundus cognoſceret quia
ſcientia coꝝ non emanabat a virtu
te humana: ſed a virtute ſpūſſancti
et ideo inq̄t Paulus: ꝙ ſaluator nr̄
infirma huiꝰ mundi elegit vt queqꝫ
fortia confundat. Et ſi nūc eſſet ali

quis eps qui poſſet infundere ſciẽtiam z bonos mores ſicut ſaluator noſter poſſet eligere vnuz piſcatorẽ in rectorem vel archiepm. ¶ Cõtra iſtam ſolutionẽ arguit. Apoſtoli nõ elegerunt idoneum in locum Judę ſcariotis ſed miſerunt ſorte s ergo nũc epi poſſunt mittere ſortes quã do conferũt beneficia. ¶ Ad hãc replicã rñdet concedendo ꝯñam cum conſequẽte dummõ faciant dñi epi anteꝗ̃ mittant ſortes illud qd fecerunt apoſtoli. Nam apli elegerunt duos. ſ. Joſeph: q̃ cognominabat Juſtus z Matthiam: q̃ erant oĩbus alijs diſcipulis xpi pręſtantiores: z quia dubitabant: qs iſtorũ duorum erat preſtãtior ideo rogauerũt ſpm̃ ſanctum vt ſors caderet ſuper illuz et ſi epi ita facerent: certe nobiliſſime facerẽt: ſed ipſi poti⁹ eligunt cõ ſanguineos vl' ſpurios ꝗ̃ bonos viros.

¶ Scđo arguit ſic. In aliquo caſu eps confert ſcienter beneficiuz idoneo prętermiſſo magis idoneo: ergo reſolutio nulla: añs pbat: volo q aliqs patronus laicus pręſentet dño epo valentino aliquẽ idoneuz: cognoſcat tñ dñs eps multos alios magis idoneos: tunc ſi dñs eps cõferat bñficiũ preſentato p patronũ laicum confert ſcienter bñficiũ idoneo ꝑtermiſſo magis idoneo z non peccat: qz tenet ad illud poſtꝗ̃ pręſentat idoneum ergo añs verum. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet concedendo añs: z negando ꝯñam: z rõ ẽ quia reſolutio intelligit qñ eps habet liberam conferendi poteſtatez modo in illo caſu non habet liberã poteſtatem cũ patronus habet ius pręſentandi ſibi idoneũ: z ſatis eſt dño epo p cõſcientia ſua q moneat patronuz de pctõ: qd cõmittit relinquendo magis idoneuz z ſi mãſerit obſtinatus idem eſt iudicium ſicut de peccatore occulto publice petẽti euchariſtiã: proportionabilr eſt rñdendum ad argumentuz qd poteſt fieri denoiationibus vniuerſitatuz. Nã tũc eps pter noiationes z priuilegia vniuerſitatũ confert beneficium idoneo ſcienter ꝑtermiſſo magis idoneo: qz idoneus eſt antiquior in gradu interduz ꝗ̃ magis idone⁹ Sz tunc etiã eps nõ habet liberam conferendi poteſtatẽ. Nam ſm priuilegia vniuerſitatũ debet dñs eps conferre antiquiori in gradu: ꝗ̃uis ſit minus idoneus.

¶ Tertio arguitur ſic. Si reſolutio eſſet vera ſeqret q idoneus acceptans bñficiũ peccaret acceptãdo: ꝯñs eſt falſũz ergo ſequela probat: eps peccat conferendo idoneo prętermiſſo magis idoneo ergo talis idoneus acceptans bñ ficiũ peccat acceptando. Jam pbat falſitas ꝯñtis: ſequeretur q ſi aliqs tẽpore collationis bñficij eſſet magis idoneus ꝗ̃ alij teneret reſignare bñficiũ ſi ſupueniret poſt biennũ vnus alius magis idoneus ꝗ̃ ipſe: ꝯñs ẽ abſurdum: qz tunc nulla eſſet ſtabilitas in beneficijs ergo ſequela probatur: talis non põt acceptare bñficium in pręſentia illoruz q̃ ſunt magis idonei ergo nec poteſt retinere in pręſentia eorũdẽ et per ꝯñs tene

tur reſignare. ¶ Ad hoc argumētuz rñdetur negado ſequelā: et ad pbationem negat̄ pña: rō eſt: q2 eps tenetur dare magis idoneo iure diuino: ſed idone⁹ ad hoc q accipiat iuſte ſatis eſt pro ſua pſcientia q ſciat facere ea quę incūbunt habēti tale bñficiuz: nō em̄ obligat̄ aliquo iure ad optime ſeruiendū z miniſtrādū ſz ad bene ſeruiendū z miniſtrāduz idcirco tutus eſt in cōſcientia ſua ſi bene ſeruiat z miniſtret q̄uis nō optime ſeruiat et miniſtret. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē replicat̄: talis idone⁹ ſcit oia facere: quę reqrunt̄ ad tale bñficium ergo eps conferēs tali nō peccat. ¶ Ad hanc replicam rñdet̄ negando pñam: rō eſt: quia facit cōtra iuſticiā diſtributiuā obligat̄ eniz diſtribuere bñficia ſcd̄m proportionē meritorū z nō facit: ido iniuſte agit et tanq̄ malus diſpenſator z per cōſequens peccat. ¶ Sed dubitabis circa hanc. q. ſi vaccet aliqd̄ beneficium z ſint duo ęquales in morib⁹: vnus autē ſit optim⁹ canoniſta: alt̄ vero optimus thęolog⁹: cui eps debet conferre bñficiū? ¶ Ad hanc difficultatē rñdent dñi canoniſtę diſtinguendo: vel tale bñficiuz eſt in pria in qua ſunt hęretici z tunc eps debz dare thęologo: relicto canoniſta: ſi vero nulli ſint hęretici in tali patria debet dare canoniſtę: q ſcit bene defendere bona tempalia z plębiſcitare: ſz reuera hęc ſolutio eſt enſis aiacis: nam ſpiritualia pręſtant tēporalibus. Idcirco ſctiſſimi apoſtoli nolebant curare temporalia: ſed ſoluz volebant inſiſtere pdicationi z orōni. Inſup in primitiua eccleſia nulli cononiſtę erant: ſz ſolum thęologi nam ſcientia iuris canonici filia eſt thęologię: z tunc eccleſia longe melius gubernabatur q̄ modo gubernetur: z dñi thęologi per prędicationes z bonos mores ſuos: lōge plura bona tēporalia adqſiuerūt q̄ domini canoniſtę ducēdo cauſas. Et plus vtilitatis affert in eccleſia dei vna bona prędicatio q̄ iſti pceſſus. Immo p tales proceſſus poti⁹ ſcādalizat̄ eccleſia q̄ ędificat̄. ¶ Pręterea dñs thęologus pōt habere pcuratorez q habebit curā tēporaliū ſicut z apli. ¶ Quare reſolutorie dicendum eſt q ſi ſit ęqualitas morū ſemp thęologus in quaquncq pria canoniſtę pferendus eſt: nam boni xpiani magis debēt eſſe ſolliciti de vtilitate ſpirituali q̄ temporali. Iuxta illd̄ ſaluatoris. Primū qrite regnum dei et oia adijcient̄ vobis. et docet hoc etiā experientia. Naz deuotio ſemp parit pecunias.

¶ Querit̄ poſtremo circa eandem diſt. vtrū romanus pōtifex diſpenſans in pluralitate bñficiorum recte diſpenſet? ¶ Pro hui⁹. q. itelligentia eſt aduertendū q diſtictio eſt magiſtralis. ſ. q duplex ē diſpēſatio: quędā eſt iuris relaxatio: alia vero iuris interptatio. In his quę ſunt iuris diuini aut naturalis papa neqt diſpenſare prio modo: q2 inferior nō pōt tollere obligationē ſuperioris. In his autē q ſunt iuris poſitiui humani papa bene pōt diſpēſare: cuz ſit pnceps iuris hmani canonici ſimiliter pōt diſpēſare in his quę ſunt iuris diuini aut naturalis:

capiendo diſpenſationē ſcđo modo Immo ipſi⁹ pape eſt iterp̃tari ius diuinum aut naturale. ¶ Iſto notato rñdet ad. q. q̄ papa recte diſpēſat ſcđo mō ſi ſit rationabilis cauſa ſed ſi nō ſit rōnabilis cauſ: nō recte diſpenſat: immo nō eſt tūc recta diſpēſatio ſ3 diſſipatio: vt inq̇t diuus Bernardus in titu. lib. de cōſideratione ad Eugeniū quartu3. Nō em̄ data eſt poteſtas papę i deſtructionem: ſ3 in ędificationē. ¶ Et ſi q̃ras quę cauſa eſt rōnabilis rñdet q̄ cauſa rōnabilis eſt: qñ perſona eſt idonea ꝛ multum nobilis vel ſupeminētis ſciētię: ꝛ bñficia ſunt parui valoris: ꝛ non eſt q̃ſtio hic de nobilitate parua. ſicut ſunt aliq̇ quoꝝ patres vel aui fuerunt coloni aut artifices: aut notarij aut iuriſtę. nā3 de tali ꝑua nobilitate parū eſt curandū: niſi habeat egregios mores et magnā doctrinam.

¶ Contra reſolutionē hui⁹. q. arguitur ſic. Roman⁹ pontifex eſt princeps in eccleſia vt ſupius dictū eſt ꝛ princeps eſt ſolutus legib⁹. ff. de legibus Lege p̄riceps. ergo pro libito ſuo ſine aliqua cauſa pōt diſpenſare in pluralitate beneficioꝝ. ¶ Ad hoc argumentū rñdet negādo ꝯñā3: ꝛ rō eſt: q2 pluralitas bñficioꝝ3 nō ſolū eſt contra ius humanum: verū etiā contra ius naturale et diuinū. nam eſt contra iuſticiam diſtributiuam q̄ vnus habeat oīa ꝛ alij qui ſūt adeo boni ꝛ adeo bñ meriti de eccleſia nihil habeant: ſimilr̄ eſt contra dilectionē proximi: nam poſtq̄ iſte habet ſufficiēter op3 ſuccurrere alijs: q̇ moriunt fame: pariforma eſt contra honorē diuinū: nā cultus dei diminuit. nam interdu3 aliq̇s habet ſex vel octo bñficia: ex quib⁹ ſex vel octo viri honeſti viuerent honeſte ꝛ laudarent deū ꝛ non defraudarentur aię fundatoꝝ. Na3 certū eſt q̄ aię fundatoꝝū defraudātur qñ vnus h3 multitudinē bñficioꝝum. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur. In politia ſeculari aliq̇ habent multa bona: ꝛ aliq̇ pauca: ꝛ aliq̇ nulla: ergo ita deb3 eſſe in politia eccleſiaſtica ꝛ p ꝯñs non incōuenit q̄ aliquis hēat multa bñficia ſine rōnabili cauſa. ¶ Ad hanc replicā rñdetur concedēdo p̄mā ꝯñam cū cōſequente. na3 in eccleſia ita eſt q̄ aliqui habent piguia bñficia ſicut dñs archiepiſcopus Toletanus ꝛ dñs Archiepiſcopus Maguntin⁹ vel Colonīēſis. et aliq̇ habēt beneficia pui valoris: ſicut epi Italię vel Sardinię: et aliq̇ nihil habēt. Non tñ propterea ſeq̇tur q̄ nō incōueniat aliquē habere multa ſine rōnabili cauſa.

¶ Scđo arguit ſic. ſi ſit aliq̇s doctor theolog⁹ bonę vitę talis pōt licite acceptare multa bñficia ergo reſolutio nulla: añs probatur: talis mediocriter reſeruat pro ſtatu ſuo et oīa alia erogat pauperib⁹ ꝛ fabricę eccleſię: ꝛ ſi alii haberēt talia bñficia luderēt ad taxillos oīa: vel darent meretricibus ꝛ lenonib⁹ ergo optime facit talis doctor theolog⁹ ad euitandū talia flagitia acceptando multa et pinguia bñficia. ¶ Ad hoc argumentū rñdet negādo añs et ad ꝓbationē negat ꝯña: rō eſt: q2

teſte apoſtolo ad romanos.3°. Nō ſunt facienda mala vt inde veniant bona: modo q̄uis talis doctor theologus bene diſpenſet bona largiendo ea pauperibus ꝛ edificādo eccleſias: nihilomin⁹ male facit acceptādo poſtq̄ ſūt multi alij theologi boni viri: qui bene diſpēſarēt ꝛ morirētur fame: ſ3 ſi nulli eſſent idonei tūc bene poſſet talis theolog⁹ acceptare. Unū tñ eſt aduertēdū ꝛ notādū ꝙ doctor theologus plura pōt bñficia acceptare licite cū bona cōſciencia q̄ vnus alius: rō eſt: q2 determinatum eſt in concilio Baſilieñ. ꝙ ꝑſona idonea pōt habere in bñficijs ducentos aureos de camera annuatim. i. eſt ducentas libras valētinas et ideo ſi ſit perſona multū idonea ſc3 bone vite ꝛ magne doctrine: pōt habere vltra ducētos aureos: ſummopere tñ debet cauere ab ſcandalo. Quare meli⁹ faceret nō accipiēdo vltra ducētos aureos q̄ accipiēdo. Nam immediate alij arguūt ꝙ poſtq̄ ipſe habet multa bñficia ꝙ ipſi etiam poſſunt habere: nec̄ reſpiciunt ſi ſint eq̄les in doctrina ꝛ moribus: nec̄ etiā conſiderāt ſi poſſūt adeo bene hierarchizare ꝛ ideo murmurant ꝯtra tales theologos. Quare licet nollē dānare talē theologu3 ſi acciperet vltra. 200. ducatos i beneficijs: ſemꝑ tñ cōſulerē et perſuaderem ſi poſſem: ꝙ nō caperet vltra ducentos ducatos ad vitandū ſcandalu3 ꝛ dandū bonū exemplu3. De perſona idonea ꝛ multu3 gñoſa ſilr̄ eſt dicendu3 ꝙ pōt habere maiore3 ſummā: et talis ſumma deberet taxari per viros prudentes iuxta ſtatūm ſuorū conſanguineoꝝ. S3 etiā tali nobiliſſimo viro cōſulerē ꝓpter bonū exēplum aliorū3: ꝙ quantum poſſet abſtineret a multitudine bñficiorū ꝛ ꝙ laboraret ad habendu3 vnum bonū ꝛ pingue ꝛ tunc eſſet tutus in ſua conſcientia.

¶ Tertio arguitur lic3 habere in vno epatu ſexagita milia ducatorum vt patet de Toletano Maguntino vel Colonienſi. ergo licet hēre tres vel quattuor epiſcopat⁹ dūmō non excedant ſummā ſexaginta milium ducatorū: ꝯña ꝓbat: papa pōt ex illis tribus aut quattuor epatib⁹. facere vnū ꝛ dare alicui: ergo quando mō ſunt ſeparati papa pōt licite conferre alicui: ꝯña probat: q2 non videtur maior rō de vno q̄ de alio. et añs ꝓbat. Diu⁹ Gregori⁹ ex duobus epatibus fecit vnū vt habetur. 16ª. q. p̄ª. ca. et tēporis et ca. Poſtq̄ hoſtilis. ergo papa q̄ eſt mō pōt idem facere. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negando ꝯña3: ꝛ ad ꝓbationem negat añs: ſi tales epat⁹ ſunt populoſi ꝛ ad probationē ꝯcedo ꝙ diuus Gregori⁹ hoc fecit: ſ3 hoc fecit q2 erant hoſtiles impugnatiōes et non erant multi dioceſani: et ita etiam fecit tēporibus noſtris Juli⁹ ſcđs in regno Neapolitano: ſed qñ dioceſes ſunt populoſe: papa non poteſt coniungere licite: nā tunc nō eſt cauſa rōnabilis. Jdcirco Gregorius iunior loco allegato ſcribēs bonifacio: iubet ꝙ ponat multos epiſcopos in ſua prouincia ꝓpt̄ habundantiam populi: ſed qñ eſt penuria populi licitum eſt coniūgere duas

et tres ꝛ quattuoꝛ dioceſes: et q̄uis tempore diui Gregorij epiſcopat⁹ Treuereñ. in Alemania erat multum tenuis ob penuriā populi: nūc autem eſt multū pinguis: ꝛ ideo ſicut tunc diuus Gregoꝛi⁹ potuit cōiungere cum vno alio epatu: ita mō papa qui regnat poſſet diuidere et facere ex eo .2. vel .3. poſtq̄ȝ modo ē populoſus et multum pinguis.

De oꝛdinatis ab hereticis. Diſtinctio. XXV.


Solet etiaȝ queri ſi heretici ab eccleſia preciſi ꝛ dānati poſſint tradere ſacros oꝛdines ꝛ ſi ab eis oꝛdinati redeuntes ad eccleſie vnitatē debeant reoꝛdinari. Hanc q̄ſtionem perplexam ac pene inſolubilem faciunt doctoꝛū verba q̄ plurimū diſſentire videnť. Videntur eīn quidā tradere hereticos ſacros oꝛdines dare non poſſe: nec illos qui ab eis oꝛdinati videnť gratiā recipere. dicit eīn Innocen. arrianoꝛū clericos nō videri ſuſcipiēdos cū ſacerdotij vel miniſterij alicui⁹ dignitate. quibus ſolū baptiſma ratum eſſe permittit: qꝺ in nomine p̄ris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſc̄ti percipit. Dicit etiā eos nō poſſe dare ſpūm ſanctū quē amiſerūt et oꝛdiatos ab hereticis caput habere vulneratū ꝛ euȝ q̄ honorem amiſit honoꝛē dare nō poſſe. nec illum aliq̄d accepiſſe. qm̄ in dante nihil erat qꝺ ille poſſet accipere. Tradit etiā venientibus ab hereticis per manus impoſitionē laicā tantū tribuēdam cōmunionē nec ex his aliquem in clericatus honoꝛē vel exiguuȝ ſurrogare. Gregoꝛius etiaȝ dicit ſacrilegam eſſe arrianoꝛum conſecrationē cuȝ ex eorum manu cōmunio p̄cipitur. Cyprianus etiā dicit oīa quecunq̄ȝ faciunt heretici carnalia et inania ꝛ ſacrilega eſſe. ꝛ coꝛū altaria falſa ꝛ illicita ſacerdotia et ſacrificia ſacrilega q̄ moꝛe ſimiarum q̄ cū homines nō ſint: foꝛmā imitanť humanā. vultū eccleſie catholice ꝛ auctoꝛitatē ſibi vendicant. cum ipſi in eccleſia non ſint et cum ſint ſacrilegi ſacerdotiū adminiſtrant ꝛ altare ponūt. Cū nec ſacrificari oblata illic poſſint. vbi ſpūſſanct⁹ non ſit. nec cuiq̄ȝ dn̄s per eius preces ꝛ orationes proſit. qui dn̄m ipſum violauit. Hieronymus quoq̄ȝ aſſerit oīa que offerunť ab hereticis ꝯtaminata eē

in conſpectu dñi. qꝛ licet ſctã vi deant̃ ſpecie ſui. tñ qꝛ contacta ſunt ab illo q̃ pollutus eſt: pol luunt oĩa. Idẽ. Odit deus ſa crificia hereticorũ ⁊ a ſe proij cit: et quotiens in noĩe eius cõ gregati fuerint: deteſtat̃ fetorẽ eoꝝ ⁊ claudit nares ſuas. Idẽ Illi offerũt panẽ ſacrilegũ ⁊c. Leo etiã teſtat̃ extra eccleſiam nec rata eſſe ſacerdotia nec ve ra eſſe ſacrificia. Idẽ etiam di cit per crudeliſſimã veſaniã in alexandrina ſede oĩm ſacramen torum lumẽ extinctũ. Interce pta eſt ſacrificij oblatio. defecit chriſmatis ſanctificatio: ⁊ patri cidalibus manib⁹ impiorũ oĩa ſeſubtraxere miſteria. His aliiſ qꝫ teſtimonijs aſtrui vident̃ ſa cramenta eccleſiaſtica precipue corpis ⁊ ſanguinis: ordinatio nis ⁊ cõfirmatiõis p hereticos non poſſe miniſtrari.

Auctoritates ponit que vi dentur premiſſis obuiare.

¶ Econtra autẽ alij ſentire vi dentur qꝫ ab hereticis etiam p̃ ciſis. ſacri ordines ſicut ⁊ baptiſ mus tradi valeant nec ab here ticis redeuntes: q̃ illic ordinati ſunt ⁊ ⁊ baptizati iterũ ordinã di ſunt: ſicut nec baptizãdi. Vñ Auguſtin⁹. De hereticis dã natis qd̃ q̃dam dicũt baptiſma quod accepit nõ amittit qui re cedit ab eccleſia: ius dandi qd̃ accepit amittit: multis modis apparet inaniter dici. Primo qꝛ nulla oſtendit̃ cauſa cur ille qui illud baptiſma amittere nõ poteſt: ius dandi poſſit amitte re. Vtrũqꝫ eñ ſacramentũ eſt et quadã conſecratione vtrũqꝫ homini dat̃. illud cũ baptizat̃: et illud cum ordinat̃. Ideo nõ licꝫ in catholica eccleſia vtrũqꝫ iterari. Nam ſi quando ex ipſa parte venientes etiã prepoſiti ꝓ bono pacis correpto ſciſma tis errore ſuſcepti ſunt: ⁊ ſi viſũ eſt opus eſſe vt eadẽ officia ge rerent que agebant. nõ ſunt rur ſus ordinãdi. Sed ſicut baptiſ mus in eis. ita in eis manſit or dinatio integra: qꝛ in preciſiõe fuerat viciũ qd̃ in vnitate pa cis eſt correctũ. nõ in ſacramẽ tis: que vbicunqꝫ ſunt ipa ſunt Et cum ipſi expedire videt ec cleſie vt prepoſiti eorũ venien tes ad catholicã ſocietatẽ ho nores ſuos ibi nõ adminiſtrẽt non eis tñ ipſa ordinationis ſa cramenta detrahunt̃: ſed ſuper eos manẽt. Ideoqꝫ nõ eis ma nus imponit̃: ne nõ homini: ſꝫ

ipſi ſacramēto fiat iniuria. Sicut autē in baptiſmo eſt ius qđ per eos dari poſſit. ſic in ordinatione ius dandi eſt vtrūqꝫ autē quidē ad perniciē ſuā. Sꝫ aliđ eſt nō habere. aliud pernicioſe habere. aliud ſalubriter habere. Idem. De his qui ab eccleſie vnitate ſepati ſunt nulla iam q̄ſtio eſt: quin habeāt ꝛ dare poſſint. ſed pernicioſe habēt pernicioſeqꝫ dant. q2 extra vinculuꝫ pacis ſunt. Neutri ſacramento facienda eſt iniuria. Sicut nō recte habet q̄ ab vnitate recedit ſed tñ habet: ꝛ ideo redeūti nō reddit: ſic etiaꝫ nō recte dat qui ab vnitate recedit: ꝛ tamē dat. et ideo q̄ ab eo accipit: venienti ad vnitatem nō iterať. Idem. Aliud eſt nō habere aliqđ. aliđ eſt non iure habere vel illicite vſurpare. Nō ergo iđo nō ſunt ſacr̄a xp̄i ꝛ eccleſie: q2 eis illicite vtanť: nō mō heretici: ſꝫ etiā oīnes ipij. ſed illi corrigēdi ſūt ꝛ puniēdi: illa autē ſunt agnoſcēda ꝛ venerāda. Iteꝫ. Greg. Qđ dicitis vt q̄ ordinatus eſt iterū ordineť valde ridiculoſuꝫ eſt. Ut eīn baptiſatus ſemel iterū baptiſari nō dꝫ: ita q̄ ꝯſecratus ē ſemel in eodē ordine non valet iterū ꝯſecrari. His aliiſqꝫ auctoritatibꝰ videť aſſerri i oībus impijs. etiā in hereticis p̄ciſis ꝛ dānatis. xp̄i ſacr̄a pmanere cū iure dandi. Poſſunt ei dare. ſꝫ pnitioſe: ꝛ quibꝰ dederit: nō ſunt iterum ordinandi. Que premiſſis ex oppoſito obuiare videntur.

Determinatio p̄miſſe contradictiōis auctoritatum.

¶ Hec autē q̄dam ita đtermināt. Sicūt ei hereticos accepta ſacerdotali vł epiſcopali vnctiōe ab eccleſia recedētes: baptiſmi q̄deꝫ dādi ius retinere. ſꝫ nō hr̄e facultatē tribuēdi ſacros ordines vł cōſecrandi đñicum corpus: poſtq̄ preciſi ꝛ dānati ſūt ab eccłia. Sicut degradatꝰ ep̄us nō hꝫ p̄tātem largēdi ſacros ordines: facultatē tñ baptiſādi nō amiſit. Qđ v̓o Aug. ait: intelligūt dictū đ hereticis qui nō ſnīa eccleſie ſꝫ prauitate ſenſus ſui a fidei veritate ac doctrine vnitate diuiſi ſunt. Qui licet tales ſint: ius tñ ordinādi ꝛ ꝯſecrādi habēt: ꝛ q̄ ab eis ordinātur ante manifeſtā p̄ciſionē: etiā ſi cū eis aperte exierint: ꝛ ſnīa eccleſie dānati fuerit: tū ſi redierint iterum ordinādi nō ſunt. Et vbicūqꝫ legiť de ordi-

natis ab hereticis ꝙ ꝓuatis eis ordinibus ministrare valeant. vl' iterū ordinandi non sunt. de hmōi accipiendū dicūt. Nam postq̄ ꝓcisi fuerint ⁊ dānati iudicio ecclesie: ius ordinādi ⁊ cōsecrādi eis detractū asserūt: vt degradatis vel excōicatis. Alij vo dicūt sacra ab hereticis etiā ꝓcisis ſm formā ecclesie celebrata. vera esse ⁊ rata. qꝛ recedētes ab ecclesia ius dādi ⁊ cōsecrandi nō perdiderūt: ⁊ q̄ sic ab hereticis ordinātur: cuȝ redeunt iterū ordinādi non sunt. Que vo ab hereticis aliter q̄ꝫ i ecclesia fiūt: falsa sunt ⁊ inania: ⁊ q̄ a talibꝰ ordinari videnẗ nō munus sed vulnꝰ accipiūt. Et ſm hanc differentiā varie d̄ his loquūtur doctores. Quidā vo dicūt eadē sacr̄a ab hereticis ꝓcisis posse celebrari q̄ a catholicis. si ab illis forma ecclesie seruet: et ab eis celebrata va eē ⁊ rata q̄ꝫtū ad se: q̄ꝫtū vo ad effectuȝ. falsa esse ⁊ inania. Et i his qui male tractāt: ⁊ i his q̄ male suscipiūt: ideo irrita ⁊ falsa. qꝛ qđ promittūt ⁊ conferre credūtur nō tribuūt. Dānanda etiā dicunẗ: qꝛ illicite dantibꝰ vl' accipientibꝰ sunt i iudiciū. Polluta etiā dicūtur nō q̄ꝫtū ad se: sꝫ propter indignā hereticoꝝ tractatiōeȝ. Ideo. Grego. cōmuniōeȝ Arrij vocat execrationē: ⁊ Innocētius Bonosij ordinatiōnē: damnationē: non ꝙ ita i se sint: sꝫ qꝛ male dātes vl' accipiētes tales facit. Sicut etiaȝ Hierony. sacrificia eoꝝ paneȝ luctus vocat. nō q̄ꝫtū ad effectū. Nōnulli vo tradūt illos hereticos q̄ i ecclesia ordinati sūt: ius ordinādi ⁊ consecrādi etiā cū seperati fuerit habere. Qui vo i scismate vl' heresi positi ab eis ordiati ⁊ inuncti fuerit: illo iure carēt. Ideoq̄ꝫ cū ordinare volūt vulnus potius infigunt q̄ꝫ gratiam conferunt.

De symonia vnde dicitur et quid sit.

¶ De symoniacis vero nō est ambigēdum q̄a sint heretici. q̄ tamē ante sñiam degradatiōis ⁊ ordināt ⁊ ꝯsecrāt. Et licet symoniaci ꝓprie dicātur q̄ instar symonis magi impreciabilem grām ꝓcio conducere volūt: ⁊ q̄ pro ministerio sacro recipiūt in modū Giezi Giezite vocādi sunt: oēs tamē ⁊ dātes ⁊ accipientes symoniaci dicūtur et vtriq̄ꝫ eadem percellunt.

De his q̄ scienter a symo-

niacis ordinantur.

¶ Differt tamen iter eos q̄ ordinātur a ſymoniacis ſcienter ⁊ eos q̄ ignorant. Qui enī ſciēter a ſymoniacis ſe permiſerint ꝯſecrari. imo execrari. eoꝝ conſecratio omnino irrita ē. Qui vō ordinant a ſymoniacꝭ quos cū ordināt neſcūt eſſe ſymoniacos. q̄ ⁊ tunc pro catholicꝭ habentur: eorum ordinatio miſericorditer ſuſtinetur.

De his qui dicunt ſe emere corpalia nō ſpiritualia.

¶ Si vero aliq̄ obiecerit ſe nō ꝯſecrationes emere. ſed res ipſas q̄ ex ꝯſecratione ꝓueniūt. penitus deſipere ꝓbant. Naz quiſqȝ hoꝝ alteruz vendit ſine quo alterū non habet: neutruz vendere derelinquit.

Diſtinctio ſymoniacorū.

¶ Symoniace autem hereſis tripartita ē deſtinctio. Alij eñ ſymoniace a ſymoniacis ordinant. Alij ſymoniace a non ſymoniacis. Alij nō ſymoniace a ſymoniacis Uñ Nicola⁹ papa. Statuim⁹ decretū ꝺ ſymoniaca tripartita hereſi. i. de ſymoniacis ſymoniace ordināti bus vl' ordinatꝭ. de ſymoniacis ſymoniace a non ſymoniacis ⁊ de ſymoniacis ſymoniace a nō ſymoniacꝭ. ⁊ de ſymoniacis nō ſymōiace a ſymoniacꝭ. Symoniaci ſymoniace ordinati vl' ordinatores ſm canones a ꝓprio gradu decidāt Symōiaci etiaȝ ſymoniace a nō ſymoniacꝭ ordinati ſilr' ab officio remoueantur. Symoniacos vō nō ſymoniace a ſymoniacꝭ ordiātos. miſericorditer ꝑ manus ipoſitionē pro tpis neceſſitate in officio ꝑmitim⁹ ꝑmanere. Nō itelligēdū ē ꝺ his q̄ ordinant a ſymoniacis ignorantes eos eſſe ſymoniacos. hos facit ſymoniacos non reatus criminis. ſed ordinatio ſymoniaci.

Alexander papa de his qui violenter a ſymoniacis vel ab hereticis ordināt ur.

¶ Similiter cū decernit alexāder papa ſymoniacos oīno dānandos ac deponēdos. ſubintelligendū eſt niſi violenter q̄s attract⁹ fuerit. De his eñ ⁊ a quibuſlibet hereticis violenter ordinatꝭ dicit Jnnocen. q̄ ꝑñt hēre aliquē colorē excuſationis ⁊ ſi ſtati diſcedūt ab eis. ⁊ peſſimo eoꝝ ꝯciliabulo renūciant.

De etate ordinandoꝝ ita decreuit Nicolaus papa.

¶ Sacri inquit canones ſanxerũt vt ſubdiaconus non ordinetur ante .xiiij. annos: nec diaconus ante .xxv. nec pſbyter ante .xxx. Deinde ſi dignus fuerit ad epatũ eligi põt: qd nos etiã pari modo ſeruare iubemus. Itẽ Fabianus. Si qs .xxx. etatis nõ ipleuerit annos: nullomodo pſbyter ordinetur ⁊ ſi valde ſit dignus: q2 ⁊ ipſe dñs .xxx. ãnorum baptiſatus eſt. ⁊ ſic cepit docere.


ueritur prio circa .25. diſt. vtrũ ſolus eps poſſit conferre ordines? ¶ Pro huius queſtiois enodatione ẽ aduertẽdum q duplices ſunt ordines .ſ. ſacri et nõ ſacri. Ordines ſacri dicunt qbus annexum eſt votũ cõtinentie ⁊ caſtitatis ⁊ mõ ſunt tres .ſ. ſubdiaconatus diaconatus: ⁊ pſbyteratus: ſz olī ſubdiaconatus nõ erat ordo ſacer: ſz pſbyteratus ſẽp fuit ſacer: rõ eſt: q2 ex traditione apoſtolorũ nõ eſt poſſibile poſt ordinem ſacrũ pſbyteratus ducere vxorem ⁊ ideo Greci preſbyteri ſi ſint vxorati: duxerũt vxores añ ſuſceptionẽ preſbyteratus. Quare ſi aliqs preſbiter grecus vxoratus efficiebatur viduus non poterat neq poteſt ducere ſcdam vxorem. Ordines nõ ſacri ſunt quattuor minores. ¶ Iſto notato rñdet ad .q: p duas concluſiones quarũ prima eſt iſta. Solus eps põt conferre ordines ſacros. Iſta concluſio probat: ſolius illius eſt preponere duces in eccleſia: cuius eſt aſcribere milites ad aliquod officiuz in eccleſia: ſed ſolius epi eſt aſcribere milites xpianos in eccleſia in officio defendẽdi fidem catholicã per ſacramentũ cõfirmationis: ergo ſolius epi eſt preponere ſacerdotes in eccleſia q ſunt duces minorum pz ex .7. diſt. huius quarti ſententiarum. Scda cõcluſio eſt iſta nõ ſolus eps põt conferre ordines nõ ſacros. Iſta cõcluſio patz q2 dñi pſbyteri Cardinales et multi Abbates poſſunt conferre .4. minores.

¶ Contra primã concluſionẽ arguit ſic. Simplex ſacerdos põt conferre ordines ergo cõcluſio falſa: añs probatur: nunq ordinat aliquis in ſacerdotez: quin ſimplex ſacerdos ordinet eum ergo a fortiori poteſt ordinare: añs pbat: qñ dñs eps ordinat aliquẽ in ſacerdotẽ tũc ſimplices ſacerdotes q ſunt preſentes ponũt manus ſup caput ordinãdi ergo de facto ordinãt ipſuz: pña probatur: q2 ideo tres epi dicuntur ordinare alterũ in epm q2 ipſi tres adhibent manus ⁊c. ¶ Ad hoc argumentum rñdet negando añs: et ad probationẽ negat iterũ añs: ⁊ ad pbationez negat pña: rõ eſt: q2 ſolus eps profert verba: et ideo ſolus ipſe dicitur ordinare: ſacerdotes vero ſolum imponunt manus: vt dñs deus det magnã grãm ordinãdo: et ad hoc denotãduz imponũt manus: ſecus eſt de illis epis q alterum ordinant in

ep̄z: nā qlibȝ eoꝛ tantū facit ſic ali⁹. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguit. Archidiaconus dat vrceolū ſubdiacono cum mantili ⁊ manutergio ergo archidiaconus confert ſubdiaconatum. ¶ Ad hanc replicā negat ꝯn̄a et rō eſt: qꝛ nulla ꝓfert verba archidiaconus. ¶ Contra iſtā ſolutionē replicatur. Cuicunqȝ cōmittit pꝛincipale: cōmittit etiā minus pꝛincipale: ſed ordinis ſacramentū ordinat ad euchariſtiā et ſimplex ſacerdos pōt conficere euchariſtiā ergo ſimplex ſacerdos pōt ordinare alteruȝ in ſacerdotē. ¶ Ad hanc replicā rn̄detur negando etiā ꝯn̄am: ⁊ rō eſt: quia tale minus pꝛincipale non includitur in illo magis pꝛincipali cū vnum ſit circa coꝛpus xp̄i verū ⁊ alterum circa coꝛps xp̄i myſticum.

¶ Scd̄o aeguit ſic contra eādem concluſionē. Pl⁹ diſtat ſacerdos a ſubdiacono q̄ꝫ eṗs a ſacerdote ergo ſi epiſcopus pōt ordinare aliquē in ſacerdotem: ſimplex ſacerdos poterit ordinare aliquē in ſubdiaconū. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur negando ꝯn̄am: ⁊ rō eſt qꝛ de rōne ep̄i eſt poſſe ordinare: ideo: qꝛ debet ſup intendere: nō autē de rōne ſacerdotis. ¶ Contra iſtaȝ ſolutionē arguitur. Eṗs pōt aliquē conſecrare in archiep̄m et archieṗs eſt maioꝛ ep̄o ergo a foꝛtioꝛi ſacerdos qui eſt maioꝛ ſubdiacono poterit ordinare aliquem in ſubdiaconū: ſi dicas q eṗs facit hoc ex cōmiſſiōe pape tunc deduco argumentū de ſimplici ſacerdote electo in Roma. pōtificē: nam talis conſecrabit ab ep̄o hoſtieñ. in papā ⁊ papa eſt maioꝛ epiſcopo hoſtieñ. ergo ſolutio nulla. ¶ Propter hoc aliter rn̄detur q eṗs q̄ conſecrat alterū in archiep̄m ante cōſecrationem ⁊ toto tempoꝛe conſecrationis eſt maioꝛ illo: q̄ conſecratur in archiep̄z: ſȝ poſt cōſecrationem talis eſt archieṗs: ⁊ quo ad poteſtatē iuriſdictionis eſt maioꝛ: ſimiliter eṗs hoſtieñ. ante conſecrationē ſimplicis ſacerdotis electi in papam eſt maioꝛ quo ad poteſtatē ordinis ⁊ toto tempe conſecratiōis ſed poſt conſecrationē iaȝ eſt papa: et ideo maioꝛ nō poteſtate ordinis ſed iuriſdictionis. Idcirco optime verificatur illud dictū Pauli ad hebꝛeos. ſ. q minoꝛ a maioꝛi benedicitur. Nam ante conſecrationē ⁊ benedictionē tales conſecrantes ⁊ bn̄dicentes ſunt maioꝛes alijs qui cōſecrant et bn̄dicunt.

¶ Poſtremo arguitur contra 2^am^. q^em^. Illa que ſunt ordinis nō poſſunt cōmitti illis: q̄ nō hn̄t talē ordinē ſȝ conferre ordines ſpectat ad ordinē ep̄atus ergo illi q̄ non habent ordinē epiſcopalē nō poſſunt cōferre ordines: ⁊ per ꝯn̄s dn̄i pꝛeſbyteri Car^les^. ⁊ Abbates nullos poſſūt cōferre ordines. ¶ Ad hoc argumētum facile rn̄det q cōferre ordines non ſacros nō ſolū eſt ordinis ep̄alis: ſed illius cui papa vult dare talem poteſtatē: ⁊ per ꝯn̄s dn̄i p̄ſbyteri Cardinales ⁊ Abbates qn̄qȝdem placuit dn̄o pape dare ipſis talē poteſtatē q poſſint conferre. 4. mi^res^.

¶ Queritur ſcd̄o circa eandeȝ diſt. vtrum eṗs hereticus pōt cōfer

re ordines. ¶ Pro huius.q.intelligentia eſt aduertenduz ꝙ olim fuit magna controuerſia inter doctores de iſta.q. Nam Cyprianus martyr tenebat partē negatiuaz. Alij vero partē affirmatiuam: ſed poſt determinationē diui Aug. nō eſt amplius controuerſia: oēs em̄ ſequunt Auguſtinum.ſ. ꝙ eps hereticus pōt conferre ordines: dummō vtat forma debita ⁊ habeat intentionē conferēdi qd eccleſia intendit cōferre: rō ē: quia propter hereſim nō perdit dignitatē epalē ⁊ ideo ſi attētet cōferre ordines de facto cōfert q̄uis peccet.

¶ Contra iſtā reſolutionē ar. ſic. Maioris authoritatis ē aliquez ad ordinē promouere q̄ peccatorē abſoluere a peccatis ſed eps hereticus nō pōt abſoluere peccatorem a peccatis ergo a fortiori non pōt aliquem ꝓmouere ad ordines ſacros ꝯña tenet: quia q̄ nō pōt minus nō poteſt maius. ¶ Ad hoc argumentum rn̄det negando ꝯñaz: rō eſt: qz ad hoc qd aliqs abſoluat reqrit ꝙ ſit in gr̄a gratū faciente alias nō eſt capax abſolutionis: ſz ad hoc quod aliquis ordinet nō reqritur ꝙ ſit in gratia gratuz faciente ſimplr: ſz bn̄ requiritur ꝙ ſit in gr̄a gratū faciēte ad h ꝙ recte ⁊ licite ordinet. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguit. In ordinis collatiōe reqrit bn̄dictio: ſz oīs bn̄dictio hereticorū eſt maledictio: ergo non eſt poſſibile ꝙ eps heretic aliquez ordinet. ¶ Ad hanc replicā rn̄detur diſtinguēdo maiorē: vel ad hoc vt recte et iuſte conferant ordines ⁊ ſic concedit illa vel ſimplr ⁊ ſic negatur: nam talis ordinatio facta ab epo heretico eſt maledictio tam reſpectu ipſius epiſcopi q̄ reſpectu recipiētis: qz vterq peccat mortalr ſcz eps ꝯferendo: ⁊ alter recipiēdo.

¶ Scdo arguit ſic. Eps hereticus eſt ſeparatus ab eccleſia ergo non pōt cōferre ordines: ꝯña tenet qz tunc nō habz characterē. ¶ Hoc argumentū nō ꝓcedit contra noſtrā opinionem qz diximus in precedēti diſtinctione: ꝙ epatus eſt ordo ⁊ imprimit characterē. Scdz vo opinionem aliorū dicendū eſt ꝙ licet non habeat characterē attn̄ fuit cōſecratus: ⁊ ideo rōne talis conſecratiōis remanet in eo poteſtas conferendi ordines.

¶ Queritur tertio circa eādez diſt. vtrum oīs homo ſiue infans ſiue puer ſiue adultus ſiue maſculus ſiue fœmina poſſit ordinari in ſacerdotem. ¶ Pro huius.q. elucidatione eſt aduertendū ꝙ iam eſt declaratum per Innocētiuz tertiū in ca. Tue litere continebant libri quinti de clerico per ſaltuz promoto: ꝙ hō ante annos diſcretionis pōt ſuſcipere minores ordines Idcirco ſolū ē controuerſia de maioribus ſiue ſacris. Diuus thomas in preſenti diſtinctione tenet: ꝙ nullus pōt ſuſcipere ordines ſacros an̄ vſum rationis. Ratio diui Thomę eſt duplex Prima eſt propter votū continētię annexuz ſacro ordini: naz puer ante vſum rōnis nō pōt vouere. Scda rō diui Thomę eſt qz committunt talibus per ordines ſacros ſacramēta

tractanda ⁊ pueri ante vſum rōnis non poſſunt tractare ſacramenta licite ⁊ honeſte.

¶ Contra iſtam opinionē arguūt oñs Bonauētura ⁊ doctor ſubtilis. Sacrm ꝯfirmatiōis cōfert nō habenti vſum rōnis ⁊ actus ad quē ordinatur ſacramentū confirmationis nō pōt exerceri a puero non habente vſum rōnis. Nam puer ante vſum rōnis non pōt defendere fidē catholicā propt quā defenſionē confertur ſacramentū confirmationis et nihilominus puero nō hñti vſuꝫ rationis cōfertur poteſtas defendēdi fidem catholicā per ſacramentū confirmatiōis ergo ita erit de ſacramento ordinis: ꝙ q̄uis puer nō poſſit exercere actum ad quē ordinatur ſacramentuꝫ ordinis: nihilominus confertur ei poteſtas exercendi talem actuꝫ per ſacramentū ordinis. ¶ Ad hoc argumentum difficile eſt dare diſcrimen: maxie qꝛ idē poteſt argumentuꝫ deduci de ipſis. 4. minoribus ordinibus: qui cōferuntur paruulo ante vſum rōnis ex capite allegao: ⁊ ſi recurras ad votuꝫ continentię annexū ordini ſacro: tūc deducam argumentū ante ſtatutū eccleſię: nam tunc nullū erat votū cōtinentię: propterea ſolum ſup eſt recurrere ad reuerentiaꝫ excellentiſſimi ſacramenti eucharıſtię: ſed h̄ eſt mere voluntarie dictuꝫ. Nec valet illud qđ dicit de palude. ꝙ in ſacramentis: quę nō ſunt neceſſitatis requiritur conſenſus: nam hoc eſt manifeſtę falſum: nā non requirit conſenſus ad recipiendū ſacramentuꝫ confirmationis ⁊ tñ ſacramentū cōfirmationis non eſt ſacramentū neceſſitatis. Similiter. 4. minores ordines non requirunt cōſenſum ⁊ tñ non ſunt ſacramenta neceſſitatis.

¶ Alia eſt opinio diui Bonauenturę ⁊ doctoris ſubtilis aſſerentium ꝙ ſi eps attentet conferre ordines ſacros puero infanti incunabulis de facto cōfert q̄uis peccet ppter prohibitionē eccleſię. Iſta opinio facile probaꝛ: qꝛ non rḡritur cōſenſus ad ſuſceptionē ordinū ſacrorū ſicut nec ad confirmationem.

¶ Contra iſtā opinionē arguitur ſic ſequereꝛ ꝙ talis puulus ordinatus qñ veniret ad annos perfectę diſcretionis teneretꝛ cōtinere ꝯñs ē falſum igr̄ opinio nulla ſequela probaꝛ votū cōtinentię eſt annexum ſacro ordini ⁊ talis puer hꝫ ſacrū ordinē g̃ teneꝛ cōtinere. Iaꝫ probaꝛ falſitas conſequētis: iſte puer nūq̄ꝫ cōſenſit neq̄ꝫ formalr̄ neq̄ꝫ virtualr̄ in tali voto neq̄ꝫ in ſuſcipiendis ordinibus g̃ non tenetur continere. ¶ Ad hoc argumentū reſpondeꝛ duobus modis: vno modo negando ſequelā ⁊ ad probationeꝫ negaꝛ ꝯñā ⁊ ratio ē qꝛ talis nunq̄ꝫ voluit ſuſcipere ordies: ⁊ dñi ſacerdotes: qui modo obligantur ad votū cōtinentię: ideo obligaꝛ: qꝛ voluntarie ⁊ ſpōtanee nemine cogēte voluerunt ſuſcipere ordines ſacros: q̄bus annexum eſt votū continentię: ſecus ē de iſto puero q̄ nunq̄ꝫ voluit ſuſcipere ordines ⁊ ſecundū iſtam ſolutionē talis puer qū veniret ad annos diſcretionis poſſꝫ ꝯtrahere matrimoniū. ¶ Alio

mõreſpondeť concedendo ſequelã ⁊ negando minorẽ ⁊ ad probationẽ negať ꝯña: nec incõuenit ꝙ eccleſia obliget eum ad continentiã ratione ſtat⁹ ꝑ maiori bono ⁊ commodo ipſius: ſicut eccleſia cogit illos q̇ ſuſceperũt ſacramentũ baptiſmatis propter metũ cadentẽ in conſtantẽ virũ ad ſeruandã fidẽ catholicaꝫ ratione ſtatus. Naꝫ licet ratione illius volitionis cõditionatę non ſuſceperunt gratiã gratũ facientẽꝫ: ſuſceperunt tñ characterẽ baptiſmaleꝫ. Ex iſta ſolutione ſequiť ꝙ in poteſtate alicuius mali Epi eſſet facere ꝙ Delphinus Francię nõ poſſet ducere vxorẽ patet ſi ordinaret eũ in ſacerdotẽ.

¶ Scdo arguitur cõtra eandẽ opinionẽ ſequereť ꝙ tres mali Epi poſſent aliquẽ paruulũ ordinare in ſacerdotẽ ⁊ conſecrare in Epiſcopũ ꝯñs ẽ falſum igiť ſequela probatur nõ eſt maior ratio ꝙ poſſint eũ ordinare in ſacerdotẽ ꝗ̃ ꝙ poſſint eũ cõſecrare in Epiſcopũ: ſed primũ poſſunt ergo ſecundum poſſunt. ¶ Ad hoc argũm. reſpondeť negando ſeq̃lã ⁊ ad probationẽ negatur añs ⁊ dico ꝙ diſcrimen eſt quia talis ꝯſecratio Epiſcopi eſt q̇daꝫ matrimonium ſpirituale ⁊ ſicut ad matrimoniuꝫ carnale requiritur conſenſus ita etiã ad matrimoniuꝫ ſpirituale req̇riť conſenſus. nã per talẽ conſecrationẽ epiſcopus efficiť ſponſus ⁊ vir eccleſię quã deſponſat in cui⁹ ſigm. portat anulũ vt ſuperius dictuꝫ eſt modo paruulus añ annos diſcretionis nõ põt conſentire ⁊ iõ nõ poteſt conſecrari in Epiſcopum.

¶ Secundo ẽ aduertendũ ꝙ mulier nõ põt ordinari ꝗ̃uis aliqui hęretici. ſ. cataſtygę dixerunt mulierẽ poſſe ſuſcipere oẽs ordines ⁊ mõ iſte maledict⁹ Luther ſuſcitauit cineres extinctos. Sed nõ conſiderauit dictuꝫ Pauli pͤ. ad Timoth. 2. Cap. dicentis mulierẽ docere in eccleſia nõ ꝑmitto nec dominari in virũ. Siľr non ꝯſiderauit illud eiuſdẽ Pauli pͤ. ad Corinth. 11. ſi ẜo turpe ẽ mulier tonderi ac decaluari velet caput ſuũ. Pariforma nõ reſpexit ꝙ qñ ſaluator nr̃ fecit ſacerdotes Apoſtolos ĩ vltima cœna nullę erãt fœminę. Siľr qñ dixit poſt reſurrectionem. Accipite ſpm̃ ſanctũ: nullę erant fœminę ibi preť ea ſi ſaluator nr̃ voluiſſet dare ordineꝫ ſacerdotij alicui fœminę maxime dediſſet ſanctiſſ. matri ſuę Marię: ſꝫ btã ẜgo nõ habuit ordinẽ ſacerdotij ꝗ̃ nulla fœmina põt hẽre. Itẽ ecclia nõ habuiſſet tantã pręſumptionẽ ꝙ priuaſſet fœminas tãta dignitate ꝗ̃ neceſſarium ẽ dicere ꝙ de inſtitutione xp̃i eſt ſexus virilis ⁊ nõ fœmineus.

¶ Cõtra iſtud notabile arguitur ſic autho^re. Pauli ad Galath. 4. ⁊. 5. Capitibus dicentis. In xp̃o ieſu nõ eſt ſeruus neqꝫ liber neqꝫ maſculus neqꝫ fœmina ꝗ̃ fœmina põt ordinari. ¶ Ad hoc argũm. rñdeť negando ꝯñam: rõ eſt qꝛ ibi ſolũ loquitur Apoſtol. quo ad grãm ⁊ gloriaꝫ ęternã: vult enĩ dicere Paul⁹ ꝙ dũmõ aliq̇s ſeruiat dño deo: dñs d9s nõ curat an ſit diues vel ſeru⁹: iudęus natione vel gentilis nã nõ eſt acceptator ꝑſonaꝝ ⁊ ideo tantã grãm

CIrca viceſimã ſeptimam diſt. querit p⁹. quo differunt ſpõſalia et matrimonium Pro hui⁹ queſtionis intelligentia eſt aduertẽdum ꝙ matrimoniũ ſic ſolet diffiniri. Matrimonium eſt viri fœmineq coniunctio maritalis inter legitimas perſonas indiuiduã vite cõſuetudinem retinens. Prima particula excludit duos viros inter quos nõ põt eſſe matrimonium. q̃uis aliquo mani idolatre illud attentauerunt: ſimiliter non põt eſſe matrimonium inter duas fœminas. Alia particula. ſ. maritalis ſalua reuerentia illorum qui poſuerunt non debet poni Nam certũ eſt ꝙ tunc diffinitũ ponitur in diffinitione. Idem eñ eſt dicere maritalis qđ ⁊ matrimonialis Inſup ſine illa particula diffinitio eſt bona. Alia particula. ſ. inter legitimas pſonas excludit perſonas que prohibentur contrahere iure diuino vt pater ⁊ filia: filius ⁊ mater: frater ⁊ ſoror: et ſic de alijs. Similiter et illas que ꝓhibent̃ contrahere iure humano vt ſunt perſone in .2. vel.3.vel.4.gradu conſanguinitatis coniuncte. Ultima particula po

nitur ad differentiam matrimonio rum infidelium. Nam talia poſſunt diſſolui vt inferius declarabit. Ex iſta diffinitione ſequitur primo q̄ ſi perſonę quę prohibent iure diuino attentent contrahere matrimoniuꝫ eſt nullum. Seqt̄ ſcđo q̄ ſi perſonę quę ſunt prohibitę iure humano attentent cōtrahere: matimoniū etiaꝫ eſt nullū ante diſpēſationē: ꝛ habita diſpenſatione oportet q̄ denuo conſentiant: alias etiam matrimoniuꝫ eſt nullū. Sponſalia vero nihil aliđ ſunt q̄ꝫ mutua promiſſio de cōtrahēdo matrimonio inter ꝑſonas legitimas. Ex iſtis ſequit̄ q̄ multi abutuntur in hac vrbe valentina vocando verum matrimonium ſpōſalia: et decipiūt papā ꝛ ſeipſos: nā q̄rūt diſpēſationē a papa ꝓ ſponſalibꝰ ꝛ papa facile dat credens q̄ ſolū ſunt ſpōſalia vbi ſi ſciret q̄ eſt verū matrimonium nullo mō diſpenſaret: ꝛ licet interdum ſancti vocent coniuges ſponſos: et ſponſos coniuges: nihilominꝰ vbi eſt queſtio de diſpēſatione non licet ſic accipere ꝓpter periculuꝫ eminens ſed ſancti vbi nō eſt tale periculum indifferenter alterum pro altero ponunt.

¶ Contra reſolutionē huiꝰ. q. arguitur ſic. Aliqđ eſt matrimoniū quod non tenet indiuiduā vitę conſuetudinē ergo reſolutio nulla: aňs probatur: volo q̄ Plato contrahat per verba de pręſenti cuꝫ Berta in facie eccleſię diſſentiat tā interius tunc inter platonē ꝛ berthaꝫ eſt matrimoniū ꝛ tale matrimoniū eſt diſſolubile ergo non retinet indiuiduā vitę conſuetudinē: maior probatur eccleſia coget platonē ad manēduꝫ cuꝫ bertha ergo eſt verū matrimonium inter platonē ꝛ berthā: iam ꝓbatur minor. Si plato cōtrahat cuꝫ vna alia ꝛ conſentiat interiꝰ eſt verꝫ matrimoniū inter platonē ꝛ ſcđam ergo primum matrimoniū nō retinet indiuiduam vitę conſuetudinē. ¶ Ad hoc argumentum rňdetur negando aňs: ꝛ ad probationē negat̄ maior: ꝛ ad probationē negatur cōſequentia: ꝛ rō eſt: qꝛ eccleſia nō iudicat de interioribus ſed exterioribus: ꝛ ideo debet iudicare ſm̄ allegata ꝛ probata. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguitur: ſeq̄ret̄ q̄ archieṗs noſter valentinus teneret̄ pręcipere duo contradictoria platoni: ꝯňs eſt falſuꝫ ergo falſitas ꝯňtis probatur ſequeret̄ q̄ plato obligaret̄ ad impoſſibile. ſ. ad duo contradictoria: ꝯňs eſt contra illud Hiero. Anathema ſit ꝛc. ergo iam ꝓbatur ſequela prima: volo q̄ plato confiteat̄ dňo archieṗo valentino tūc dňs archieṗs pręcipiet platoni q̄ nō habitet cum prima ſed cum ſcđa: ꝛ ſi dňs archiepiſcopus ſedeat pro tribunali pręcipiet q̄ habitet cū pria ꝛ nō cū ſcđa: et taliter tenet̄ pręcipere: ergo dňs archieṗs tenet̄ pręcipere duo cōtradictoria. ¶ Ad hanc replicam rňdetur diſtinguendo ſequelā: vel in eodem foro ꝛ ſic negat̄ illa: nec probatur in tali ſenſu: vl' in diuerſis foris ſcꝫ in foro cōſcientię ꝛ in foro contētioſo ꝛ ſic conceditur illa ꝛ negatur minor: ꝛ ad probationē negat̄ ſeq̄la rō eſt: qꝛ non tenet̄ obedire niſi pręcepto facto ſibi in foro conſcientię:

debet pati oẽs excõicationes et cẽ ſuras eccleſiaſticas cum patiẽtia: ⁊ maxĩe q2 ipſe fuit in culpa: imo po tius debet pati mortẽ ꝙ̄ redire ad primam. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ replicat. poſito caſu ꝙ Plato añ ꝙ̄ iret ad contrahendũ cũ Berta dixe rit duobus hoĩbus fide dignis: ego vado ad eccleſiã et ꝙ̄uis pferã ver ba nunꝙ̄ tamẽ cõſentiã cum bertha tunc plato poterit probare per illos duos hoĩes ꝙ ipſe nunꝙ̄ conſenſit cum prima ergo eccl'ia male faciet cogendo eũ ad manendũ cũ prima añs probat: illi hoĩes ſunt teſtes oĩ exceptione maiores vt ſuppono er go per illos Plato poterit probare ſufficienter ꝙ non habuit cõſenſum cũ bertha. ¶ Ad hanc replicã rñde tur negando añs: ⁊ ad pbatiõnẽ ne gatur ꝯña: rõ eſt: quia eccleſia debꝫ preſumere ꝙ ꝙ̄uis dixit illa verba illis duobus hoĩbus mutauit ſniaꝫ non enĩ eſt pſumendũ ꝙ voluit mẽ tiri ⁊ peierare ⁊ irrogare tantam in iuriam ſacramento.

¶ Scđo arguit ſic. Aliquod eſt matrimoniũ qđ nõ eſt cõiunctio ergo reſolutio nulla: añs probatur volo ꝙ ſortes ⁊ bertha abſentes cõ trahant per nuncios ſiue procurato res tunc inter ſortẽ ⁊ berthã eſt ma trimoniũ ⁊ non eſt coniunctio ergo reſolutio nulla: minor probat: vl' eſt coniunctio qñ ſortes conſtituit iuũ procuratorẽ: vl' qñ bertha pfert ver ba: nullũ iſtorũ eſt dicendũ ergo ꝙ non poſſit dari: primũ probat: tunc bertha nondũ conſentit ergo non ẽ tunc coniunctio ꝙ nõ detur: ſcđm p batur: poſſibile eſt ꝙ interim ꝙ nũ cij vadunt ſortes diſſentiat vel dor miat ergo tũc nõ ẽ ꝯiunctio. ¶ Hoc argumentũ petit ſolum hanc diffi cultatẽ. ſ. qñ eſt matrimoniũ inter tales abſentes ⁊ dicendũ eſt ꝙ tũc eſt matrimoniũ quando bertha cõ ſentit ſiue ſortes dormiat ſiue nõ dũ modo a tpe quo ſortes habuit con ſenſum non habuerit diſſenſuꝫ. Nã ſi habuiſſet diſſenſum tunc nullum eſſet matrimonium et ſatis eſt ipſi berthe ꝙ procuratores aſſerant ſor tem habuiſſe conſenſum. Nã etiaꝫ ſi bertha audiuiſſet verba a ſorte nõ fuiſſet magis certa de conſenſu ip ſius.

¶ Queritur ſcđo circa candeꝫ diſtictionẽ an vnꝰ coniugũ põt alte ro inuito ad religionẽ conuolare? ¶ Pro huius. q. intelligẽtia eſt no tandum ꝙ duplex eſt matrimoniuꝫ ſcꝫ ratuꝫ tm̃: ⁊ aliud ratũ ⁊ cõſuma tum. Matrimoniũ ratũ tm̃ eſt ma trimoniũ in quo nondum eſt ſubſe quta copula carnalis Matrimoniũ ratum ⁊ cõſumatũ eſt matrimoniũ in quo ſubſequta eſt copula carna lis. ¶ Iſto notato rñdet per duas concluſiones quarũ prima eſt hec. In matrimonio rato tm̃ quilibet cõ iugum põt cõuolare ad religionem altero inuito. Iſta concluſio patꝫ in ca. Ex publico extra de cõuerſatio ne coniugatorũ. patet etiã per exẽ pla beati Ioanis euangeliſte ⁊ bea ti Alexij Nobilis Romani ⁊ multo rum aliorũ ſanctorũ. Scđa conclu ſio ẽ iſta. In matrimonio rato ⁊ con ſumato nullus cõiugũ põt conuola

re ad religionez altero inuito. Iſta concluſio patet ex multis determinationibus: quę habent loco allegato et multis alijs locis decretaliuz et decretorum.

¶ Contra primã concluſionẽ arguitur ſic. ſequeret q in lege nr̃a euangelica aliqua fœmina hẽret licite ⁊ meritorie centũ, aut mille maritos: ꝯñs eſt falſum et abſurdũ ergo prima concluſio nulla: ſequela probat: volo q aliqua fœmina contrahat cuz aliquo matrimoniũ ⁊ añ carnalem copulam ingrediat religionẽ ⁊ poſtea contrahat cum vno alio ſcđo et etiã iſte ſcđs ingrediat religionem ⁊ ſic conſequenter vſqꝫ ad centum vel mille et oẽs viuant: tunc veruz erit dicere q talis fœmina habebit centũ vel mille maritos licite ⁊ meritorię ergo ſequela vera ¶ Pro hui9 argumẽti ſolutione eſt notandũ q duplex eſt mors. ſ. ſimpliciter dicta ⁊ mors ciuilis: et ſicut mors naturalis ſiue ſimpliciter dicta dirimit, matrimonium: ita etiaz mors ciuilis: quę fit per ingreſſum religionis approbatę. Iſto notato reſpondet ad formã argumenti negando ſequelam: ⁊ ad probationez dato illo caſu dico q nullus illoruz qui ingreſſus eſt religionẽ ⁊ profeſſus eſt ipſaz eſt maritus ipſi9 fœminę: rõ eſt: qꝛ quilibꝫ talis eſt mortu9 ciuiliter: ⁊ ſi papa cuz aliquo tali diſpenſaret poſt profeſſionẽ religiõis vt egrederet religionẽ poſſet cõtrahere matrimonium cũ vna alia: ſicut ſi nunc aliqs vxoratus moreret ⁊ poſtea reſurgeret miraculoſe poſſet cum vna alia contrahere matrimonium. Hoc patꝫ expreſſa authoritate Pauli ad romanos. 7. et pᵉ. ad Corinth. 7. aſſerentis q qñ vn9 coniugũ morit alter ſolutus eſt a lege matrimonij.

¶ Scđo arguitur cõtra ſcđaz concluſionẽ. ſequeret q ſi ambo cõſentirẽt q poſſent ambo ingredi religionẽ: ꝯñs eſt falſuz ergo falſitas conſequẽtis probat: ſeqret q aliqs poſt matrimoniũ conſumatũ viuẽte vxore poſſet contrahere cum vna alia: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probatur: volo q duo cõiuges poſt carnalem copulam ingrediant religionem: tunc ſi papa diſpenſet cum viro vt egrediatur religionẽ poſt profeſſionẽ talis poterit contrahere cũ vna alia prima vxore viuente ergo ſequela vera. ¶ Hoc argumẽtũ quęrit vnuz dubiũ. ſ. an mors ciuilis dirimat matrimoniũ cõſumatum: ſicͭ dirimit matrimoniũ ratũ ⁊ non conſumatum. Nam ſi dirimat ambę ſequelę argumenti ſunt concedẽdę: ſi vero non dirimat: tunc prima eſt cõcedenda ⁊ ſcđa neganda: ⁊ qꝛ nondum eſt exploratum: ideo a doctoribus relinquitur ambiguũ: cꝰius pars affirmatiua videatur verior ⁊ probabilior.

¶ Queritur tertio circa eandẽ diſt. quot modis ſponſalia poſſunt dirimi et contrahi. ¶ Pro hui9 difficultatis intelligentia eſt aduertendum q ſponſalia non poſſunt contrahi ante ſeptenniuz vt habetur ex Alexandro. 3. lib. 4. de deſpõſatiõe impuberum. ca. Lr̃as tuę fraternitatis

tatis ⁊c. Iſto notato rñdet ad priaʒ partem difficulatis. ꝙ octo modis valent dirimi ſponſalia. Prio modo: qñ vnus eoruʒ ingredit religionem ⁊ facit profeſſionē vt pʒ de conuerſatione coniugatoruʒ. ca. Uer. Scďs modus eſt: qñ alter eoruʒ cõtrahit cuʒ vna alia pſona per verba de preſenti. vt patʒ de ſponſalibus duorum ca. pmo. Tertius modꝰ eſt: qñ alter ſe transfert ad regioneʒ longinquã ⁊ ſufficiēter expectatꝰ nõ redit vir. vt patet extra de ſponſali bus. ca. De illis autē. Quartus modus eſt: qñ ſuperuenit enormis īfirmitas vt paralyſis: lepra: aut abſciſſio naſi. vt patet de coniugio leproſorum. ca. Lfas. Quintus modꝰ ē quando alter fornicatur. vt patʒ extra de iure iurãdo. ca. Quēadmoduʒ Nam ex tali fornicacione pſumit male de fide in poſterũ ſeruanda. Sextus eſt cum ſupuenit affinitas. vt patet extra de conſanguinitate ⁊ affinitate. ca. Sup eo. ⁊ ad talē conſanguinitatē vel affinitatē probandam ſola fama ſufficit propꝛ ſcandalum. Septimus modus. qñ mutuo ſe abſoluunt. vt habet extra de ſponſalibus. cap. Preterea. Ita ꝙ qͣuis talia ſponſalia ſint iuramēto firmata poſſunt ſe abſoluere: ⁊ tunc ſponſalia dirimuntur. Aliqui tamē impugnant iſtũ moduʒ ⁊ conſequēter dicunt ꝙ hoc eſt per tolerantiaʒ nihilominus male faciunt: hoc tñ ē falſum. nam romanꝰ põtifex in ca. allegato dicit expreſſe ꝙ talia ſponſalia dirimũt ſicut ſocietas aliquorum duorum mercatorũ: ſed ſic eſt ꝙ tales mercatores nec peccãt nec male faciunt ſi deſtruant volũtarie ſocietatem ſiue pactuʒ ergo nec tales qui contraxerunt ſponſalia iuramento firmata male faciunt ſi mutuo ſe abſoluunt. Inſup ſi aliqd pmittatur alicui viro cum iuramēto in fauorem ipſius põt ab eodem viro in cuius fauorē eſt promiſſuʒ: remitti licite ergo ſponſi mutuo poſſunt ſe abſoluere. Octauus modus eſt qñ ſponſalia ſunt contracta īter parentes ⁊ vnus eorũ veniēs ad legitimam etateʒ petit abſolui a promiſſione ſiue diſpenſatione. vt habet extra de deſponſatione impuberum ca. De illis.

¶ Ad ſcďam partem queſtionis rñdet diſtinguendo. Duobꝰ eñi modis poſſunt contrahi ſponſalia. Uno modo promiſſione abſoluta ⁊ tunc ſponſalia contrahunt inter perſonas legittimas. Alio mõ contrahuntur promiſſione conditionali: et tunc vel talis cõditio eſt honeſta vł inhoneſta. ſi primũ ſpõſalia contrahuntur conditione ſtante ⁊ impleta ſi vero conditio nõ adimpleat ſponſalia nulla ſunt: ſi ſcďm aut eſt contra bona matrimonij. videlicet. capiam te ſi procures veneno ſterilitatem vel ſi fornicaberis: aut capiã donec inueniã vnam pulchriorē aut meliorē aut ditiorem: ⁊ talia ſpõſalia nulla ſunt. Si autem talis cõditio non eſt contra bona matrimonij tunc ſponſalia valent ⁊ talis conditio habetur pro nõ adiecta vt habetur capite vltimo tituli allegati. qͣlis etiã conditio ſit impoſſibilis videlicet capiam te ſi celum digito te

tigeris.

¶ Cōtra reſolutionē iſti⁹ ſcḋe partis arguitur ſic. Qñ aliqs ꝑmittit contrahere cum aliqua conditionaliter conditione impoſſibili nō cōſentit ergo non contrahit ſponſalia añs ꝓbatur: talia verba poti⁹ denotant diſſenſum q̄ ɔ̄ſenſum ergo talis non conſentit: añs ꝓbatur: docꝫ experientia ꝙ qñ aliqs non vult facere aliqd ꝑmittit illḋ ſub cōditiōe īpoſſibili: ergo talia verba poti⁹ denotant diſſenſuꝫ q̄ cōſenſum. Quare videtur mirabile ꝙ ſancta mater eccleſia iudicet talia ſponſalia valere. ¶ Ad hoc argumentū rñdetᷣ negando ɔ̄ñam: ⁊ rō eſt: qꝛ ſancta mater eccleſia iudicat talia eſſe ſpōſalia in fauorē matrimonij ne paſſim puelle decipiantᷣ: que neqñt diſcernere ſepe numero de conditione an ſit poſſibilis vł impoſſibilis. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur. Talis conditio impoſſibilis repugnat bonis matrimonij ergo talia ſpōſalia ſunt nulla: añs probatᷣ: quia quodlibet impoſſibile cuilibet repugnat in veritate. ¶ Ad hanc replicā rñdetur diſtinguendo añs: vł intrinſece et directe ⁊ ſic negatur illud nec probatur in iſto ſenſu: vel extrinſece et indirecte ⁊ ſic cōceditᷣ illud ⁊ negatᷣ ɔ̄ña: quia ſolū conditio directe ⁊ intrinſece repugnās bonis matrimonij viciat ſponſalia. ¶ Contra iſtaꝫ ſolutionem arguitᷣ. Qñ ſequitᷣ: ſortes capiet berthā ſi cęlū digito tanget ſed bertha nō tanget digito cęlum ergo ſortes non capiet berthā ¶ Ad hāc replicā negatᷣ ɔ̄ña: nec in ea eſt aliqua apparentia cū arguatᷣ a conditionali cū deſtructione antecedētis ad deſtructionē cōſequētis.

¶ Queritur quarto circa candeꝫ diſt. an romanus pōtifex poſſit diſpenſare cuꝫ bigamo vt capiat ſacros ordines. ¶ Pro huius. q. itelligentia eſt aduertendū ꝙ bigamia ſex modis contrahitᷣ. Primo mō quādo aliquis in diuerſis tempꝰibus habuit duas vxores legittimas ⁊ quālibet earū cognouit carnaliter. Secundo modo cōtrahitᷣ qñ aliquis habuit duas vxores diuerſis temporibus vnā de iure ⁊ alteraꝫ de facto et quamlibet earū cognouit carnaliter. Tertio mō qñ aliqs in codeꝫ tempore habet duas vxores vnam de iure ⁊ alterā de facto ⁊ ambas cognoſcit carnaliter. Quarto mō contrahitᷣ bigamia qñ aliqs contrahit cuꝫ vidua vel corrupta. Quinto mō quādo aliqs cognoſcit propriā vxorē poſt adulteriū ab vxore ipſa perpetratum. Sexto mō qñ aliqs contrahit poſt votuꝫ continentię ſolemne de facto q̄uis non poſſit de iure cōtrahere.

¶ Contra iſtos modos arguitur ſic. ſequeretᷣ ꝙ ſi alqs multas fęminas cognoſceret carnaliter ⁊ tandem cōtraheret cū vna virgine matrimonium talis nō eſſet bigamus ɔ̄ñs eſt falſum ergo ſequela patet: quia in nullo iſtorū ſex moduꝫ comprehenditᷣ. Jam ꝓbatur falſitas cōſequentis: mulier corrupta redit virū virginem bigamum ergo a fortiori vir corruptus contrahens cum virgine efficitur bigam⁹: ɔ̄ña tenet: qꝛ

non videt potior ratio de vno q̄ de alio: ⁊ ſi des rōnem q2 ſponſa ſignificat ep̄m ⁊ ſponſus eccleſiā hoc eſt maniſeſte falſuȝ. Nā certū eſt ꝙ ep̄s eſt ſpōſus ſuę eccleſię et xp̄s eſt ſpōſus vl'is eccleſię: ſimilr̄ ⁊ papa ſi dicas ꝙ xp̄s habuit vxorē et concubinam. ſ. ſynagogā ⁊ eccleſiā catholicam: hoc eſt etiā falſum: nā ſynagoga non fuit concubina xp̄i ſed ſponſa ⁊ vxor. Jmmo eccleſia icepit ab Abel ⁊ durabit ad finē vſqȝ mundi: et iſtā ſibi deſponſauit xp̄s. ¶ Propterea dicenduȝ eſt aliter ad formā argumenti concedēdo ſequelā ⁊ negando minorē: ⁊ ad ꝓbationē negagatur ꝯñā: ⁊ ad probationē non eſt alia ratio: niſi voluntas romani pōtificis reputantis vnū bigamū ⁊ nō alteruȝ. Diuus tn̄ Thomas dat rōnem: q2 matrimonū eſt ad alteruȝ et ſi mulier eēt capax ordinis ſacri virgo contrahens cū viro corrupto eſſet bigama: ſed hoc eſt dubium.

¶ Scd̄o arguit̄ ſic ſequeret̄ ꝙ ſi aliquis ſaracenus habuiſſet vnaȝ vxoreȝ ante baptiſma ⁊ poſt baptiſma accepiſſet vnam aliā eſſet bigamus: ꝯñs eſt falſuȝ ergo ſeq̄la probatur: talis poſt baptiſma ſic ſe hȝ ꝙ habuit duas vxores ⁊ quālibȝ earum cognouit carnaliter vt ſuppono: ergo talis ſaracenus nouiter cōuerſus eſt bigamus. Jam ꝓbat̄ falſitas ꝯñtis. Talis eſt nouus hō per baptiſma ⁊ remittit̄ ei oīs pœna et culpa ergo talis nullo mō eſt bigamus. ¶ Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertēdū ꝙ eſt magna ꝯtrouerſia inter tres maximos doctores ſanctę matris eccl'ię. ſ. Hierony. Auguſt. et Ambroſ. Hieronimus cū in ep'la ad Oceanuȝ et ſup ep'lam Pauli ad Timotheū tenet ꝙ talis non eſt bigamus. Aug. ſup ep'lam ad Titū cū Ambroſio tenet ꝙ talis eſt bigamus: vt Gratianus recitat in duob⁹ locis. ſ. in. 26. diſti. et in. 28. q. 3. Et reuera niſi Jnnocētius tertius declaraſſet taleȝ eſſe bigamū vt habetur in locis allegatis opinio Hieronymi eſſet amplectēda q̄uis Gratianus dicat ꝙ acuti⁹ dixit Auguſtin⁹ Hieronymo: ⁊ maxime q2 talis ſaracenus ante fidem non erat de foro eccl'ię: ſȝ q2 in mera poteſtate romani pontificis eſt: reputare talē eſſe bigamū: ⁊ Jnnocentius. 3. ita declarauit: idō reprobanda eſt opinio Hieronymi: et tenenda eſt opinio Aug. ⁊ Ambroſij. Quare ſequela argumenti eſt concedenda ⁊ negāda minor: ⁊ ad probationem dicit̄ ꝙ ſolū remittit̄ per baptiſma pœna debita peccatis: mō bigamia eſt pęna debita interdum actibus meritorijs. vt puta ſi aliquis ſancte ⁊ iuſte contraxit matrimonium ſucceſſiue cum duabus: quarū quamlibet cognouit carnalr̄ actibus meritorijs quib⁹ voluit cōtrahere cuȝ illis duabus ſucceſſiue. ¶ Jſtis notatis r̄ñdetur ad. q. affirmatiue. Jſta rñſio probat̄: quia papa pōt diſpēſare in his: quę ſunt iuris pure poſitiui: modo bigamū ſuſcipere ordines ſacros non eſt contra ius diuinū: ſed ſoluȝ contra ius humanū. Jnſup Lucius tertius diſpenſauit cum Archiep̄o panormitano qui erat bigamus.

¶ Contra iſtam concluſioneꝫ
arguitur. Papa nō pōt diſpenſare
contra ius diuinū ſed bigamū ſuſci
pere ordines ſacros eſt contra ius
diuinum ergo papa neqꝫ diſpenſa-
re: minor ꝓbatur expreſſa authori-
tate Pauli primę ad Timoth. 3. di
centis. Oportet ep̄m eſſe irrep̄hen-
ſibilem ⁊ vnius vxoris virum. ergo
eſt de iure diuino bigamū non ſuſci
pere ordines ſacros. ¶ Ad hoc ar-
gumentum rn̄det negando minorē
et ad probationē licꝫ Paulus illud
dicat: non tn̄ illud habebat a dn̄o.
Nam qn̄ erat pręceptuꝫ dei ipſe ſo-
let dicere. dn̄s p̄cipit nō ego: ſed in
propoſito ipſe p̄cipiebat ⁊ papa ma
ioris authoritatis ē ꝙ̄ erat paulus:
et ideo bene pōt diſpenſare. ¶ Cō-
tra iſtaꝫ ſolutionē arguit ſic. In. 2.
ca. extra de bigamis. Luci⁹ papa
aſſerit ꝙ non licet diſpenſare cuꝫ bi
gamo ergo ē de iure diuino. ¶ Ad
hanc replicaꝫ rn̄det. Uno mō ꝙ pa
pa intelligit ꝙ non licebat illi archi-
ep̄o hiſpalēſi diſpenſare neqꝫ alicui
alteri ep̄o: ideo quia illud pręceptū
erat ap̄li. Attamē bn̄ licet papę di-
ſpenſare: quia eſt maioris authori-
tatis: ꝙ̄ fuerit Apoſt. Alio mō rn̄de
tur ꝙ papa ſolum volebat ibi innue
re ꝙ erat multum difficile diſpenſa
re cum bigamo: non tn̄ eſt impoſſi-
bile. Nam ipſemet Lucius diſpen
ſauit. vt dictū eſt. ¶ Sed adhuc ar-
gues contra notabile. ſequeret ꝙ ſi
aliqs defloraſſet vnā virgineꝫ et po
ſtea contraheret cum ea talis eſſet
bigamus: ꝯñs eſt falſuꝫ ergo ſeq̄la
probatur: talis tunc contrahit cum
corrupta ergo eſt bigamus: ꝯñs te-
net per. 4m. modū tactū in notabili.
¶ Ad hoc argumentū rn̄det negan
do ſequelā: ⁊ ad probationeꝫ diſtin-
guo ꝙ talis contrahit cuꝫ corrupta
vel cuꝫ corrupta ab ipſomet ⁊ ſic cō
cedit illud ⁊ negat ꝯñs: qꝛ intelligit
de corrupta ab vno alio. Si vero in
telligas ꝙ contrahit cum corrupta
ab vno alio negat illud añs. ¶ Sꝫ
adhuc inſurges contra idē notabile
ſequeret ꝙ ſi aliqua mulier cogno-
ſceretur ab adultero tunc maritus
eius efficeretur bigam⁹: ꝯñs eſt fal
ſum ergo falſitas cōſequētis proba
tur: maritus nullā hꝫ culpam vt ſup
pono: ergo non efficitur bigamus.
¶ Ad hoc rn̄dtur diſtinguēdo ſeq̄lā
vel maritus cognoſcit eā poſt adul-
terium vel non cognoſcit: ſi ſm̄: ne-
gatur ſequela: ſi primū cōceditur ſe
quela ⁊ negat minor: ⁊ ad probatio
nem negatur ꝯñs: nō eñ inconuenit
ꝙ aliquis ſine culpa efficiatur biga
mus. Nam bigamia nō eſt niſi quę-
dam pœna.

Si conſenſus de futuro cuꝫ iuramento facit coniugiū.

Diſtinctio. XXVIII.

Hic queri de
bet. Utruꝫ
cōſenſus de
futuro addi
to etiam iu-
ramento cō
iugium effi
ciat: vt ſi qs ꝓmittat vel etiam
iuret alicui ſe vſqꝫ ad tp̄s placi

tum illā ductuꝝ: ⁊ illa ꝓmittat vel iuret ſe illi nupturā: nunq̄d talis ſponſio eos ꝯiuges fecit? Si mutato propoſito alter vel vterq; ad alienā copulā trāſit: nunq̄d ob priorē ſponſionē iu-ramēto ſubnixā ſcōe federatio-nis pactū ſcindet᷑. Cōſidera q꜡ longe aliud ē ꝓmittere ⁊ aliud facere: q̄ ꝓmittit: nondū facit. Qui ergo ꝓmiſit ſe vxorem du ctuꝝ aliquā: nondū eam duxit vxorē: ⁊ q̄ ſpopondit ſe nuptu-ram nonduꝫ nupſit. Quō ergo ꝯiuges appellari poſſunt: q̄ nō dū ꝯtrahunt: ſꝫ in futuro ſe con tracturos iurando promittūt? Itē ſi ex vi iuramenti ad futu-rum ꝑtinentis mox efficiuntur ꝯiuges: cur iurāt in futuro ſe fa cturos qđ in p̄ſiti efficiūt. Itē. Si ex quo iurāt mox efficiūtur ꝯiuges: tunc rem hanc efficiūt quam iurant ſe facturos. Ideo dico q꜡ ꝯiugiū tunc non fuit: ſꝫ futuꝝ ꝓmittit᷑. Si v̇o ille poſt vxorē duxit ⁊ illa marito nup-ſit: ꝯiugium vtriq; fuit: ⁊ nō po teſt diſſolui. Precedens ergo mendaciū vel ꝑiurium pnīa eſt corrigendū: ſed ꝯiugiū ſequēs non ē diſſoluendū. Non aūt ſic eſt qn̄ iuramentū ꝯiugij p̄ſentis ꝯſenſus atteſtatione firmat᷑: q꜡ poſt talē conſenſum ſi q̄s alij ſe copulauerit: etiā ſi ꝓlē ꝓcreaue rit: ⁊ irritū debet fieri: ⁊ ipſe ad priorem copulam reuocari.

Que videntur obuiare pre miſſis.

¶ Premiſſe aūt ſententie vide tur obuiare illud qđ leges tra-dūt. Si q̄s tactis diuinis ſcri-pturis iurauerit mulieri ſe eā le gitimā vxorē habituꝝ: vel etiā ſi in oratorio tale ſacr̄m ꝺderit: ſit illi legitima vxor ꝗuis nulla dos nulla alia ſcriptura īterpo ſita ſit. Sꝫ hic oſdit᷑ q̄d fieri vl᷑ eſſe debeat non q̄d tūc fiat. Nō eīn̄ ꝑ illud iuramentuꝫ tunc fit vxor: ſꝫ fieri dꝫ: q꜡ iuratum eſt. Pōt ⁊ de illo iuramēto hoc di ctū ītelligi vbi de p̄ſiti ꝯſentiūt ac ſe inuicē ſuſcipiūt. Illi etiam ſnīe q̄ dictū eſt ſolū ꝯſenſum fa cere ꝯiugium: videt᷑ obuiare qđ Euariſtus papa ait. Alit᷑ legit tīmū non fit ꝯiugiū niſi ab his q̄ ſuꝑ feminaꝫ dn̄ationē h̄re vi-dent᷑: ⁊ a q̄bꝫ cuſtoditur. Uxor petat᷑: ⁊ a pentibus ſponſetur: ⁊ legibꝫ dotetur: ⁊ a ſacerdote vt mos ē bn̄dicat᷑: ⁊ a paranimphis cuſtodiat᷑ ac ſolenniter accipia tur. Itē. Ita legitima ſcitote eſ ſe ꝯnubia. aliter v̇o preſumpta:

non ꝯiugia ſed adulteria vł for nicationes ſunt niſi volūtas ꝓ pria ſuffragata fuerit ⁊ vota ſuc currerint legitima. Hoc autem non ita intelligendū eſt tanq̄ ſi ne enumerat' non poſſit eſſe le gitimū ꝯiugium: ſꝫ q2 ſine illis non hꝫ decorē ⁊ honeſtatē de bitā. In hui⁹ eñ ſacri celebra tione ſicut in alijs q̄dā ſunt ꝑti nentia ad ſubſtantiā ſacri: vt cō ſenſus ḋ p̄nti q̄ ſolus ſufficit ad ꝯtrahenduꝫ mr̄imoniū: q̄dam v̇o ꝑtinentia ad decorē ⁊ ſolēni tatē ſacri vt ꝑentū traditio ſacer dotū bn̄dictio ⁊ hmōi. ſine q̄b⁹ legitime fit ꝯiugium: quantum ad v̇tutē non quantū ad hone ſtatē ſacri. Sine his ergo non q̄ſi legitimi ꝯiuges: ſꝫ q̄ſi adul teri vel fornicatores ꝯueniunt vt illi q̄ clāculo nubunt ⁊ vtiq̄ fornicatores eēnt niſi eis ſuffra garet voluntas v̇bis exp̄ſſa de p̄nti q̄ legitimum int̄ eos facit mr̄imoniū. Nā ⁊ ꝯſenſus occul t⁹ de p̄nti ꝑ v̇ba exp̄ſſus ꝯiugi um facit: lꝫ non ſit ibi honeſtus cōtract⁹: ſꝫ matrimonium ſan cit ꝯſenſus q̄ in occulto fuit. Si eñ alter alteꝝ dimiſerit non co git iudicio eccl'ie redire ⁊ cōma nere q̄ nali cū ꝯiuge: q2 nō̄ pōt ꝓbari teſtib⁹ contract⁹ q̄ in oc culto ē̄fact⁹. Q̄ ſi ipi q̄ in occul to ſibi ꝯſenſerūt: eūdē ꝯſenſum voluntarie in manifeſto ꝓfite ant: tūc vtiq̄ ꝓpria volūtas ſuf fragat̄. ⁊ legitima vota ſuccur runt ad ſanciendū ꝯiugium qḋ pri⁹ occulte fuerat ꝯtractū. Vo lūtas ergo v̇bis exp̄ſſa in occul to ad hoc ſuffragat̄ vt fiat ꝯiu gium: manifeſte v̇o exp̄ſſa ſuf fragat̄ vt ſanciat' ⁊ roboraret ac liberū ſit eccleſie ḋ hoc iudica ſi expedierit.

De qua re ſit cōſenſus ille. an de carnali copula. an de cohabitatione ā de alio.

¶ Hic q̄ritur cū conſenſus de p̄nti mr̄imoniū faciat: cuius rei ꝯſenſus ſit ille: an carnalis co pule: an cohabitationis: an vtri uſq̄? Si cohabitationis ꝯſen ſus matrimoniū facit: tūc frater cū ſorore: pr̄ cum filia p̄t ꝯtra here mr̄imonium. Si carnalis copule: tunc int̄ Mariā ⁊ Jo ſeph non fuit ꝯiugium. Pro poſuerat eñ Maria in v̇ginita te manere: niſi de⁹ alit̄ facere iu beret: ſm qḋ videtur angelo di xiſſe. Quō̄ fiet iſtud qm̄ virum non cognoſco. i. me non cogni turā ꝓpoſui Nec eñ q2 viruꝫ tunc non cognoſcebat: neceſſe

erat inquiri quō poſſet hr̄e fili- um: ſꝫ qꝛ ſe nunꝗ̄ cogniturā ꝓpoſuerat. Dicit em̄ Beda ꝙ in v̓ginitate manere diſpoſue- rat. Si ergo ꝯtra ſuum propo- ſitū poſt ꝯſenſit in carnalem co pulā videtur facta voti rea: mē te ⁊ ſi non opere violata. Dica mus ergo ꝙ conſenſus cohabi tationis vel carnalis copule nō facit ꝯiugiū: ſed conſenſus ꝯiu galis ſocietatis verbis ſm̄ pn̄s tp̄s expreſſus: vt cuꝫ vir dicit. Ego accipio te in meā nō dn̄aꝫ non ancillā: ſed ꝯiugeꝫ. Qꝛ em̄ non ancilla vel dn̄a dat̄: idō nec de ſummo nec de imo a princi- pio formata ē: ſed de latere viri ob ꝯiugalē ſocietatē. Si v̓o ſum mo fieret: vt de capite: videret̄ ad dn̄ationē creata. Si vero de imo: vt de pedibꝰ videretur ad ſuitutē ſubijcienda. Sꝫ qꝛ nec in dn̄am nec in ancillā aſſumi- tur. facta ē de medio. i. de late- re: qꝛ ad ꝯiugalē ſocietatē aſſu- mit̄. Cū ergo ſic ꝯueniunt vt di cat vir. accipio te in meā coniu gē. ⁊ dicat mulier. accipio te in meū virū. his v̓bis vel alijs idē ſignificantibꝰ exprimitur ꝯſen- ſus: non copule carnis vel co- habitationis corꝑalis ſed ꝯiu- galis ſocietatis: ex q̄ oportet eos cohabitare: niſi forte cā religio nis pari voto corꝑaliter ſeꝑent̄ vel ad tp̄s vel vſqꝫ in finem.


Irca vigeſi- mam octauā diſt. queritur An iuramen- tum additū ſpōſalibꝰ effi ciat mr̄imo- nium? ¶ Ad hanc difficul tatem r̄ndetur negatiue: rō eſt: quia in matrimonio req̓ritur cōſenſus ꝑ verba de preſenti mō iuramētuꝫ nō facit talem conſenſuꝫ.

¶ Contra iſtam reſponſioneꝫ arguitur ſic. ſequeretur ꝙ ſi aliquis cōtraxiſſet ſponſalia iuramento fir- mata per verba de futuro cum ber- tha ⁊ poſtea contraheret per verba de preſenti cum katherina eſſet ve- rum matrimonium inter ipſum et katherinā: ꝯn̄s eſt falſum: ergo fal- ſitas ꝯn̄tis ꝓbat̄: ſequeret̄ ꝙ talis per pctm̄ deobligaret ſe a precepto diuino: ꝯn̄s eſt falſum ergo ſequela probat̄: talis anteꝗ̄ contrahat cum katherina iure diuino erat obligatꝰ rōne iuramenti contrahere cuꝫ ber- tha: ⁊ poſt matrimoniū cum kathe- rina nō eſt obligatus: ergo ſequela vera. ¶ Ad hoc argumentuꝫ r̄ndet̄ concedendo ſequelā ⁊ negando mi- norem ⁊ ad probationē concedēdo ſequelam: ⁊ negando iterum mino- rem. In multis em̄ caſibꝰ datur in- ſtantia patet. Nam ſortes eſt obli- gatus iure diuino laborare ad ſuſtē tanduꝫ parentes ſuos: ⁊ ſi amputet

ſibi manus: vel ex gula incidat in morbū non amplius eſt obligatus laborare ad ſuſtentandum parentes ſuos.

¶ Scḋo arguit̄ ſic. Carnalis copula poſt ſponſalia efficit matrimonium ergo iuramentū poſt ſpōſalia vel ſimul cū ſponſalibus efficit matrimonium: ꝯña tenet: q2 magis videt̄ oligare iuramentū ꝗ̃ copula carnalis. ¶ Ad h̄ argumentū r̄ndetur negādo ꝯñam: ⁊ ad probationem dico ꝙ obligatio nihil facit ſed eccleſia pręſumit ꝙ tales nolūt peccare ⁊ ideo qñ conueniūt carnaliter eccleſia pręſumit ꝙ de nouo cōſentiunt: ſed ſi nullus ſit conſenſus non eſt matrimonium verum: ſꝫ ſolū p̄ſumptū ab eccleſia. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguit̄. Copula carnalis ante ſponſalia nō facit matrimonium: ergo neq̃ poſt ſponſalia facit matrimoniū. ¶ Ad hanc replicam r̄ndet̄ negādo ꝯñam: intelligēdo ſemꝑ de matrimonio p̄ſumpto ab eccleſia: rō eſt: quia ſi copula carnalis p̄cedat iā peccauerūt mortalr̄ et ideo eccleſia non pōt de eis bene pręſumere: ſed qñ ſponſalia p̄cedūt eccleſia debet de eis p̄ſumere bonū et non malum. ¶ Sed quęres circa iſtam reſolutionē ſi ſortes dicat bertha capio te in vxorem ſi hodie das mihi mille aureos ⁊ bertha conſentiat: an ſit matrimonium? ¶ Ad hoc r̄ndet̄ negatiue: ſed ſolum ſunt ibi ſponſalia. ¶ Et ſi dicas ſunt ibi verba de p̄ſenti ergo eſt matrimonium. ¶ Ad hoc r̄ndet̄ ꝙ ęquiualenter talia verba ſunt de futuro: nam equiualent iſtis: capiā te ſi dederis mihi hodie mille aureos.

Coactio excludit cōſenſum cōiugalē. Diſt. XXIX.

Oportet aūt conſenſum coniugalē liberum eſſe a coactiōe. Coact⁹ eñ cōſenſus qui nec conſenſus appellari debet: coniugiū non facit: ſicut teſtat̄ Vrbanus papa ſcribēs Sācio regi Arragonū i hęc v̄ba. De neptis tue ꝯiugio quā te cuidā militi daturū neceſſitatꝭ iſtante articulo ſub fidei pollicitatione cōfirmaſti. hoc ęquitate dictante decreuimus: vt ſi illa virū illum omnino vt dicit̄ renuit: ⁊ in eadem volūtate p̄ſiſtit vt viro illi ſe porſus deneget nupturā: nequaq̃ eam inuitam ac renitētem eiuſdem viri cogas ꝯiugio copulari. Idem Si verum eē cōſtiterit quod nobꝭ legati Iordanis p̄ncipis retulerunt ſcꝫ ꝙ ipſe coact⁹ ⁊ dolēs filiam ſuam flentem ⁊ pro virib⁹ renitentē Raynaldo d̄ſponſauerit qñ legū ⁊ canonum auctoritas talia ſpōſalia nō approbat: nec ignorantib⁹ leges ⁊ canones nimis durū videat̄: ita ſniam tꝑamus

vt ſi princeps cũ aſſenſu filie id
qḋ ceptũ eſt ꝑficere voluerit: cõ
cedam⁹ Sin aũt legat⁹ nr̃ vtraſ
qꝫ ptes audiat ⁊ ſi nihil fuerit ex
pte Raynaldi qḋ ampli⁹ ipedi
at ab ipo Jordane ſacramẽtuꝫ
quo conſtẽt hec q̃ dicta ſunt ac
cipiat: ⁊ nos canonum ⁊ legum
ſcripta ſequẽtes: deinceps nõ
prohibem⁹: quin alij viro ſi vo-
luerit p̃dicta ei⁹ filia tñ in dño
nubat. Ex his apparet ꝯiugiũ
fieri inter ꝯſentientes ⁊ ſponta
neos non inter renitentes ⁊ in
uitos. Veruntamẽ q̃ inuiti ⁊ co
acte ꝯiuncti ſunt. ſi poſtea ali-
quo tp̄is ſpacio ſine contradi-
ctione ⁊ q̃rimonia cohabitaue-
rint facultate diſcedendi vel re-
clamãdi habita conſentire vidẽ
tur: ⁊ ꝯſenſus ille ꝯſequẽs ſup-
plet: qḋ p̄cedẽs coactio tulerat.

Jn libro pandectarum.

¶ Conſentire autẽ ꝓbatur qui
euidenter non contradicit: ſm
illḋ. Jn ſponſalibus eoruꝫ con
ſenſus exigendus eſt quorũ in
nuptijs deſideratur. Jntelligi-
tur tñ ſemper patri filia ꝯſenti-
re: niſi euidẽter diſſentiat. Jtẽ.
Sponſalia ſicut nuptie conſen
ſu fiunt ꝯtrahentium ⁊ ideo ſi-
cut in nuptijs: ita ⁊ ſponſalibus
patriſfamilias filiam conſenti-
re oportet: que ſi patris volun
tati non repugnat: conſentire
intelligitur.

Circa vigeſimam nonam diſti. querit̃. An metus cadẽs i cõſtãtem viꝝ dirimit matrimoniũ.

¶ Pro huius. q. intelligentia p̄ſup
ponẽda ſunt oĩa illa que dicta ſunt
de metu in. 17. q. 15. diſtinctionis hu
ius quarti ſententiaruꝫ. Jſtis p̄ſup-
poſitis r̄ndet ad q̃ſtionem ꝑ duas
concluſiones quarũ prima eſt iſta.
Metus cadens in conſtantẽ virum
qui iuſte infertur: ſiue a deo ſiue ab
hoĩe nõ dirimit matrimoniuꝫ. Jſta
concluſio patet. Nam ſi aliqs infir-
mus ob metũ mortis contrahat cũ
ſua concubina matrimonium eſt ra
tum et validum. Similiter ſi aliqs
promiſit contrahere cũ berta: ⁊ po-
ſtea ob metũ excõicationis contra-
hit cum ea: matrimoniũ eſt validũ.
Scḋa concluſio eſt iſta. Metus ca-
dens in conſtantẽ virum qui iniuſte
infertur dirimit matrimoniũ. Jſta
concluſio patet ex determinatione
pape extra de his que vi metus cau
ſaue fiunt.

¶ Contra iſtã concluſionẽ vl-
timam arguitur ſic. Hubaldus con
traxit cum ſua concubina propt̃ me
tum mortis ⁊ matrimoniũ erat va-

lidum ergo ſcḋa cõcluſio falſa: añs
quo ad vtramq3 partẽ patet expreſ-
ſa auctboritate Aurelij Aug. ſcribẽ-
tis Seuero epõ Milleuitano exp̄ſ-
ſe illud aſſerentis vt habetur in ca.
Inter cetera. 22. q. 4. ¶ Ad hoc rñ-
detur negando minorẽ: ⁊ ad proba
tionem dico q̃ Auguſtinus ſolũ da
bat ibi conſiliũ ipſi Hubaldo q̃ per-
ſeueraret in matrimonio ⁊ haberet
ipſum firmũ et ſtabile: attamẽ Hu-
baldus non tenebat ad illud: immo
poterat contrahere cum vna alia ſi
voluiſſet: et Aug. etiã hoc non dice-
bat niſi ex reſpõſione diui Ambro-
ſij: ignorabat enĩ ipſe Aug. qd agẽ-
dum erat in tali caſu: idcirco q̃ſiuit
a diuo Ambroſio: ⁊ ſic patet q̃ non
erat niſi conſiliũ dictũ Auguſtini ſi-
ue Ambroſij. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ
replicatur. Metus cadẽs in conſtã-
tem virum nõ dirimit ſponſalia er-
go idez metus nõ dirimit matrimo
nium: pña tenet: quia nõ videt eſſe
maior rõ de ſponſalib⁹ q̃ȝ de matri
monio. ¶ Ad hanc replicaz rñdent
aliqui theologi non valẽtes dare di
ſcrimẽ inter ſponſalia et matrimo-
nium: negãdo añs: ſȝ qꝛ talis reſpõ-
ſio eſt expreſſe cõtra determinatio-
nem romani pontificis: immo etiã
eſt contra ipſomet in materia de do
natione. vt patet de mercatore qui
promittit dare latronib⁹ centuȝ au-
reos cum iuramento ꝑpter metum
mortis: nam oẽs doctores tenẽt q̃
talis mercator tenet dare: licet poſ
ſit poſtea repetere: vt dictũ ẽ q̃ſtio-
ne allegata. ¶ Ideo rñdeo alit ad
replicam negando pñam: ⁊ ad pro-
bationẽ nego q̃ non ſit maior rõ de
ſponſalib⁹ q̃ȝ de matrimonio: ⁊ di-
co q̃ diſcrimen eſt: qꝛ metus cadẽs
in conſtantez virũ repugnat de dire
cto ipſi matrimonio: qꝛ matrimoniũ
eſt indiſſolubile: ⁊ illud qḋ fit cauſa
metus põt diſſolui: ſponſalia autez
multis modis poſſũt diſſolui vt di-
ctum eſt: ⁊ ideo metus nõ repugnat
eis.

¶ Scḋo arguitur ſic ſequeret
q̃ talis cui infertur talis met⁹ dicẽ-
do: capio te in meam mentiret: dũ-
modo eſſet doctus et ſciret q̃ talis
metus dirimit matrimoniũ: pñs eſt
falſuȝ ergo falſitas pñtis ꝓbat: naȝ
dato oppoſito ſeq̄ret q̃ talis eſſet
perplexus: q̃ quidq̄d faceret pecca
ret: pñs eſt abſurdũ ergo ſeq̄la patȝ
ſi dicat verba illa mentit ergo pec-
cat: ⁊ ſi non vult dicere illa verba oc
cidetur ⁊ erit homicida ſui ipſi⁹ er-
go peccabit. Jam ꝓbat prima ſeq̄-
la. Scit ex hypotheſi q̃ talis cõſen-
ſus non valet ad matrimoniũ ergo
mentitur. ¶ Ad hoc argumentũ rñ-
tur negando ſequelã: ⁊ ad ꝓbatiõez
negat pña: rõ eſt: qꝛ qñ dicit capio
te in meam, ſenſus eſt: ego nunc cõ-
ſentio q̃ tu ſis mea vxor: ⁊ in hoc nõ
mentitur: immo poteſt iuramento
aſſerere per deũ capio te in meam:
nec eſt periurus cũ verum dicat ad
ſenſum datũ. ¶ Sed queres ſi fres
talis fœminę dicãt ipſi cognoſce ſo
rorez noſtrã carnaliter alias occide
mus te tunc qd debet agere. ¶ Ad
hoc rñdetur q̃ nullo mõ debet eam
cognoſcere niſi oĩno velit eaȝ habe-
re in vxorẽ ⁊ mere libere conſentiat
et melius eſt ei q̃ moriat q̃ȝ q̃ pec-
cet mortaliter.

De errore q̄ euacuat ꝯſenſum. Diſtinctio. XXX.



Ec ſolum coactio impedit vl' excludit conſenſum ſed etiā error. Non autē oīs error cōſenſum īpedit. Eſt enim error alius ꝑſone: ali⁹ fortune: alius cōditiōis: ali⁹ qualitatis. Error ꝑſone quando hic putatur eſſe hō ille: ⁊ eſt alius. Error fortune quādo putatur eſſe diues qui pauꝑ eſt vel ecōuerſo. Error cōdicionis quādo putatur eſſe liber qui ſeruus eſt. Error qualitatis quando putatur eſſe bonus qui malus eſt. Error fortune ⁊ qualitatis cōiugij conſenſuꝫ nō excludit. Error vero cōditionis cōiugalem cōſenſun euacuat. De qua conditione poſtmodū tractabim⁹. Error quoqꝫ perſone cōſenſuꝫ cōiugalē nō admittit vt ſi quis feminā nobilē coniugiū petat: ⁊ pro ea alia ignobilis tradatur ei: nō eſt inter eos cōiugeꝫ: quia non conſenſit vir in iſtaꝫ ſed in aliaꝫ: vt ſi quis promitteret mihi ſe vēditurū aurū: ⁊ pro auro offerret mihi auricalcum: ⁊ ita me deciperet: nunquid dicerer cōſenſiſſe in auricalcum nunqꝫ volui emere auricalcum. nec ergo in illud cōſenſi. quia conſenſus non niſi voluntatis eſt. Sicut ergo error materie excludit cōſenſum: ita ⁊ in cōiugio error perſone. Sed obijcitur de Jacob qui pro Rachel ſeptem annis ſeruierat: ⁊ ſuppoſita eſt ei Lya. nunquid error ꝑſone excluſit coniugiū: cū non in eam: ſed in Rachel cōſenſerit? Sed quod ibi factuꝫ: in myſterio geſtum non improbe traditur. ibi tamē ⁊ ſi non preceſſit: ſecutus eſt cōſenſus: nec ex illo cōcubitu qui cōſenſum preceſſit fornicarij iudicantur cū ille maritali affectu eam cognouerit: et illa vxorio affectu debitum ꝑſoluerit putans lege primogenitarū ⁊ paternis imperijs ſe illi iure copulatā. Excuſatur etiā quia dī cōſilio in myſterio ita actuꝫ eſt. Hodie etiā excuſaretur ille cui inſcio vxoris ſoror lectulum eius ingreſſa ſe ſubijceret: q̄ cuꝫ ſine ſpe cōiugij perpetuo manere cenſeatur. ille tñ qui cognouit eam per ignorantiaꝫ excuſatur: qđ per ſimile probatur. Si eñ diabolus transfigurās ſe in

cõiugia pari voto cõtinentium Vñ Aug. Quod deo pari voto ꝛ voueratis: ambo perſeuerãter reddere debuiſtis: a quo propoſito ſi lapſus eſt ille tu ſaltem perſeuera. Non qꝛ pariter tꝑabatis a comeſtione carnali: ideo maritus tuus eſſe deſtiterat: imo vero tãto ſanctius coniuges manebatis: quãto ſantiora cõcorditer placita ſeruabatiſ. Perfectum ergo fuit Marie ꝛ Joſeph cõiugiuȝ in ſanctitate. Perfectuȝ etiã fuit ẜm triplex bonũ cõiugii. fideȝ.ſ. prolẽ ꝛ ſacramẽtuȝ. Omne eni nuptiarũ bonũ vt ait Aug. ipletuȝ eſt in illis pentibus xp̄i fides: ꝓles: ſacr̄m. Prolẽ cognoſcim⁹ ipm dñm fidem qꝛ nulluȝ adulteriũ Sacramentum qꝛ nullũ diuortiũ. Solus ibi nuptialis concubit⁹ non fuit. quia in carne peccati fieri non poterat ſine pudẽda ꝯcupiſcentia carnis: q̄ accidit ex pctõ: ſine qua ꝯcipi voluit q̄ ſine pctõ futurus erat. Et licet non intercesserit ꝯiugalis ꝯcubitus: ꝯiuges tñ vere fuerũt: mente: non carne. ſicut ꝛ parentes: q̄uis Amb. dicat perfectũ fieri ꝯiugiũ ꝑ carnalẽ copulam. In omni inq̄t matrimonio coniunctio intelligit̄ ſpũal: quã ꝯfirmat ꝛ ꝑficit ꝯiunctoꝝ cõmixtio corꝑalis. Sed intelligendũ eſt ꝯiugiũ ꝑfici commixtione corꝑali: non q̄tum ad vitatẽ vel ſanctitatẽ ꝯiugij: ſed q̄tum ad ſignificationẽ: qꝛ ꝑfectius vnionẽ chriſti ꝛ eccl̄ie tunc figurat.

De cauſa finali coniugij.

¶ Expoſitio q̄ ſit efficiẽs cauſa mr̄imonij: ꝯñs eſt oñdere ob quam cãm ſoleat vel debeat cõtrahi mr̄imoniũ. Eſt igr̄ finalis cã mr̄imonij ꝯtrahendi p̄ncipalis ꝓcreatio ꝓlis ꝑpter hoc eñ inſtituit de⁹ ꝯiugiũ inter p̄mos pentes: q̄bus dixit. Creſcite ꝛ multiplicamini ꝛc. Scḋa ẽ p⁹ pctñ deuitationẽ fornicationis. Vñ ap̄ſ. Propt̄ fornicationẽ vnuſq̄ſqꝫ h̄eat vxorẽ ſuã: ꝛ vnaqueqꝫ h̄eat viꝝ ſuuȝ. Sũt ꝛ alie cauſe honeſte vt inimicoꝝ reconciliatio: ꝛ pacis reintegratio. Sunt etiã ꝛ alie cauſe min⁹ honeſte ꝑpter q̄s aliqñ ꝯtrahitur: vt viri mulieriſqꝫ pulchritudo: que aíos amore inflãmatos ſepe impellit iure coniugiũ vt valeãt ſuũ explere deſideriũ. Queſtus quoqꝫ ꝛ diuitiaꝝ poſſeſſio frequenter ẽ ꝯiugij cã: ꝛ alia multa q̄ cuiqꝫ diligentiaȝ

adhibenti facile eſt diſcernere. Nec eſt aſſentiēduz illis q̄ dicūt nō eſſe cōiugiuz qḋ ꝓpter has cauſas m inꝰ honeſtas cōtrahitur cōſtat eñ ex p̄miſſis cōiugiuz fieri ex cōmuni cōſenſu vbis ꝺ p̄nti expreſſo: q̄uis amor ad hoc atraxerit. Cuiꝰ rei documētū p̄ſtat Jacob que Rachel decoram facie ⁊ venuſto aſpectu amauit: eazq̄ multū diligēs ait Seruiā tibi pro Rachel ſeptez annis. In deuteronomio etiā gitur. Si videris in medio captiuorū mulierē pulcrā ⁊ adamaueris eam: volueriſq̄ vxorē habere: introduces eam in domū tuam ⁊c.

Quod malus finis nō contaminat ſacramentum.

¶ Et licet fine nō bono cōtrahatur coniugiū. q̄ñ ſpecies cōtrahētis mouēt animū: cōiugiū tñ bonū eſt: q2 vita mala vel intētio ꝑuerſa alicuiꝰ ſacr̄m nō cōtaminat. Habuit aūt coniugiū Marie ⁊ Joſeph alias cauſas ſpeciales. ſcilicz vt virgo ſolatio viri ſuſtentaretur: ⁊ vt diabolo paratus celaretur. vt Joſeph eſſet teſtis caſtitatis: defendēs eam ab infamia ſuſpicionis: ne vt adultera damnaretur.



Circa trigeſimam diſt. q̄ritur. An error īpediat matrimonium? ¶ Pro huiꝰ. q. enodatione eſt notanduz q̄ quadruplex eſt error. ſ. error ꝑſone vt puta q̄ñ creditur eſſe bertha ⁊ eſt katherina. Scḋs error eſt conditionis: vt q̄ñ creditꝛ eſſe libera ⁊ eſt ſerua. Tertius error eſt qualitatis q̄ñ reputatur bona ⁊ honeſta ſiue ꝟgo et ipſa eſt mala vel corrupta. Quartus error eſt fortunę: q̄ñ reputatꝛ nobilis vł diues ⁊ ipſa ē pauꝑ. ¶ Iſto notato rñdetꝛ ad. q. per duas cōcluſions: quarū prima eſt hec. Quilibz error duoruz primorū impedit matrimonium. Iſta concluſio patz: q2 conſenſus coniugalis debet eſſe liber: ⁊ q̄ñ aliqs iſtorū errorū concurrit reddit conſenſuz nō liberū. Naz teſte philoſopho noſtro ignorantia cauſat inuoluntarium. Scḋa cōcluſio eſt iſta. Nullus aliorū duorū erroruz dirimit matrimoniū. Iſta cōcluſio non aliter pōt probari niſi q2 illud determinauit ita romanus pōtifex ⁊ rōnabiliter: naz alias lites et iurgia mirabilia inſurgerent et ſeq̄rentur infinita diuortia. Naz ſemꝑ inuenirētur cauſę ad talia diuortia agenda.

¶ Contra primā concluſionē arguitꝛ ſic. Uerū fuit matrimoniuz inter Jacob ⁊ Liam ⁊ ibi fuit error perſonę ergo prima concluſio falſa minor probatꝛ: nam de die chorizas

nit cū Rachaele ꝛ eadē nocte crede bat dormire cum ea. et nō dormiuit cum ea ſed cū Lia: ergo fuit error perſonę. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur diſtinguendo maiorē: vł in illa prima die ꝛ nocte ꝛ ſic negat illa: vel die ſequenti ꝛ ſic cōcedit illa maior ꝛ negatur minor. Nam ſequenti die Jacob cōſenſit cū Lia. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur. ſequeretur ꝙ Jacob in illa pria nocte cōmiſiſſet adulterium: ꝯn̄s eſt falſum ergo ſequela probat: cognouit non ſuam ꝛ erat coniugatꝰ cum Rachele ergo ꝯmiſit adulteriū. ¶ Ad hāc replicam rn̄det Martinus de magiſtris concedēdo ſequelā: ſed reuera rn̄ſio eſt abſurda. naꝫ tunc aliquod adulterium eſſet meritoriū: propterea negatur ſequela ꝛ ad probationem negatur ꝯn̄a: rō eſt: qꝛ non cognouit eaꝫ ſcienter: immo credebat cognoſcere rachelē ꝓpter deuꝫ cauſa prolis: ꝛ erat in gratia vt ſuppono: ꝛ per talem actum merebatur vitam eternam.

¶ Scdo arguitur ſic error perſonę nō impedit benedictionē ergo error perſonę nō impedit matrimonium: aīis probatur. Jacob fuit benedictus a patre ſuo Jſaac qui non cognoſcebat ipſum Jacob: imo credebat eſſe Eſau: ergo error pſonę non impedit bn̄dictionem. ¶ Ad ħ argumentū rn̄det negando ꝯn̄am: et rō eſt: quia bn̄ditio dat a dn̄o deo qui nihil ignorat: ꝛ ſcdo q̄uis Jſaac erraret circa perſonā Jacob: nihilominus deus volebat ꝙ Jacob haberet benedictionē qꝛ debebat ei.

¶ Tertio arguitur. error perſonę non impedit baptiſma: ergo error perſonę no impedit matrimonium: ꝯn̄a tenet: quia non videt eſſe maior rō de vno ſacramento ꝙ̄ de alio: aīs pbat. Si rector diui Nicolai baptizaret filium comitis oliuę: credens baptizare filiū nepotis eiꝰ talis filius comitis oliuę vere ꝛ realiter eſt baptizatus ꝛ ibi eſt error pſonę: ergo error perſonę nō impedit baptiſma. ¶ Ad hoc argumentū reſpōdetur negādo ꝯn̄am: ꝛ diſcrimē eſt qꝛ in matrimonio ſemp requirit conſenſus: ſꝫ in baptiſmate nō ſemper reqritur. vt patet de paruulis. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur error in fide non impedit matrimonium ꝛ error in fide eſt maximus error ergo error perſone a fortiori nō impedit matrimoniū: maior probatur: ſi bertha contrahat cuꝫ aliquo: quem credit eſſe bonū xp̄ianū: ipſe tamē eſt magnus hereticus: matrimonium eſt validū ergo error fidei non impedit matrimonium. ¶ Ad hanc replicā rn̄det diſtinguēdo maiorem: vel procedendo de errore in fide ſaraceni vel iudei vel infidelis et ſic negat illa: nec probatur in illo ſenſu: vel de errore in fide perſonę hereticę ꝛ ſic concedit illa et negat ꝯn̄a: rō eſt quia talis habꝫ characterem baptiſmalem: ꝛ hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit capax matrimonij.

¶ Queritur ſcdo circa eandeꝫ diſt. An fuit verū matrimoniuꝫ inter glorioſam virginē Mariā ꝛ Joſeph. ¶ Pro huiꝰ. q. enucleatione inquirendum eſt ſup quid cadit con

ſenſus matrimonialis: an cadat ſu-
per cohabitationem an ſup carnalē
copulam. Nam ſi dicat primū videt
ſequi q inter fratrē τ ſororē pōt eſſe
matrimoniū cū poſſit eſſe talis mu
tuus conſenſus quo ad habitatiōez
ſi detur ſcdm tunc non fuiſſet matri
moniū inter btā virginē τ Joſeph
quia beata virgo nunq̄ cōſenſit in
carnalem copulā: propterea dicen-
dum eſt q talis conſenſus cadit in
dationem corporū: ita q vir dat do
minium ſui corporis in ordine ad car
nalem copulam: et vxor pariforma
dat viro dominiū ſui corporis in or
dine ad carnalem copulam. ¶ Jſto
notato rūdet affirmatiue ad q̄ſtio-
nem: rō eſt: q2 beata virgo dedit do
minium ſui corporis Joſeph τ edi-
uerſo Joſep dedit dñium ſui corpis
beatę virgini.

¶ Contra iſtam concluſionez
arguitur. ſequeretur q beata virgo
peccaſſet ꝯñs eſt abſurdū ergo ſeq̄-
la probatur: ipſa vouerat virginita
tem ergo nō poterat cōtrahere ma-
trimoniū cū Joſeph: ꝯña tenet: au-
thoritate Hierony. dicētis. Vouē-
tibus non ſolū nubere ſed velle nu-
bere damnabile eſt. ¶ Ad hoc argu
mentum rūdetur negando ſequelā
et ad probationē duob9 modis pōt
rūderi. Uno mō negando añs: ſed
ſoluz tunc propoſuerat ſeruare vir-
ginitatem: ſed meli9 rūdet negādo
ꝯñam: τ ad probationem dico q di
uus Hieronim9 intelligit qñ tales
perſonę vouētes nō ſunt certioratę
a ſpiritu ſancto: mō beata v̄go erat
certiorata a ſpū ſancto q ioſeph ni-
hil quęreret ab ea. Immo q etiam
ipſe Joſeph voueret continentiam
et propterea dicit Auguſtin9 q bea
ta virgo τ Joſeph ore expreſſerunt
votum virginitatis: qđ corde conce
perāt. vt habetur in ca. Btā maria
27.q.2. ¶ Et ſi quęras an beata vir
go tenebatur reddere debitum ipſi
Joſeph: ſi quęſiuiſſet. ¶ Ad hoc rñ
det a Martino de magñs affirma-
tiue: ſed hęc rñſio eſt falſa et abſur-
da. Naz poſtq̄ Joſeph vouerat vo
tum continentię nō poterat petere.
Inſuper beata v̄go erat certiorata
q voluntas dei erat q nullus igre
deretur in eā pręter dñm ſaluatorē
noſtrum: τ hoc fuerat prophetizatū
per prophetam Ezechielē.44. qñ
vidit illam portā in domo dñi clau-
ſam: per quam figurabat btā virgo
vt egregie τ ſubtiliter declarat Au-
relius Aug. ¶ Contra iſtaz ſolutio-
nem arguit. Diu9 Aug. dicit in ca.
Beata maria alegato q conſenſit
in carnalem copulam. Ad hoc rñde
tur: q Auguſtin9 itelligit. i. in datio
nem corporis in ordine ad carnalē
copulam: ideo ſubiūxit eodem ca.
non illā appetēdo: ſed diuine inſpi-
rationi in vtroq3 obediendo. ¶ Cō-
tra iſtam ſolutionem arguit. ſeque-
tur q poſſet contrahi matrimoniū
cum conditione non reddendi debi
tum: ꝯñs eſt falſuz ergo falſitas cō-
ſeq̄ntis probat. Illud eſt cōtra vnū
bonum matrimonij. ſ. contra bonū
prolis ergo non poteſt taliter cōtra
hi matrimonium. ¶ Ad hanc repli-
cam rñdetur negando minorē: τ ad
probationem dico q illud nō eſt cō
tra bonum plis qñ procurat medio

licito ⁊ honeſto. ſ. per votum conti-
nentię: vt fecerunt illi glorioſi cõiu-
ges ⁊ martyres Chryſantus et Da-
ria: eſſet tñ contra bonuz plus talis
conditio ſi procuraret mediante vene
no vel aliquo medio illicito.

Scđo arguit contra candẽ
concluſionem. Beata virgo nõ erat
eiuſdem tribus cũ Joſeph ergo nõ
poterat eſſe matrimoniũ inter eos
pñia tenet: qꝛ Numeri vltimo ca. p̄-
cepit dñs ꝙ mulier non nuberet ni-
ſi viro eiuſdẽ tirib⁹ cuz ca. Jã pbat
añs. Beata virgo erat de tribu Le-
ui quia cognata Elizabet: quę erat
nupta zacharię de tribu Leui: ⁊ Jo
ſeph erat de tribu Juda: quia de do
mo Dauid vt dicit euãgeliſta: ergo
beata virgo nõ erat eiuſdẽ trib⁹ cuz
Joſeph. Pro ſolutione hui⁹ ar-
gumenti eſt aduertendum ꝙ illud
pręceptum Numeri non intellige-
batur de tribu Leui. rõ eſt: qꝛ illud
pręceptũ dabat ne hęreditates mi-
ſcerent: mõ Leuitę nullã habebant
hęreditatẽ ſed ſoluz decimas ⁊ pri-
mitias inſup ꝓpter pacez ꝯſeruan-
dã tribus regia ⁊ trib⁹ ſacerdotalis
miſcebant inuicẽ. Jſto notato rñ
detur ad formã argumenti negãdo
añs: ⁊ ad probationem negat añs.
Jmmo dico ꝙ beata virgo erat de
tribu Juda: nec incõuenit ꝙ cogna-
ta ſua elizabet eſſet nupta pr̄i Joã-
nis baptiſtę q̃ erat de tribu Leui ꝓ-
pter cauſam iam dictam: et hoc pz:
quia ſaluatoꝛ noſter deſcẽdit a Da-
uid ꝑ incarnẽ ⁊ ex ꝯñti de tribu Ju-
da ⁊ non ratione patris putatiui. ſ.
ioſeph: qꝛ ab illo nihil habuit: ergo
ſi ſit de tribu Juda ſaluatoꝛ noſter
hoc eſt ratiõe matris a qua habuit
totam carnem. Contra iſtam ſo-
lutionem arguit. Beata virgo fuit
cognita a Joſeph ergo ſolutio nul-
la: añs probatur duplici authoꝛita-
te. Pria habet Matthęi primo ca.
ſcꝫ ꝙ Joſeph accepit coniugem ſuã
et non cognoſcebat eã donec pepit
filium ſuũ primogenituz. Scđa ha-
betur Matthei. 12. habet cñ ibi ad-
huc eo loquente ad turbas ecce ma
ter ei⁹ et fratres eius ſtabant foris
quęrentes loqui ei: ergo fuit cogni-
ta a Joſeph. Ad hanc replicam
rñdetur negando añs: et ad primã
authoꝛitatez dico ꝙ ly donec capit
eodem modo ſicut Pſal. 109. ſ. Se
de a dextris meis donec ponaz ini-
micos tuos. ⁊ ly primogenituz non
valet ibi exponi affirmatiue: ſed ne-
gatiue: põt etiam dici ꝙ dum ſalua
toꝛ noſter manebat intra vterũ btẽ
virginis tantus erat ſplendoꝛ pro-
cedens a vultu virgineo ꝙ Joſeph
non poterat eam aſpicere quouſqꝫ
pareret ſaluatoꝛem noſtrum. Ad
aliam authoꝛitatem rñdet ꝙ ly fra
tres tm̃ valet ſicut conſanguinei: et
talis eſt modus loquẽdi in ſacra pa
gina. Nã Abraam dixit Loth fr̄es
ſumus: et certũ eſt ꝙ Loth nõ erat
filius patris Abrahę ſed filius fr̄is
Abrahę: ⁊ per ꝯñs erat ei conſobri-
nus. Simil'r dixit de vxoꝛe ſua Sa-
ra regi Abimelech. Alioquin ſoroꝛ
mea eſt ⁊ certũ eſt ꝙ erat eius cõſo-
brina. Simil'r in libris Machabeo
rum iudei: qui erant hieroſolimis
vocauerunt iudeos lacedęmonios
fratres. Quare dicendũ eſt ꝙ illud

vocantur a Mattheo fratres ſaluatoris erant eius cõſanguinei. ¶Sʒ circa iſtam materiam dubitabis an ioſeph erat iuuenis an ſenex. ¶Ad hoc r̄ſideť ꝙ erat iuuenis: hoc patet expreſſa authoritate Eſaie prophete.62.ca. dicētis Habitabit em̄ iuuenis cū ꝟgine: ſup quē paſſum gloſſa ait.i.ioſeph cū maria: ꝛ ſi depingiť ſenex: hoc fit ad oſtēdēdā grauitatē moꝛ ipſius: erat em̄ adeo moꝛigeratus ꝛ prudēs ac ſi eſſet ſenex: nõ mirum ergo ſi taliter depingitur.

De tribus bonis cõiugij. Diſtinctio. XXXI.



Poſt hec de bonis coniugij ꝗ̄ ſint: et ꝗliter coitū excuſent dicendū eſt Tria ſūt pncipaliter bona coniugij. Unde Aug. Nuptiale bonum tripartitum eſt ſcʒ fides: ꝓles ſacramentum. In fide attenditur ne poſt vinculum cõiugale cū alio vel alia coeať. In ꝓle vt amāter ſuſcipiatur: religioſe educeť In ſacramento vt ꝯiugiū non ſeparetur ꝛ dimiſus vel dimiſſa nec cauſa ꝓlis alteri ꝯiūgať.

De duplici ſeparatione.

¶Separatio autē gemina eſt corporalis.ſ.et ſacramentalis. Corporaliter poſſunt ſeparari cauſa fornicationis vl' ex cõi cõſenſu cauſa religionis ſiue ad tēpus: ſiue vſq; in finem. Sacramentaliter vero ſeparari nõ poſſunt dū viuunt ſi legitime perſone ſint. Manet em̄ vinculū coniugale inter eos etiā ſi alijs a ſe diſcedētes adheſerint. Un̄ Aug. Uſq; adeo manēt īter viuentes ſemel inita iura nuptiarum. vt potius ſint inter ſe cõiuges etiā ſepati ꝙ̄ cum alijs quibus adheſerunt. Itē. Manet inter viuentes qđdam ꝯiugale vinculum: qđ nec ſeparatio nec cum altero copulatio poſſit auferre. Sicut apoſtata aīa de cõiugio xp̄i diſcedēs etiā fide ꝑdita. ſacramentū fidei non amittit quod lauacro regñationis accepit. Reddetur em̄ redeunti ſi amiſiſſet abſcedens. Habet aūt hoc qui receſſerit ad cumulum ſupplicij: non ad meritū premij Item quib⁹ placuit ex conſenſu ab vſu carnalis concupiſcentie in perpetuū continere: abſit vt vinculū inter illos ꝯiugale rumpať: immo firmius heret: quo magis ea pacta ſecū gerit. que charius ꝯcordiuſq; ſeruanda ſunt: non voluptarijs corporum nexib⁹: ſed volūtarijs aiorum affectibus. Et attende ꝙ

tertiũ bonũ ↄiugij dicitur ſacramentũ. non ꝙ ſit ipſum ↄiugiũ ſed quia eiuſdẽ rei ſacre ſignum eſt. i. ſpũalis ꝛ inſeparabilis cõiunctionis xp̃i ꝛ eccleſie.

Hec tria non aſſunt omni coniugio.

¶ Et eſt ſciendũ ab aliq̃bus cõtrahi cõiugiũ vbi hec tria bona non comitant. Deeſt eñ fides vbi vir cũ alia: vel mulier cũ alio coit Hoc ergo bonũ ita ↄiugio adheret: vt ex eo ſi aſſit amplꝰ cõmendet ↄiugiũ: ſi nõ adſit nõ inde annibuletur. Que eñ adultera eſt: non ideo coniunx non eſt: imo ſi ↄiunx non eſſet: adultera foret. Qđ cũ ſit culpa committit: ſacramentũ vero nõ caſſatur. Bonuʒ quoqꝫ ꝓlis non oĩbus adeſt ↄiugibus. Quidã eñ pari voto ↄtinẽtiam ſeruãt. Alii ꝑ etatis defectu vel alterius rei cauſa generare non valent. Nec oẽs illi etiam q̃ ꝓlem recipiũt bonũ ꝓlis habẽt. Naʒ bonum ꝓlis dicit non ipſa proles: vl' ꝓlis ſpes que ad religionem non refert: imo ad hereditariam ſucceſſionẽ. vt cũ q̃s heredes terrene poſſeſſionis habere deſiderat: ſed ſpes ac deſideriũ quo ꝓles ad hoc querit. vt religione informetur. Multi ergo ꝓlem habent qui tñ bono ꝓlis carent nec ideo tñ ↄiugium eſſe deſinit. Sacramentũ vero ita inſeꝑabiliter ↄiugio heret legittimarũ ꝑſonarum. vt ſine illo ↄiugiũ non eſſe videatur quia ſemꝑ manet inter viuẽtes vinculum ↄiugale: vt etiam interueniẽte diuortio fornicationis cauſa ↄiugalis vinculi firmitas non ſoluatur. Ubi vero non inter legitimas ꝑſonas cõtrahitur ↄiugiuʒ non adeſt illđ bonum qđ dicit ſacramentũ: qꝛ poteſt ſolui taliũ copula: de q̃bus poſt dicetur. Qđ vero ↄiugium ſit inter eos q̃ ↄiugali affectu non tñ g̃ra prolis: ſed explende libidinis ↄueniunt: nec fornicarij ſed ↄiuges appellent oſtendit Aug. inq̃ens. Solet queri cum maſculus et femina nec ille maritus nec illa vxor alterius: ſibimet non filiorũ procreandorum. ſed ꝑ incontinentie ſolius ↄcubitꝰ cauſa copulantur ea fide media vt nec illa cum altero: nec ille cũ altera faciat id: vtrum nuptie ſint vocãde. Et poteſt foraſſe non abſurde hoc appellari ↄnubiũ: ſi vſqꝫ ad mortẽ alicuius eorũ id inter eos placuerit: ꝛ ꝓlis g̃nationẽ

q̄uis non ea cauſa ꝯiuncti ſūt: non tñ vitauerint vt vel nolint ſibi naſci filios: vel etiam opere malo aliquo agant ne naſcant̄. Ceterum ſi vel vtrūq; vel vnū horum deſit: non inuenio quō has nuptias appellare poſſim⁹ Et eñ ſi aliquam ſibi ad tēpus adhibuerit donec aliquā dignā honoribus aut ſuis facultatibus inueniat quā in ꝯiugiū adducat: aio ipſo adulter eſt: nec cū illa quam cupit inuenire: ſed cum iſta cū qua ſic cubat: vt cū ea non habeat maritale ꝯſortiū Ecce coniuges dicunt̄ q̄ ſolius ꝯcubitus cauſa ꝯueniunt: ſi tñ prolis gñationem aliquo malo dolo non vitent.

De his qui procurant venena ſterilitatis.

¶ Qui vero venena ſterilitatis procurant: non ꝯiuges ſȝ fornicarij ſunt. Vñ Aug. Aliq̄ñ eo uſq; peruenit hec libidinoſa crudelitas vel libido crudelis: vt etiam venena ſterilitatis ꝓcuret: ⁊ ſi nihil valuerint: ꝯceptos fetus inter viſcera aliquo modo extinguat vł fundat: volendo ꝓlem ſuā prius interire q̄ȝ viuere: aut ſi in vtero viuebat: occidi anteq̄ȝ naſci. Prorſ⁹ ſi ambo tales ſint ꝯiuges non ſunt: et ſi ab initio tales fuerunt non ſibi per ꝯnubiū: ſed per ſtuprū potius ꝯuenerūt. Si vero ambo tales non ſunt audeo dicere aut illa quodāmō eſt mariti meretrix: aut ille adulter vxoris.

Quando ſint homicide qui procurant abortum.

¶ Hic queri ſolet de his q̄ abortum procurant q̄ñ iudicētur homicide vel non. Tunc puerperiū ad homicidiuȝ pertinet: quando formatū eſt ⁊ aīam hȝ vt Aug. ſup Exod. aſſerit. Informe autē puerperiuȝ vbi non eſt aīa viua: lex ad homicidium ꝑtinere noluit. Dicit etiā aug. q̄ informe puerperiū non habȝ aīam. idoq; multatur pecunia: non redditur aīa pro aīa: ſed iā formato corꝑi aīa datur non in ꝯſpectu corꝑis naſcit̄ cū ſemine deriuata. Nam ſi cuȝ ſemine et aīa exiſtit de aīa: tunc ⁊ multe aīe quotidie pereunt cū ſemē fluxu nō ꝓficit natiuitati. Primum oportȝ domū compaginari: ⁊ ſic habitatorem induci. Cum ergo lineamēta cōpacta non fuerint: vbi erit aīa. Item Hiero. ad Algaſiam. Semina paulatiȝ formant̄ in vtero: ⁊ tā

diu non reputat̃ homicidiũ: do nec elementa cõfecta ſuas imagines mẽbraq; ſuſcipiant. His apparet tũc eos homicidas eē qui abortũ procurãt: cũ formatum eſt ⁊ aĩatum puerperium.

De excuſatione coitus qui fit per hec bona.

¶ Cum ergo hec tria bona in aliquo ꝯiugio ſimul concurrũt ad excuſationẽ coitus carnalis valẽt. Qñ eñ ſeruata fide thori cauſa ꝓlis ꝯiuges ꝯueniunt ſic excuſat̃ coitus vt culpã non habeat. Qñ vero deficiente bono ꝓlis. fide tamẽ ſeruata ꝯueniunt cauſa incontinẽtie. nõ ſic excuſatur vt non habeat culpã: ſed venialem. Vñ Aug. Coniugalis cõcubitus gñandi grã non habet culpam. Cõcupiſcẽtie vero ſatiande: ſed tñ cuz ꝯiuge ꝓpter thori fidẽ: venialẽ hʒ culpam. Item. Hoc q ꝯiugati victi concupiſcentia vtuntur in inuicẽ: vltra neceſſitatẽ liberos ꝓcreandi: ponã in his pro quibus quotidie dicimus. Dimitte nobis debita noſtra ⁊c. Vbi autez hec bona deſunt fides. ſ. ⁊ ꝓles: non videtur coitus defendi a crimine. Vñ in ſententiolis Sexti pithagorici legitur. Ois ardentior amator proprie vxoris adulter eſt. Item Hiero. Sapiẽs iudicio amat ꝯiugẽ non affectu: nõ regnat in eo impetus voluptatis nec preceps fert̃ ad coituz. Nihil eſt fedius q̃ʒ vxorem amare quaſi adulteram. Qui dicũt ſe cauſa humani gñis vxoribus iungi imitent̃ ſaltẽ pecudes: et poſtq̃ʒ venter vxoris itumuerit non ꝑdant filios nec amatores ſe vxoribus exhibeant: ſed maritos. Idem. In matrimonio opera liberorum conceſſa ſunt voluptates autẽ que de meretricum amplexibus capiuntur in vxore damnate.

De idulgẽcia apoſtoli quomodo ſit accipienda.

¶ Sed ſi ꝯcubitus qui fit cauſa ꝓlis culpa caret: q̃d apoſtolꝰ ſcd̃m indulgentiaz ꝑmittit: ita eñ ait. Hoc autẽ dico ſcd̃m indulgentiam. Cui eñ preſtatur venia niſi culpe. Per hoc etiaz quidam ꝓbare volunt nuptias eſſe peccatũ. ſed vt predictũ eſt Indulgentia alia eſt ꝯfeſſionis alia permiſſionis. Egerat aplꝰs de nuptijs et de carnali coitu: ⁊ ad vtrũq; retulit illud. hoc autẽ dico ſm indulentiã. Indulgẽt

eſt nuptie ſm ꝯceſſionē ꝛ concubitus nuptialis qui fit tm̄ cā prolis. Concubitus vero q̄ eſt preter neceſſitatē gn̄andi: ob incontinentiā indulget ſm pmiſſionē: qꝛ ibi eſt aliqua culpa: ſꝫ leuis. Ideoqꝫ non iubetur nec conceditur: ſed pmittit: qꝛ non eſt laudabilis ſed venialis. De hoc Aug. ſic ait. Forte aliquis dicet: ſi veniā conceſſit apl's. ergo pctm̄ ſunt nuptie: cui eīm venia niſi peccato concedit. Plane qḋ infirmitati pmiſit ſm veniam: audeo dicere pctm̄ eſſe: veniam namqꝫ ꝯcedēs apl's cōcubitū attendit ꝯiugatorū vbi eſt incontinentie malū. Incontinentie malū eſt ꝙ vir cognoſcit vxorē etiam vltra neceſſitatem ꝓcreandi liberos: ſed ꝛ ibi eſt nuptiarum bonū. Non eniꝫ quia incontinētia malū eſt ideo coniugium: vbi eſt ꝯcubit⁹ preter intentionē gn̄ationis non ē bonum: non ꝓpter illud maluꝫ culpabile eſt hoc bonū: ſed illḋ malum fit veniale ꝓpter bonū nuptiale. Qḋ non reprehendit apl's: ſꝫ malū incontinētie. Itē Concubitū q̄ non fit cauſa ꝓlis nuptie non cogūt fieri: ſed impetrant ignoſci: ſi tm̄ non ita ſit nimius vt impediat tempora q̄ orationi debent: nec imutet in eum vſuꝫ q̄ eſt ꝯtra naturā. Cōcubitus eīm neceſſari⁹ cauſa generandi inculpabilis: ꝛ ſol⁹ ipe nuptialis eſt. Ille vero qui vltra neceſſitatē ꝓgreditur. nō rōni ſed libidini obſequit: ꝛ hunc non exigere: ſꝫ reddere ꝯiugi ne fornicet ad ꝯiugem ptinet. Si vero ambo tali ꝯcupiſcētie ſubiguntur: ꝛem faciunt q̄ nō eſt nuptiarū. Cui⁹ delicti non ſunt nuptie hortatrices ſed deprecatrices. Decus eīm coniugale ē caſtitas ꝓcreandi ꝛ reddēdi carnalis debiti fides. Hoc eſt op⁹ nuptiaruꝫ qḋ ab oī peccato defendit apl's dicens. Non peccat virgo ſi nupſerit. Cum ergo culpabilis non ſit gn̄andi intētione ꝯcubit⁹: q̄ ꝓprie nuptiis imputandus eſt. Quid ſm veniaꝫ ꝯcedit apl's: niſi ꝙ ꝯiuges debitum carnis expoſcunt: nō propaginis voluntate: ſed libidinis voluptate. Que tm̄ voluptas non ꝓpter nuptias cadit in culpam ſed ꝓpter nuptias accipit veniam. Immoderata ergo progreſſio. ſcḋm veniā ꝯceditur. Quo circa ꝛ hinc laudabiles ſunt nuptie: qꝛ etiaꝫ illud quod non ptinet ad ſe: ignoſci faciunt ꝓpter ſe. Non eīm ꝯcu-

bitus eſt quo ſeruit ↄcupiſcen-
tie: agitur vt impleat fetus quẽ
poſtulãt nuptie. Oino ergo in
genere ſuo nuptie bone ſunt: qꝛ
fidem thori ſeruãt: ⁊ ꝑlis ſuſci-
piende cauſa vtrumqꝫ ſexũ cõ-
miſcent: ⁊ impietatẽ ſeparatio-
nis horrent. Sanctitatẽ etiam
coniugij nec ↄiunx infidelis ob
eſſe poteſt ſed potius fidelis ꝓ
deſt infideli: vt ap̃ls docet. Ex
his oſtendit ꝙ ↄiuges qui cau
ſa ꝑlis tm̃ ↄueniunt: vł qui ex
igentibus debitum reddũt: de-
fendit a pctõ ſanctitas ↄiugij-
bonũqꝫ nuptiale. Si eñ abſqꝫ
peccato non poſſet fieri ↄcubi-
tus ↄiugalis nõ p̃cepiſſet dñs
poſt diluuium eos copulari di
cens. Creſcite ⁊ multiplicami-
ni. cum iam ſine carnali ↄcupi-
ſcentia nõ poſſint ↄmiſceri.

Quod non omnis delectatio carnis peccatum eſt.

❡ Sed forte aliqͥs dicet oẽm
carnis ↄcupiſcentiã ⁊ delecta-
tionem q̃ eſt in coitu malã eſſe
et pctm̃ qꝛ ex peccato eſt ⁊ inor-
dinata. Et nos dicim᷒ illã con
cupiſcentiã ſemꝑ malã eſſe: qꝛ
feda eſt ⁊ pena pcti: ſed nõ ſem
per pctm̃ eſt. Sepe eñ delecta
tur vir ſanctus ẜm carnẽ in ali-
qua re. vt requieſcendo poſt labo
rem: edendo poſt eſuriẽ: nec tñ
talis delectatio eſt pctm̃: niſi ſit
immoderata. Sic ⁊ delectatio
que fit in coitu ↄiugali: cui aſ-
ſunt illa tria bona a pctõ defen
ditur. Videt tñ bea. Gregori᷒
aliter ſentire. ſ. ꝙ ſine pctõ non
poſſit fieri carnalis commixtio
dicens. Vir cum ꝓpria ↄiuge
dormiẽs. niſi lotus aqua eccle
ſiam intrare non debet. Quam
uis diuerſe hoim nationes de
hac re diuerſa ſentiant: ⁊ alia cu
ſtodire videant. Romanoꝝ tñ
ſemꝑ ab antiquoribus vſus fuit
poſt admixtionẽ ꝓprie ↄiugis ⁊
lauacri purificationẽ querere ⁊
ab ingreſſu eccleſie paululũ tẽ-
perare. Nec hoc dicẽtes culpã
deputamus eſſe ↄiugiũ: ſed qꝛ
ipſi licita admixtio ↄiugis ſine
voluptate carnis fieri nõ põt a
ſacri loci ingreſſu eſt abſtinẽdũ
qꝛ voluptas illa ſine culpa nul-
latenus fieri poteſt.

Determinat auctoritatẽ.

❡ Hoc autẽ ne predictis ob-
uiet: intelligendũ eſt in illis qui
non gr̃a ꝑlis ↄueniũt quoꝝ vo
luptas non eſt ſine pctõ: et vir
aliq̃ reperiri poſſunt adhuc am
plexus carnales experientes q̃

non interdũ ꝯueniat preter in-
tentionẽ ꝓcreande ꝓlis. Hoc
autẽ quotiẽs fit: ab ingreſſu ec-
cleſie abſtinendũ eſt. Et ꝙ ita
intelligendũ ſit Gregorius ꝯſe
quenter oſtendit: Si qs vo ſua
coniuge: nõ cupidine volupta-
tis raptus: ſed tm̃ creandorum
liberorũ grã vtit: iſte ꝑfecto ſi-
ue de ingreſſu eccľie: ſiue de ſu-
mendo corpis dñici myſterio
ſuo eſt iudicio relinquẽdus: qꝛ
prohiberi a nobis non debet ac
cipere q̃ i igne poſitus neſcit ar
dere. Cũ vero nõ amor ꝓcreã-
de ſobolis: ſed voluptas dñat
in ope ꝯmixtionis habeant cõ
iuges etiã de ꝯmixtione ſua qd
defleant. Tunc autẽ vir q̃ poſt
admixtionẽ ꝯiugis lotus aqua
fuerit etiã ſacram cõionem va-
leat accipe: cum ei ſm̃ prefinitã
ſententiam eccľiam etiam licue
rit intrare.



Circa. 31. diſt. quęrit an tria bona matrimonij actum ꝯiugalẽ excuſent? ℂ Pro huius. q. itel ligẽtia eſt no- tandũ ꝙ tria ſolent aſſignari bona matrimonij. ſcꝫ bonũ ſacramenti. i. indiſſolubili tas ſiue inſepabilitas: quę ideo dici tur bonum ſacramenti: qꝛ ſignat indiſ ſolubilẽ cõiunctionẽ xp̄i cũ eccleſia: et ꝓpẽ iſtã ſpiritualitatẽ quã ſignifi- cat vocatur bonũ ſacramenti: ꝛ non quia cõferat grãm ex opere opato. Scd̃m bonũ vocaẗ bonũ fidei: quã quilibet coniugum alteri teneẗ ſer- uare. Tertiũ bonũ vocatur bonum prolis: ꝛ iſta bona nõ ſemꝑ inueniũ tur in quolibet ſacramẽto matrimo- nij: quo ad effectũ. Naꝫ multi ſunt adulteri ꝛ adultere: ſimiliter multi ſunt coniuges non habentes filios. Attamẽ quo ad obligationẽ in quo- libet ſacramento matrimonij repe- riuntur: quilibet eñ coniunx obliga tur non cõtrahere matrimoniũ cum aliqua alia perſona altero ipſorum coniugum viuente. ſimiliter quilibꝫ coniugum teneẗ ſeruare fidem alte ri: pariformi quilibꝫ obligaẗ ad bo num prolis ſi põt. Ulterius eſt no- tandum: ꝙ per actũ coniugalem ab- ſorbeẗ vſus rõnis: ita ꝙ qñ hõ pue- nit ad illã delectationẽ illius actus coniugalis ſummaꝫ homo non vtiẗ ratione: et hoc expreſſe aſſerit phs noſter in. 7. Ethicoꝝ. et ideo qꝛ hõ priuatur rõne per talem actũ: talis actus idiget bonis matrimonij ad hoc qd excuſetur. ℂ Et ſi dicas per ſomnuꝫ hõ priuaẗ rõne et dormitio non indiget aliquo bono excuſante ipſum ſomnuꝫ ergo nec actus cõiu- galis. ℂ Ad hoc ncgaẗ pña: ꝛ rõ eſt: quia per ſomnũ natura confortaẗ ꝛ fortificatur: ſed per actũ coniugalẽ debilitatur natura et hebetaẗ inge- nium et diminuiẗ memoria: ꝛ ideo eſt ꝙ hoies multũ exercentes taleꝫ actum parum viuũt ꝛ malã habent

memoriam τ prauū habēt iudiciū.
¶ Jſtis notatis rñdet affirmatiue ad titulum.q. Nam propter bonū prolis aut bonū fidei licet exercere talem actum coniugalem.

¶ Contra iſtam reſponſionē arguitur. ſequeretur ꝙ propter nullum aliū finem liceret exercere actū coniugalē: ꝯñs eſt falſum ergo falſitas conſequentis ꝓbatur: licȝ exercere propter fornicationē vitandā ergo propter aliuȝ finē licȝ exercere aſis patet expreſſa authoritate beati Pauli primę ad Corinth.7. dicētis. Propt̄ fornicationē autē vnuſquiſqȝ ſuam vxorē habeat τ vnaquaqȝ ſuum virū habeat. ¶ Pro huius argumenti ſolutiōe eſt aduertendū ꝙ diuus Thomas cum bonauētura tenent ꝙ licet cognoſcere vxorē viro propter fornicationē vitandā in ipſa vxore: nō tñ licet viro cognoſcere vxorē propter fornicationē vitandā in ſeipſo: rō eorū eſt: quia alia via ipſe vir pōt vitare fornicationē ſcȝ domando carnē ſuā per vigilias labores τ ieiunia.

¶ Hec tamē opinio nō placet iunioribus doctoribus. Nā videtur expſſe ꝯtradicere authoritati Pauli allegatę. Nā certū eſt ꝙ Paulus quando dicit propter fornicationē vnuſquiſqȝ habeat ſuā vxorē loquit̄ de fornicatione vitanda in ipſo viro Nam poſtea ſubiungit immediate de ipſa muliere dicens. Et vnaquaqȝ habeat ſuū virum. ¶ Inſup ſcđm oēs doctores matrimoniū in ſtatu naturę integrę iſtitutū eſt in officiū ſed in ſtatu naturę lapſę inſtitutum eſt in remediū. ſ. fornicationis vitādę. ¶ Itē iſte actus in viro. ſ. volo cognoſcere vxorē meā vt non fornicer τ melius reſiſtā diabolicis temptationib⁹ eſt bonus moraliter nullam habēs circunſtantiā malā τ habens finē ſecundariū propter quem inſtitutū eſt matrimonium in ſtatu naturę lapſę ergo talis actus eſt licitus: immo meritorius vitę eternę ſi eliciat̄ ab habente gratiā. ¶ Pręterea arguit̄ ratione inſolubili. Quilibet vir iure naturali τ diuino τ ordine charitatis magis obligatur vitare in ſe fornicationē ꝙ̄ in ſua vxore: ſȝ ad vitandā fornicatōnē in ſua vxore poteſt vti actu cōiugali: ergo per locum a fortiori ad vitandā fornicationem in ſe ipſo pōt vti actu cōiugali. Ideo rñdet ad formā argumenti negando ſequelā: τ dicit̄ reſolutorie ꝙ quilibȝ vir pōt vti actu cōiugali ꝓpter fornicationē vitandā: ſiue in ſe ſiue in vxore. Immo Martin⁹ de magiſtris tenet τ multi Neoterici ꝙ quilibet vir pōt vti actu coniugali cauſa ſanitatis vl' delectationis moderatę τ vere nō eſt poſſibile argumentum adducere contra hoc maxime q2 tēperantia ſm ꝑhos inclinat ad delectationes moderatas tactus et guſtus.

De ſolutione carnalis debiti. Diſtinctio. XXXII.



Ciēdū etiā eſt: quia cū in oib⁹ alijs vir pſit mulieri vt caput corpis. ē eni vir ca

put mulieris. in ſoluendo tamē
pares ſunt. Jdo apl's vtriqꝫ pa
riter precipit in hac cauſa ſibijn
uicem ſubijci inquens. Vir debi
tum reddat vxori: ſimilr̄ ⁊ vxor
viro: quia mulier non habꝫ po
teſtatem ſui corporis: ſed vir: ſi
militer ⁊ vir non habet poteſta
tem ſui corporis: ſꝫ mulier. Qr
nec mulier ad aliū virū. nec vir
ad aliam mulierē poteſtatē ſui
corpis habꝫ. nec vir ad continē
dum: nec mulier poteſtatē habꝫ
ſine mutuo ꝯſenſu: ſed alter al-
terius poteſtatē habet corpis.
vt poſcēti alteri non liceat alte-
ri negare debitum. Jn hoc eīn
pares ſunt: qꝛ nec viro nec mu-
lieri corp⁹ ſuū licet alij tradere:
ſed ſibijnuicē debitores ſunt in
hac cauſa ne peccandi detur oc
caſio. p qđ non donum tollitur
viro: ſed vitium. Debēt eīn ſibi
coniugati non ſoluꝫ ipſius ſex⁹
ſui cōmiſcendi fidē liberorū pro
creandorūꝫ cauſa: que pma eſt
in iſta mortalitate ſocietas. ve-
rumetiā infirmitatis inuicē ex-
cipiende ad illicitos ꝯcubitus
vitandos mutuo quodammō
ſeruitutē: vt ⁊ ſi alteri eorū ꝯti-
nentia placeat: niſi ex alteri⁹ cō
ſenſu non poſſit. Ad hoc enim
neuter hꝫ poteſtatē ſui corpis:
quod adeo verū eſt vt etiam qꝛ
non filiorū ꝓcreandorū: ſed in
firmitatis ⁊ incontinētie cauſa
expetit: vel ille de matrimonio
vel alia non ſibi alterutrū negēt
ne p hoc incidant in dānabiles
corruptelas. Reddere eīn debi
tum coniugale nullius eſt cri-
minis: exigere autē vltra gñan
di neceſſitatē: culpe eſt venialis.
Fornicari vero vel mechari: pu
niendi eſt criminis.

Quod neuter ꝯtinere vale at niſi ex cōmuni conſenſu.

¶ Qđ vero ſine ꝯſenſu vxoris
vir ꝯtinere non valeat: ſubditis
probatur teſtimonijs. Ait eīn
Aug. Si dicat vir ꝯtinere iam
volo: nolo autē vxor: non pōt.
Quod eīn tu vis illa non vult.
Nunqđ p incontinentiā tuam
illa debꝫ fieri fornicaria. Si alij
nupſerit te viuo: adultera erit.
Non vult tali lucro de⁹ tale dā
num compenſari. Redde debi
tum: ⁊ ſi nō exigis: redde. Pro
ſanctificatione pfecta deus ti-
bi computabit: ſi nō qđ tibi de-
betur exigis ſed reddis qđ de-
bes vxori. Idem. Scđm v̄ba
apoſtolica etiā ſi vir ꝯtinere vo
luiſſet ⁊ tu noluiſſes debitū tibi
reddere cogeretur: ⁊ illi de⁹ im

putaret ↄtinentiā: ſi non ſue ſed tue cōcederet infirmitati: ne in adulteriū caderes. Quiſq̄s ergo ↄpatiens infirmitati vxoris reddit non exigit debitū: aut ſi propter ꝓpriam infirmitatē duxit vxorē plangens potius: qꝛ ſine vxore eſſe nō potuit ꝙ̄ gaudens quia duxit: ſecurus expectat diē nouiſſimū. Idez. Una ſola cauſa eſſe pōt qua te ad id qͦ vouiſti non mō non hortaremur: ſed etiam ꝓhiberemus implere: ſi forte tua ↄiunx hoc tecum ſuſcipe animi vel carnis infirmitate recuſaret. Nam vouenda talia non ſunt a ↄiugatis niſi ex ↄſenſu ꝛ voluntate communi. ꝛ ſi p̄pͥpere factū fuerit magis eſt corrigēda temeritas ꝙ̄ perſoluēda ꝓmiſſio. Nō eñ deꝰ exigit ſi q̄s ex alieno aliq̄d vouerit: ſed potius vſurpare vetat alienū. Idem. Apl's nec ad tempꝰ vt vacet orōni: niſi ex cōſenſu voluit ↄiugē carnali inuicem fraudari debito. Idē. Manifeſtum eſt ita voluiſſe legē feminaꝫ ſub viro eſſe. vt nulla eiꝰ vota que abſtinētie cauſa vouerit reddantur ab ea: niſi auctor fuerit vir ꝑmittendo. Nam cuꝫ ad pctm̄ eiuſdē viri ptineri voluerit lex: ſi prius ꝑmiſerit: ꝛ poſtea ꝓhibuerit: non tñ dixit vt faciat mulier qͦ vouerat: quia permiſſa iam prius a viro fuerat. Uiri dixit eſſe pctm̄: qꝛ abnuit qͦ prius ↄceſſerat: non tñ mulieri ex hoc iuſſum dedit: vt cum priꝰ vir ei ↄceſſerit poſtea ſi ꝓhibuerit contēnat. Ex his apparet ꝙ vir vl' mulier ↄtinētiam deo offerre nō pōt ſine cōi conſenſu nec alter alteri debitū negare debet. Si vero quilibet eorum alteruꝫ a ſuo iure abſoluerit: ad p̄teritam ſeruitutē nūquid reuocare poterit. Hoc eñ videt Aug. ſupra voluiſſe Quibuſdam videtur ꝙ mulier non diſcedēs a domo viri: que viro permittente ↄtinentiā vouerit vel ꝓmiſerit. eodē ꝓhibente ſoluere non valeat: ꝛ hoc ꝓpter dignitatē viri q̄ eſt caput mulieris. Sed meliꝰ hoc intelligit in tali caſu: vbi vir ↄcedit mulieri vouere ↄtinentiā ꝛ ante votuꝫ prohibet implere Si vero habitum mutauerit non pōt reuocari ſm̄ illud. Qui vxorē ſuam velare ꝑmiſerit: aliā non accipiat: ſed ſimiliter conuertatur.

Quibꝰ temporibus ceſſandum ſit a coitu.

¶ Et licet debitū poſcenti ſem

per ſit ſoluendū: nō licz tñ quolibet die poſcere. Unde Aug. Chriſtiano cū vxore ſua aliqñ licet cōuenire: aliqñ non. Propter pceſſiones eñ & dies ieiuniorum aliqñ non licz puenire quia etiam a licitis abſtinendū eſt. vt facilius impetrari poſſit quod poſtulatꝛ. Idē. Quotiēs eñ vel dies natiuitatis vel reliquē feſtiuitates aduenerint: nō ſolū a pcubinarū pſortio: ſz etiā a proprijs vxoribus abſtinete. Itez Ambro. Si cauſa pcreādorum filiorū ducitur vxor: nō multū temp⁹ pceſſum videtꝛ ad ipm vſuz: qꝛ & dies feſti & dies proceſſionis & ipſa rō pceptus et partus iuxta legē ceſſare vſuz carnis his debere temporibus demonſtrant.

Hieronymus videtur diſſentire a premiſſis.

¶ Illi autē quod dictū eſt reddere debitum non eſſe pctm: videtur obuiare qđ ait Hierony. Quicūqꝫ vxori debituz reddit vacare non pōt orōni: nec carnes agni edere. Item ſi panes propoſitionis ab his q̄ vxores ſuas tetigerant comedi nō poterāt: qꝫtomagis panis q̄ de celo deſcendit non pōt ab his qui coniugalibus paulo ante heſere complexibus violari atqꝫ cōtingi. Non qꝫ nuptias pdēnemus: ſed qꝫ eo tempe quo carnes agni manducaturi ſumus vacare a carnalibus opibus debeamus. Hoc capitulū maxie ad p̄latos eccleſie ptinere videtꝛ quibus nō licebat ſacra officia celebrare atqꝫ myſteria tempe coniugalis amplex⁹: quo etiaz preſentia ſpiritusſancti non datꝛ Unñ idem ait. Cōnubia legittima carent quidē pctō. nec tñ tēpore illo quo piugales act⁹ geruntur preſentia ſpūſſancti dabitur etiaz ſi ppheta eſſe videatꝛ qui officio gñatiōis obſequitꝛ.

Quibus temporibus non ſunt celebrande nuptie.

¶ Nec ſoluz in ope carnali obſeruanda ſunt tēpora: ſz etiam in celebrandis nuptijs: ſm illō Non oportz ſeptuageſima vſqꝫ in octauam paſche et tribus hebdomadibus añ feſtū ſancti Joannis: & ab aduentu dñi vſqꝫ poſt epyphaniam celebrare nuptias. Quod ſi factuz fuerit ſepentur. Item. Nicolaus papa. Nec vxorē ducere nec coniugia facere q̄dragesimali tpe puenire poſſe vllo mō arbitror.

C Irca.32^am diſt. querit tur. An quilibet coniugū teneatur alt̄i debitum reddere. C Ad hanc difficultatem rūdet̄ a doctoribus q quilibet coniugum poſt matrimonium conſumatū tenet̄ alteri debitū reddere. Iſta cocluſio probat̄: q2 quilibet tenet̄ reddere pmiſſum iure naturali z diuino: ſed quilibet cōiugū illud alteri promiſit ergo quilibꝫ cōiugum alteri tenetur reddere debitum poſt matrimoniū coſumatum. Iſta vltima pticula notanter ponitur ad denotandū q ante conſumationem quilibet eorum pōt ingredi religionem vt dictum eſt.

C Contra iſtam concluſionē arguitur ſic. Aliquis eſt coniunx qui non tenetur reddere debitum poſt cōſumationē matrimonij ergo concluſio falſa: añs probat̄: poſito caſu q aliqua mulier poſt conſumationē matrimonij adulteret̄ tunc vir non tenet̄ reddere ipſi debitū ergo aſſūptum verū: añs patꝫ extra de diuortijs. C Ad hoc argumentū rūdet̄ negando ꝯñam: rō eſt: q2 rūſio intelligitur extra caſuꝫ fornicationis. Nā in caſu fornicationis corporalis licitum eſt dimittere vxorē: ſimiliter in caſu fornicationis ſpiritualis. ſ. qñ mulier labitur in hereſim: hoc tñ debet fieri per iudicium eccleſię. Naꝫ ſi aliter fieret cogeret̄ vir reaccipere illam. C Contra iſtā ſolutionē arguitur ſic. Non requirit̄ iudiciuꝫ eccleſię in fornicatiōe corpali ergo nec in ſpirituali: ꝯña tenet: q2 nō videtur maior rō de vna fornicatione q̄ꝫ de alia. C Ad hanc replicā rūdetur negando ꝯñam: z ad probationem nego q nō ſit maior rō: imo eſt magnum diſcrimē: nam ſi poſt fornicationem corporalē vir redderet debitum vxori efficeret̄ bigamus z non poſſet pmoueri ad ordines ſine diſpenſatione papę. Attñ poſt fornicationem ſpiritualeꝫ quantūcunqꝫ reddat debituꝫ non efficit̄ bigam⁹.

C Scdo arguit̄ ſi mulier poſt conſumationeꝫ matrimonij efficiat̄ leproſa ſicut effecta eſt vxor cancellarij francię tūc dñs cancellari⁹ frācię nō tenetur reddere debitū ergo reſponſio nulla: añs probatur: magis obligatur dñs cancellarius ad conſeruationē ſuę ſalutis q̄ꝫ ad reddendum debitū: ſed ſi redderet debitum ageret contra ſuā ſalutē: naꝫ efficeretur leproſus ergo non tenetur reddere debituꝫ. C Difficultas huius argumēti dependet a ſciētia dñorum medicorū: ideo quęrenduꝫ eſt ab eis vtrum vir cognoſcēs mulierem leproſam exponat ſe periculo incurrendi lepram: z ſi ſic: non tenetur reddere: quia potius obligat̄ ad ſuam ſaluteꝫ conſeruandā q̄ꝫ ad redenduꝫ debitum: z inde eſt q ſi vir laboret febre non tenet̄ reddere debitum vxori petenti. Immo grauiter peccaret ſi redderet eſſet enīꝫ homicida ſui ipſi⁹: ſi vero abſqꝫ periculo vir poſſet cognoſcere mulie-

rem leproſam tunc dñs cancellari⁹ tenetur reddere debitū: ꝗuis pro- les naſcatur leproſa: ⁊ inde eſt etiā ꝙ leproſi poſſunt cognoſcere ſuas vxores leproſas: ꝗuis ſciant ſe ge- nituros filios leproſos: non tñ dñs cancellarius tenetur habitare cū ea propter periculū infectionis ex mu tua cohabitatione. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguit̃. ſequeretur ꝙ vir poſſet cognoſcere vxorē ſuam quan do patitur menſtruū: ꝯñs eſt falſuꝫ ergo falſitas ꝯñtis patet. quia dñs deus Leuitici. 20. ca. iubet ambos lapidari. Jam ꝓbat̃ ſequela: ſi non liceret maxime eſſet quia tunc ſolet naſci proles leproſa vel monſtruo- ſa: ſed hoc non eſt dicendū ergo mi nor patet: q̄ alias ſequeret̃ ꝙ vir le proſus non poſſet cognoſcere vxorē leproſam: nam ſemꝑ ex talibus na ſcitur proles leproſa. ¶ Ad hanc re plicam rñdetur negādo ſequelaꝫ: et ad probationē negatur minor: ⁊ ad probationē negat̃ ſequela: rō eſt: q̄ mulier leproſa ſemꝑ eſt leproſa: ſꝫ mulier menſtruoſa nō ſemꝑ patitur menſtruum ⁊ ideo oportet expecta re tempus: in quo nō patit̃ mēſtruū ad reddendum debituꝫ. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur. poſito ca- ſu ꝙ talis mulier menſtruoſa ſit ſte rilis tunc vir pōt eā cognoſcere tem pore quo patitur menſtruū ergo ſo lutio nulla: añs probat̃: hoc non eſt prohibituꝫ lege diuina niſi propt̃ ſe quelam. ſ. ne naſcatur ꝓles leproſa vel monſtruoſa: ſed poſtq̄ ipſa eſt ſterilis nulluꝫ eſt tale periculū ergo tūc pōt eā cognoſcere licite. ¶ Pro pter hanc replicā dicendum eſt ꝙ ſi talis vir eſſet certiorat⁹ de ſterilita- te ſue vxoris bñ poſſet tunc eam co gnoſcere: ſꝫ q̄ difficillimū eſt habe- re talē certitudinē. Nā docꝫ experiē tia ꝙ aliqua mulier manebit cū viro ſuo per. 10. vel. 12. annos ſine ingra uidatiōe ⁊ p⁹ tot ānos ſi grauidabit̃ ideo nō debet eā cognoſcere tunc ꝓ pter periculū. Nā teſte Salomone: Qui amat pericula peribit in illis.

¶ Tertio arguit̃ ſic. Vir pōt vouere adire terram ſanctā ſine cō- ſenſu vxoris: immo ipſa contradi- cente ⁊ nolente ire cū eo ⁊ tunc non tenebitur reddere debitū per totuꝫ illud tempus ergo reſolutio nulla: maior patꝫ ꝑ expreſſaꝫ determina- tionem romani pontificis in ca. Ex multa de voto ⁊ voti redemptione. ¶ Ad hoc argumentū reſpondetur negādo ꝯñaꝫ: rō eſt: q̄ hoc ſolū eſt ad temp⁹: ⁊ mulier tenet̃ hoc velle propter vl̃e bonum xp̄ianitatis: ſic̃ tenetur velle ꝙ interdum maritus ſuus vadat ad bellum pro defēſio- ne reipublice. ¶ Contra iſtam ſolu tionē arguitur. ſequeret̃ ꝙ poſſet vo uere religionē ipſa vxore cōtradicē- te: ꝯñs eſt manifeſte falſum ergo ſe quela probat̃: votū terre ſancte cō- mutatur in votuꝫ religionis: ergo q̄ pōt emittere vnū votū poteſt emit- tere et aliud. ¶ Ad hanc replicā rñ- detur negando ſequelā: ⁊ ad proba tionem negatur ꝯña: rō eſt q̄ votū religionis eſt maius. Jnſuꝑ per vo tum religionis priuaret̃ vxor perpe tuo copula carnali: non autē priuat̃ per votum terre ſancte perpetuo.

¶ Queritur ſcdo circa eandem

diſtinctionẽ vtrũ poſt conſumatio-nem matrimonij alter coniugũ poſſit vouere continentiã voto ſimplici vl' voto ſolemni. ¶ Pro huiᵒ. q. intelligentia eſt aduertendũ: ꝙ vt dictum eſt in. 27. diſt. huius quarti. Añ matrimoniũ conſumatũ quilibȝ cõiugum poteſt vouere continentiam tam voto ſimplici ꝙ̃ voto ſolemni: et ſi poſt matrimoniũ per verba de preſenti vir petat debitũ ab vxore ⁊ vxor velit ingredi religionẽȝ poteſt ei denegare. Nihilominᵒ cogetur intra tempus duorũ menſiuȝ ingredi religionem vel reddere debitum vt patet in capite Ex publico de cõuerſione coniugatorũȝ. et ita dicendum eſt de viro: ſi mulier petat ab eo debitum ⁊ ipſe velit ingredi religionem: ſed poſt conſumationẽ nullus eorum põt vouere continentiaȝ ſine conſenſu alterius: extra caſum fornicationis corporalis vel ſpiritalis ⁊ extra morbos: ⁊ ſi aliqs eoruȝ atentet vouere continentiã ſiue voto ſimplici ſiue voto ſolemni votuȝ eſt nullum. Nihilominus ex parte ſua non põt petere debituȝ: ⁊ ſi vnᵒ eorum moriatur ille qui attentauit vouere non obligat̃ ingredi religionem: obligatur tamen continere et non poteſt amplius contrahere cuȝ alia perſona.

¶ Contra reſolutionẽ huiᵒ. q. arguitur ſic. poſito caſu ꝙ Plato ⁊ Bertha cõtrahãt per verba de preſenti matrimoniũ: ⁊ bertha velit ingredi religionẽȝ: plato tñ violenter eam cognoſcit tunc bertha põt vouere continentiaȝ ⁊ ingredi religionem platone contradicente: ⁊ hoc ẽ poſt matrimonium conſumatuȝ ergo reſolutio nulla: maior probatur ſi Cicero ⁊ katherina contraxiſſent ſponſalia per verba de futuro ⁊ Cicero violẽter cognouiſſet katherinã katherina poteſt ingredi religionẽȝ ergo bertha in caſu dato põt ingredi religionem: ꝯña tenet: q꞉ vtraqȝ eſt violenter cognita. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando maiorem: ⁊ ad probationẽ negat̃ ꝯña: et datur diſcrimen: q꞉ inter ciceronem et katherinã nullũ eſt matrimoniũ: neqȝ verum neqȝ pręſumptũ: ⁊ ideo non debet pręualere libido: ſed potius caſtitas. Inter berthã tamẽ et platonem eſt verũ matrimonium ⁊ conſumatũ: ⁊ plato habet veruȝ dominium ⁊ poteſtatẽ in corpus ipſiᵒ berthę et ideo illud poterat facere. Cicero autẽ nullã habebat poteſtateȝ: ideo peccauit mortaliter cognoſcendo eam violẽter. ¶ Circa iſtas duas. q. dubitabis an in aliquo tẽpore ſit prohibitum viris cognoſcere ſuas vxores. ¶ Ad hoc rñdet̃ affirmatiue. ſ. temporibᵒ ieiuniorum et proceſſionum ⁊ feſtorũ: ſȝ non eſt prohibituȝ niſi ſub pœna pctĩ venialis. vt Thomas ⁊ bonauentura aſſerunt. Nihilominus ſi vnᵒ eorum petat: alter debet reddere ⁊ nõ peccat reddendo: ꝙ̃uis alter peccet petendo. ¶ Contra hanc rñſionem arguitur. Quędaȝ mulier fuit arrepta a diabolo ideo: q꞉ poſt actũ cõiugalem auſa eſt accipere euchariſtiã vt refert Gregorius in dialogo. et hoc non fuiſſet factuȝ niſi ipſa peccaſſet mortaliter ergo ipſa peccauit mor-

taliter & per ꝯñs rñſio nulla. ¶ Ad hoc argumentum rñdet negãdo vltimam ꝯñam: rõ eſt: q2 nõ peccauit mortaliter propter actum cõiugalẽ ſed q2 fecit contra conſcientiã. Naz conſcientia dictabat ei: ꝙ non debebat capere euchariſtiaz: nihilominus temere accepit. Idcirco diabolus eã arripuit.

De diuerſis coniugij legibus. Diſtinct. XXXIII.



Venit hic de antiqs patribus q̃ plures ſimul leguntur habuiſſe vxores vel concubinas vtrũ peccauerint? Ad qđ dicimus: ꝑ varietate temporuz varia inuenitur diſpenſatio conditoris. Ab exordio eñ temporis inter duos tm̃ Adam ſcʒ & Euã inchoatũ eſt ꝯiugiũ: deo ꝑ os Ade dicẽte. Homo adherebit vxori ſue: et erunt duo in carne vna: & ſm inchoationis modũ inter duos tm̃ per oẽm ſucceſſionẽ tẽporũ contraheretur ꝯiugiũ: ſi primi hoĩes in obedientia ꝑſtitiſſent. Poſt eorũ vero copulã filij & filie eorum matrimonio ꝯiuncti ſunt: ſed vnus vni tm̃. Ideo autem fratres ſororibus tunc ſunt copulati. q2 non erant alie mulieres vel viri: quibus Ade filij vel filie iungerentur. Primus oim Lamech duas legitur habuiſſe vxores: & hoc in eo arguitur: quia ꝓ expletione carnalis voluptatis id feciſſe ꝓhibetur. Poſtea vero cũ iam pene oẽs hoies falſis dijs ſuirent: paucis in cultu dei ꝑmanentibus cõſultum eſt a deo plures in matrimonio copulare ſibi: ne illis paucis deficientibus: cultus & noticia dei deficeret. Vñ Abraham viuẽte vxore ad ancillã intrauit: et ex ea genuit. Jacob etiam liberis & ancillis ſe copulauit. Et filie Loth patre ebrio vſe ſunt. Cuz eñ ceteris in idolatria relictis. Abrahã & filios eius in peculiarẽ pplm ſibi dñs elegiſſet: rite multaꝝ fecunditate mulierũ ppli dei multiplicatio querebat. q2 in ſucceſſiõe ſãguinis erat ſucceſſio religiõis. Vñ etiaz in lege maledicta erat ſterilis: q̃ non relinquebat ſemẽ ſup terraz. Hinc etiam ſacerdotibus ꝯiugia decreta ſunt: q2 in ſucceſſione familie ſucceſſio eſt officij. Non ergo Abrahaz vel iacob deliquit: q2 preter vxorez filios ex ancilla q̃ſiuit: nec illoꝝ exemplo preter ꝯiugale debitũ

fecunditatē in aliqua licȝ alicui querere. cū illoꝝ ꝯiugia nostrorum equent virginitati: ⁊ immoderatus vſus coniugij nr̄i tp̄is turpitudinē fere imitet fornicationis illius tp̄is. De hoc. Augustin⁹ ſic ait. Antiquis iuſtis non fuit peccatum ꝙ pluribus feminis vtebant: nec ꝯtra naturam hoc faciebant: cum non laſciuiendi cauſa: ſed gignēdi hoc facerent: nec ꝯtra morē: quia eo tēpore ea fiebant nec ꝯtra preceptum: q: nulla lege erat ꝓhibitum. Idem. Obijciunt Iacob quattuor vxores: quod qn̄ mos erat: crimen non erat. Si patriarche ꝯiugibus excipientibus ſemē ſuū miſcebant: non concupiſcentie ꝑficiende voluptatis: ſed ꝓuidētie ꝓpagāde ſucceſſionis: ſicut apl̄i auditoribus ſuis admirantib⁹ doctrinā ſuam ꝯdelectabant: non auiditate ꝯſequēde laudis: ſed charitate ſeminande veritatis. Ideȝ alibi. Antiq̄s tēporibus cū adhuc ſalutis noſtre myſteriū velaret: iuſti officio ꝓpagādi nuptias ꝯtrahebāt: non victi libidine: ſȝ ducti pietate. qui multo facilius cōtinere pn̄t ⁊ vellent: Vtebant tn̄ ꝯiugib⁹: ⁊ plures vni viro. hr̄e licebat quas caſtius habebat ꝙ̄ nūc vnā quilibet iſtoꝝ in q̄bus videmus. qđ ſm veniā ꝯcedit apl̄s. Habebant eīn eas in ope generandi: nō in morbo deſiderij. Item Amb. Dixit. Sara ad Abrahaȝ. Ecce concluſit me dn̄s vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam vt filiū facias ex ea: ⁊ ita factum eſt. Conſidera primum ꝙ Abraam ante legē Moyſi ⁊ ante euangeliū fuit. Non ergo in legē cōmiſit Abraam: ſed legem ꝑuenit. Nondū eīn interdictum videbat. Scđo ꝯſidera ꝙ non ardore aliquo vage ſucceſus libidinis: non petulantis forme captus decore ancille contubernio ꝯiugalē poſt habuit thoꝝ: ſed ſtudio querende poſteritatis ⁊ ꝓpagande ſobolis. Adhuc poſt diluuiū raritas erat humani gn̄is: erat etiā religionis. Deniq; ⁊ Loth ſc̄ti filie hanc cauſam q̄rende poſteritatis habuerūt: ne gen⁹ deficeret humanū: ⁊ ideo publici muneris grā priuatā culpam ꝑtexit. Itē Aug. Iuſtus q̄uis cupiat diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o tamen ſumit alimentū: non cupiditate viuendi: ſed officio ꝯſulendi: vt maneat qđ neceſſariuȝ eſt ꝓpter alios. Sic miſceri fe

minis iure nuptiarũ officioſuꝫ fuit ſanctis viris non libidinoſum. Qḋ eĩn eſt cibus ad ſalutem hoīs: hoc eſt ꝯcubitꝰ ad ſalutē humani gñis: ⁊ vtrũqꝫ nõ eſt ſine delectatione carnali: q̄ tamē modificata ⁊ refrenata tēperancia in vſuꝫ naturalē redacta libido eſſe non pōt. Qḋ aũt in ſuſtentando vitã illicitus eſt cibus: hoc eſt in q̄renda ꝓle fornicarius vel illicitus ꝯcubitus et quod eſt in cibo licito immoderatioꝛ appetitꝰ: hoc eſt in cõiugibus venialis ille ꝯcubitus.

Non p̄fertur virginitas Johannis caſtitati Abꝛae.

¶ Quod vero caſtitas virginalis non p̄ferat in merito ꝯiugali caſtitati Abrahe. Aug. oſ̄dit inq̄ens. Sicut non eſt impar meritũ patientie in Petro qui paſſus eſt: et in Joāne qui paſſus non eſt: ſic non eſt imp meritum ꝯtinentie in Joanne qui nullas expertus eſt nuptias: et in Abꝛaham q̄ filios genuit. Nam illius celibatꝰ ⁊ iſtius cõnubium pro tēpoꝝ diſtributione xp̄o militauerũt: ſed ꝯtinentiam Joannes in ope Abꝛaaꝫ in ſolo hēbat habitu. Melioꝛ ē eĩn caſtitas celibũ q̄ꝫ nuptiaꝝ. Quarũ vnã Abꝛaam habebat in vſu: ambas in habitu. Caſte eĩn ⁊ ꝯiugaliter vixit. Eſſe autē caſtus ſine cõiugio potuit: ſed tunc non opoꝛtuit. Item Hieronimus. Quis ignoꝛet ſub alta diſpēſatione dei oēs retro ſãctos eiuſdeꝫ fuiſſe meriti cuius nunc xp̄iani ſunt: Q̄uo Abꝛaã ante placuit in ꝯiugio: ſic nunc v̇gines placēt in caſtitate. Seruiuit ille legi ⁊ tēpoꝛi ſuo ſuiamus ⁊ nos legi ⁊ tp̄i noſtro: in quo fines ſeculoꝝ deuenerũt. Ex his apparet q̄ ſancti p̄res ante legē ſine peccato plures habuerunt vxoꝛes vel ꝯcubinas. Eas eĩn nunc vxoꝛes appellat ſcriptura nunc ꝯcubinas. Rachel tñ ⁊ Lia ambe vxoꝛes fuerunt non ꝯcubine.

Oppoſitio.

¶ Si q̄s opponat q̄ fidē thoꝛi non ſuabant illi p̄res. Dicimus in hoc ſuaſſe fidem thoꝛi quia non alijs: ſed ꝓpꝛijs vxoꝛibus vel ancillis miſcebantur. Ecce q̄ fuerit cõſuetudo in hac re ante legē. Legis vero tēpꝛe interdixit Moyſes carnalē copulam fieri cũ matre: cũ nouerca: cuꝫ ſoꝛoꝛe: cũ nepte: cũ amita: cum matertera: cuꝫ nuru. et

alijs quibusdã. Permiſit autẽ diuortium fieri dato libello repudij: in quo vir ſcribebat cauſas ꝓ quib⁹ vxorẽ repudiabat. Permiſit autẽ aliaʒ ducere dato priori libello: qđ propter duricias cordis coꝝ ꝑmiſſum xp̃s dicit. Non vt ↄcederet diſcidiũ ſed vt tolleret homicidiũ. Permiſit fieri mala ne firent peiora et hoc ꝑmittẽdo non dei iuſticiam demonſtrauit: ſed in peccatore minuit culpam.

Cui licebat plures habere vel non.

¶ Sed nunqđ ſub lege licebat hẽre plures vxores? Audi qđ ſcriptũ eſt in Deut. Non habebit vxores plurimas q̃ alliciant aĩam eius. Sup quẽ locum ait Aug. Manifeſtũ eſt Salomonem hoc preceptũ trãſiſſe. Dauid autẽ plures habuit. nec preceptũ p̃teriijt. Permiſſum eſt eñ regi plures habere. non plurimas q̃ alliciant aĩam multiplicate. Cum tñ addit cũ non eleuetur cor ei⁹. alienigenas ꝓhibituʒ eſſe videt. Uerumtñ multiplicatio vxorũ gñaliter ꝓhibita eſt. Permiſſum eſt autẽ regi plures habere: ſʒ non multiplicare. Ueniente autẽ plenitudinis tpe quo xp̃i gr̃a vbiqꝫ ẽ dilatata. reducta eſt lex nuptiarũ ad prioꝝ honeſtioreꝫ inſtitutionẽ: vt vn⁹ vni in figura xp̃i ⁊ eccl'ie ↄiugat. Nec querit electio muneris in ſucceſſione gñis ſed in ꝑfectione vite ⁊ ſinceritate ſcie. ⁊ virginitas fecunditati prefert: ⁊ ſacerdotib⁹ ↄtinentia indicitur.

De virginitate mentis et carnis.

¶ Melior eſt autẽ virginitas mentis q̃ꝫ carnis. Uñ Ambroſius. Tolerabili⁹ eſt mentẽ virginẽ q̃ꝫ carnẽ habere. vtrũqꝫ bonum eſt ſi liceat. ſi non liceat ſaltem non caſti hoi ſed deo ſim⁹. Uirgo ꝓſtitui põt: adulterari non poteſt: nec lupanaria infamant caſtitatẽ ſed caſtitas etiã loci abolet infamiã. Idẽ nõ poteſt caro ante corrũpi: niſi mẽs ante fuerit corrupta. Iteʒ Iſidorus non põt corpus corrũpi niſi prius animus corrupt⁹ fuerit. mũda eñ a cogitatione aĩa: caro non peccat. In fine hui⁹ capituli apitur qũo verũ ſit. niſi aĩa p̃us corrupta corpus non poſſe corrumpi ſcʒ peccato. Illud etiam Auguſtini aduertendum eſt. Sicut inq̃t ſancti⁹ eſt

mori fame: q̄ȝ idolaticis veſci. Ita ſanctius eſt defungi ſine liberis: q̄ȝ ex illicito coitu ſtirpeȝ querere. Undecunqȝ vero naſcantur hoīes. ſi parentuȝ vitia non ſectent̄ ⁊ deū recte colant: honeſti ſalui erunt. Semē eniȝ ex qualicunqȝ hoīe. dei creatura eſt: et eo male vtēti male erit non ipſum aliqñ malum eſt.



Irca trigeſimam tertiaȝ diſt. q̄rit̄ primo. An virū hēre plures vxores ſit cōtra ius naturale? ¶ Pro huis. q. intelligētia eſt notādūȝ q̄ titulus. q. pōt intelligi duobus modis. Uno modo ſucceſſiue ⁊ tūc nō eſt difficultas apud catholicos: licet aliqui heretici dixerint eſſe contra ius naturale: quibus fauet Tertullianus: vt habetur in ca. Iſte. 32. q. 4. ¶ Sed difficultas eſt ſcd̄o mō. ſ. ſimul. ⁊ in iſto ſenſu reſpondet dñs Durandus in preſenti diſtinctione negatiue.

¶ Contra quā reſponſionē arguitur primo ſic. Habere ſimul plures vxores eſt contra primeuā inſtitutionem: quę habetur Geñ. 2. cap. ſcȝ erunt duo in carne vna ergo ē cōtra ius naturale. ¶ Scd̄o arguit̄ ſic Gloſſa interlinealis ſup illud Geñ. 4. cap. ſcȝ Lamech accepit vxores duas: dicit q̄ Lamech primus contra naturam ⁊ morē adulteriū commiſit: ergo habere plures vxores ē contra ius naturale. Tertio arguit̄ ſic. contra legem naturę eſt q̄ aliqs obligetur ad impoſſibile: ſȝ ſi vir dedit ſuum corpus vni vxori non pōt amplius dare alteri. Nā tunc obligabit̄ ad impoſſibile: ergo habere plures vxores eſt contra ius naturale. ¶ Quarto arguit̄ ſic. de iure naturali eſt qd̄ tibi non vis alteri non facias: ſed vir nollet q̄ ſua vxor caperet vnum alium virum ergo ipſe non poteſt velle capere vnā aliā vxorem. ¶ Poſtremo arguitur expreſſa determinatione Roma. pontif. Innocentij tertij in ca. Gaudemus de diuortiis inquientis: q̄ nulli vnq̄ȝ licuit habere ſimul plures vxores niſi cui fuit diuina reuelatione ꝯceſſū.

¶ Propter iſta argumenta teneo cum diuo Toma ⁊ Bonauētura et doctore ſubtili q̄ viruȝ habere plures vxores ſimul eſt contra ius naturale. ſaltem in ſcd̄o gradu:

¶ Contra iſtā reſponſionē arguit̄ ſic. Si habere plures vxores eſſet contra ius naturale maxīe eſſet: qꝛ eſt contra ſm̄ fineȝ matrimonij. ſ. contra pacificam habitationē viri ⁊ vxoris: ſed hoc non eſt dicēdū ergo non eſt cōtra ius naturale: minor probatur: qꝛ diſcordia ſi ꝓuenit ex malitia ipſarū mulieruȝ emanat ergo propter illud non eſt aſſerēdū q̄ ſit contra ius naturale. ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur negādo minorem: ⁊ ad probationē nego q̄ proueniat ex malitia mulierum: ſȝ ex zelo prouenit: quē naturaliter debet habere vxor erga virū ſuū. Nā talis zelus vxoris ad virū non pati-

tur vna᷒ aliā mulierem cū viro ſuo: et ꝙ hoc ſit verum patet. Nā Lia ⁊ Rachel erant ſorores et mulieres ſanctę ⁊ ſępe numero habebant iurgia ⁊ maxime ꝑpter copulā carnalē ita ꝙ oportuit ſemel ꝙ Lia emeret illā mandragoris filij ſui.

¶ Scd̄o arguitur ſic. ſequeretꝛ ꝙ oēs infideles peccaſſent mortalr̄ accipiendo duas vxores: ꝯn̄s eſt falſum ergo falſitas ꝯn̄tis ꝓbatur. Nā non videtur ingenium eorum fuiſſe a deo obfuſcatū: ꝙ non cognouiſſēt pluralitatem vxorū eſſe contra ius naturale. ¶ Hoc argumentū nō eſt dignum reſponſione: ꝗuis Durandus magnifaciat. Nam certū eſt ꝙ infideles ſciebant peccatū ſodomiticu᷒ eſſe contra naturā ⁊ tn̄ palam illud comittebant. Pręterea certū eſt ipſos deueniſſe in tantā cęcitatē et ignorantiā ꝙ adorabant ſerpentes oues et boues et calceos et iſti erant Egiptij ⁊ caldei qui cęteris ſunt ingenioſiores.

¶ Poſtremo arguitꝛ authoritate Auguſtini de bono cōiugali dicentis ꝙ cum mos erat: nō erat peccatum ergo infideles non peccabāt accipiēdo plures vxores. ¶ Ad hoc reſpondetur ꝙ Aug. loquebatꝛ de fidelibus cū quibus dn̄s deus diſpēſauerat ꝑpter cultū diuinū ampliādum ⁊ nō intelligebat de infidelibꝰ ¶ Contra hoc replicatꝛ. Na᷒ Aug. in loco allegato dicit. ꝙ in nulla lege erat prohibitum habere plures vxores ergo infideles nō peccabāt accipiendo plures. ¶ Ad hoc rn̄detur bifariam. Vno mō ꝙ Auguſtinus intelligit de lege ſcripta et īdo ꝯn̄a non valet. Alio mō ꝙ ſolum loquebatur de fidelibus ⁊ non de infidelibus.

¶ Queritur ſcd̄o circa cande᷒ diſt. An viro licuit in lege naturę et in lege veteri habere plures vxores. ¶ Ad hanc difficultatem oēs doctores rn̄dent affirmatiue: ſed de cauſa quare decebat eſt cōtrouerſia inter doctores. Nam Durādus dicit ꝙ licebat: ideo: qꝛ prima mulier cōſentiebat ſicut patet de ſara quę cōſenſit ꝙ Abraā duceret agar in vxorem vt habetꝛ Gen̄. 16. ca. ⁊ recitatur in capite dixit ſarra. 32. q. 4. Alij vero doctores aſſignāt pro cauſa ſolā diſpenſatiōnē diuinam. Nā ſiue cōſentiret prima vxor ſiue non poſtq̄ dn̄s diſpenſabat maritꝰ poterat accipere vnā aliam etia᷒ prima iuita.

¶ Contra reſolutionē huiꝰ. q. arguitur ſic. Non licuit vxori habere plures viros ergo non licuit viro habere plures vxores: ꝯn̄a tenet: qꝛ non videtur eſſe maior rō de viro q̄ de vxore. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur negando ꝯn̄am: rō eſt: qꝛ dn̄s deus diſpenſauit cu᷒ viris et noluit cum mulieribus: ⁊ rōnabiliter: quia dn̄s deus videbat ꝙ erant pauci fideles ⁊ multi infideles: videbat em̄ ꝙ vnꝰ vir pōt multas vxores fœcūdare et vna vxor non fœcundatꝛ niſi ab vno viro: ideo volens ampliare cultum diuinu᷒ ⁊ multiplicare fideles diſpenſauit cū viris: vt multas poſſent habere vxores: ⁊ ſi voluiſſet diſpenſare cū vxoribꝰ ꝙ poſſent habere multos viros potuiſſet: nunq̄

tũ diſpenſauit: ideo nunq̃ꝫ licuit ali-
cui mulieri hẽre m̄ltos viros ſimul.

¶ Scd̃o arguitur ſic. ſi aliquis
habuiſſet duas vxoꝛes maxime fuiſ-
ſet Abꝛaam: ſed Abꝛaaꝫ non potuit
habere vnam aliam cuꝫ ſarra ergo
nullus vir potuit habere duas vxo-
ꝛes: minoꝛ pꝛobatur: q̄ñ Abꝛaaꝫ du-
xit ſarram in vxoꝛem dedit ei pote-
ſtatem et dominium ſuꝑ ſuuꝫ coꝛp⁹
ergo nõ poterat ſcd̃ę vxoꝛi dare do-
miniũ ſui coꝛpoꝛis ipſa pꝛima vxo-
re viuente. ¶ Ad hoc argumentum
rñdetur negando minoꝛẽ: ⁊ ad pꝛo-
bationẽ negat̃ ꝯña: et datur duplex
ratio. Pꝛima ⁊ minus pꝛincipalis
eſt qꝛ ſarra cõſenſit ⁊ poterat renun
ciare toti iuri ſuo q̄d habebat in coꝛ
pus Abꝛaę: et a foꝛtioꝛi poterat re-
nunciare parti illius iuris. Scd̃a rõ
pꝛincipalis et potiſſima eſt: qꝛ dñs
dipenſauit ⁊ ipſius eſt terra ⁊ pleni
tudo eius: ideo poterat auferre do-
minus deus dominiuꝫ q̄d habebat
ſarra ſuper coꝛpus Abꝛaę vl' partẽ
dominij ⁊ dare Agar. Inde eſt ꝙ ſi
dñs diſpenſaſſet cum Abꝛahã inui-
ta ſarra ⁊ cõtradicẽte poterat Abꝛa
ham ducere vnã ⁊ duas alias ¶ Cõ
tra iſtam ſolutionẽ arguit̃. Agar nõ
fuit vxoꝛ Abꝛahę, ergo Abꝛahã non
habuit duas vxoꝛes: aña pꝛobatur:
Agar fuit ꝯcubina Abꝛahę ergo nõ
fuit eius vxoꝛ. ¶ Pꝛopter hanc re-
plicam tenet dñs Bonauentura ꝙ
licebat habere cõcubinas per diſpẽ
ſationem diuinã: ſed reuera fuit de-
ceptus in ęquiuocatione concubinę
propterea teneo cũ oĩbus alijs do-
ctoꝛibus: ꝙ deus non põt diſpenſa-
re in concubinatu: qꝛ eſt contra ius
naturale pꝛimęuum: ⁊ rñdeo ad foꝛ
mam replicę negando añs: et ad pꝛo
bationẽ diſtinguo ꝙ Agar fuit cõcu
bina Abꝛahę: vel ly cõcubina tm̄ va-
let ſicut vxoꝛ min⁹ pꝛincipalis ⁊ ſic
concedo illud ⁊ nego ꝯñam: vel tm̄
valet concubina ſicut pellex ⁊ ſic ne
gatur illud: et ꝙ iſta diſtinctio ſit ca
tholica: immo articulus fidei: ꝓbo
expꝛeſſa auctboꝛitate ſacrę paginę:
habetur eniꝫ Geñ. 16. ca. expꝛeſſe ꝙ
Sarra dedit Agar in vxoꝛẽ Abꝛahę
Ex quo textu foꝛmal'r ſeq̄t̃ ꝙ Agar
fuit vxoꝛ Abꝛahę licet minus pꝛinci
palis. ¶ Sed dubitabis circa hanc
queſtionẽ q̄ñ diſpenſauit dñs deus
et qualiter. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ añ
legem ſcriptã dñs inſpirauit Abꝛa-
hę diſpenſationem: in lege autẽ ſcri
pta in multis locis habetur diſpen-
ſatio expꝛeſſe: habetur em̄ deutero-
nomij. 7. de rege iſrael ꝙ non habe
bit vxoꝛes plurimas. Ex q̄bus ver-
bis videtur concedere plures licet
non plurimas: ideo nõ vituperatur
Dauid qui habuit decem. vt habet̃
in. 15. ca. pꝛimi regum. Scd̃o dubi-
tatur an liceat in noſtra lege euãge-
lica papę cum aliquo viro diſpenſa
re ꝙ habeat duas vxoꝛes. ¶ Ad h̃
rñdetur negatiue: rõ eſt: qꝛ eſt cõtra
ius diuinuꝫ: pꝛohibuit em̄ ſaluatoꝛ
noſter Mattheꝰ. 19. ca. virum habe
re plures vxoꝛes: q̄ñ dixit dico autẽ
vobis quicunq̃ꝫ dimiſerit vxoꝛẽ ſuã
niſi ob foꝛnicationẽ ⁊ aliam duxerit
mechat̃. ¶ Tertio dubitat̃. Quare
Salomon peccauit accipiẽdo ſuas
vxoꝛes poſtq̃ꝫ licituꝫ erat in antiqua
lege habere plures ¶ Ad hoc reſpõ

detur q non peccauit qr habuit plures: ſed quia habuit plurimas: habuit enim.300.concubinas id ē vxores minus principales et.700.quaſi reginas.i.vxores principales.vt habetur in.11.cap.3.regum.et erat prohibitum a dño deo in deuteronomio regē habere plurimas vxores.

¶ Queritur tertio circa candē diſt. vtrū in antiqua lege licebat viro dare libellum repudij vxori ſuę.

¶ Pro hui⁹.q.intelligentia eſt notandum q de forma libelli repudij dicūt aliqui doctores q in tali libello ſcribebatur cauſa repudiationis ſed hoc egregie ipugnat diu⁹ Thomas. Nam talis libellus dabatur in fauorē ipſi⁹ vxoris repudiatę: et ideo non eſt rōnabile q in eo ſcriberetur cā repudij. Nā vel talis cauſa eſſet ſufficiens vel inſufficiens: ſi ſcḋm tunc talis libellus repudij erat nullus: ſi pmū: pręcludebatur via ipſi vxori ne poſſet nubere vni alteri viro: imo fuiſſet diffamata ratione talis libelli et ſic nemo voluiſſet eam capere. Inſup eſt poſſibile q talis vxor ſit repudiata ideo: qr nō eſt inuenta virgo et tunc reuelaſſet peccatum occultū proximi qḋ non eſt licitum. Ideo dicit diuus Thomas q nulla cauſa ſcribebatur in libello repudij: ſed dūtaxat ſcribebātur hęc verba.ſ.ego promitto tibi q nunq̄ tecum conueniā et hoc expreſſe dicit Joſeph⁹ qui fuit doctiſſim⁹ inter oēs iudęos et vixit longo tēpore ante deſtructiōē hieruſalē et multo etiam tēpore poſt deſtructionem hieruſalem. Huic etiā opinioni fauet Nicolaus de lira cum burgenſi. Ulterius eſt aduertendū q Nicolaus de lira et Bonauētura et de paludē tenēt partē negatiuā queſtionis. Diu⁹ Thomas tñ et doctor ſubtilis et dñs Durandus recitant ambas opiniones tā affirmatiuā q̄ negatiuā tanq̄ pbabiles: q̄uis Thomas magis declinet ad partē negatiuam: qr cōius ſuſtinet. Doctor tamen ſubtilis et durandus reputant partē affirmatiuā pbabiliorē. Ego vero nō reputo partē negatiuā probabilem. Nā expreſſe habet Geñ. 21.ca. q Abraham repudiauit Agar vxorē ſuā et nullo mō peccauit: immo laudat ab apl'o in epl'a ad Galathas.ergo licitū et meritoriū erat repudiare aliquā vxorē et ſic patet q dñs Nicolaus de lira nō bene aſſeruit q nullus ſanctus pater ſiue patriarcha repudiauit vxorē. Nā certum eſt q Abrahā fuit ex ſanctioribus et repudiauit Agar nec vnq̄ recuperauit ſcḋm ſententiā Gloſſe ordinarie et doctorum catholicorum.

votum elemoſine: qn̄ aliqs pmit-tit dare aliqua bona fortunę domio deo vel beate virgini vel alicui ſctō Votū perſonale eſt vouere ieiuniū vel aliquā peregrinationez et ſic de alijs. Votum mixtū eſt qn̄ aliquis promittit adire ſanctū Jacobum ꝛ dare illi equum ſup quem eſt itur⁹. ¶ Iſtis notatis rn̄detur ad.q.p ali-quas concluſiones quarū prima eſt iſta. Hęres obligat̄ ad votum reale defuncti cuius eſt hęres. Iſta cōclu ſio probat̄: qꝛ talis hęres habet bo na defuncti: quę ſunt obligata dn̄o deo: ꝛ talis hęres coget̄ p dn̄m epȝ ad adimplendū vota realia. ¶ Se-cunda concluſio eſt iſta. Hęres nō obligatur ad votū pſonale defuncti cuius eſt hęres. Iſta concluſio pro-batur: ſola perſona defuncti obliga tur et non bona ipſius ergo hęres non obligatur ad votum perſonale adimplendū. ¶ Tertia concluſio ē iſta. Hęres obligat̄ partialr̄ ad vo-tum mixtum.ſ.quantū ad illā ptez: quę eſt votū reale ꝛ nō quo ad aliā. Iſta concluſio liquet ex priorib⁹ cō-cluſionibus. ¶ Ex iſtis concluſioni bus ſequit̄.ꝙ ſi pater vl' mater pro-miſerit dn̄o deo ꝙ ſuus fili⁹ efficiet̄ ſacerdos vel religioſus: talis filius non obligat̄. Jmmo pōt contrahe-re licite matrimoniū: cōſulerem tn̄ ꝙ ipſe adimpleret votum patris vl' matris niſi eſſet mirabilit̄ pnus ad incontinentiā. Nam tūc teſte Pau lo meli⁹ eſt nubere ꝙ̄ vri. ¶ Circa iſtam.q.dubitat̄ primo. An votum obliget magis ꝙ̄ pręceptū diuinū. ¶ Ad hoc dubium rn̄det̄ ꝙ regulari ter et in pluribus magis obligat pre-ceptum diuinum ꝙ̄ votū: interdū tn̄ cum voto imbibit̄ pręceptum diui-num ꝛ ideo tunc eſt duplex obliga-tio. Vna ex parte voti ꝛ altera ex p te pręcepti. vtputa qn̄ religioſus fu ratur centuz aureos: nā tunc peccat contra illud pręceptū decalogi. Nō furtum facies. ꝛ contra votū paup-tatis. ſimiliter qn̄ ſacerdos cogno-ſcit ſolutam peccat contra votū ꝛ cō tra illud pręceptū non mechaberis ¶ Dubitat̄ ſcđo an opus procedēs ex voto ſit magis meritoriū ꝙ̄ op⁹ non procedēs ex voto. ¶ Ad hoc du bium rn̄det diu⁹ Thomas in.6.ar-ticulo.88.q.ſcđe ſcđę affirmatiue p pter tres rōnes. Prima eſt: qꝛ tale opus procedens ex voto emanat a meliori ꝟtute ꝛ altiori.ſ.latria. Se-cunda rō eſt: qꝛ ille qui facit ex voto dat arborē ꝛ frucus. Alter vero ſolū dat fructus. Tertia rō eſt: qꝛ per vo tum voluntas firmat̄ in bonuz: ſed iſte tres rōnes nō conludunt. Pria eīn non procedit: ſi ille qui nō habȝ votū eliciat actum ex charitate. Nā charitas eſt altiſſima virtutuȝ ꝛ ma-xima. Scđa rō ſoluȝ pbat ꝙ aggre-gatuȝ ex volitione qua vouet ꝛ ope voti eſt melius ꝛ hoc eſt verū. Ter-tia etiam non cōcludit: nam poſſibi-le eſt: immo indies accidit ꝙ ille: q̄ non habet votum immobilius ꝛ fir mius operatur. Vidi eniȝ multos: qui ex ſola deuotione ieiunant diez ſabbati in honorē ſanctiſſimę virgi-nis Marię ꝛ nolebāt frangere tale ieiunium quantūquncꝫ erant infir-mi: ideo qui vult tenere oppoſitum facile pōt defenſare ꝙ opus non p-cedens ex voto eſt adeo meritoriuȝ

ſicut opus procedens ex voto.

¶ Queritur quinto circa eandẽ diſt. An oẽ ſcandalum ſit peccatū? ¶ Pro huiꝰ.q. intelligẽtia eſt notandum ꝙ teſte diuo Hieronymo ſup 15.ca. Matthei. Scandalon grece. nos offenſionẽ vel ruinā vel impactionem pedis latine poſſumus dicere. Unde ſicut in via corporali: ſi ponatur alicui obex rõne cuiꝰ cadit: obex dicitur. Ita etiā in proceſſu vie ſpiritualis illud quo aliqs diſponitur ad ruinā. ſpiritualẽ ſcandalū dicitur ⁊ eſt duplex. ſ. actiuū et paſſiuū. ¶ Scandalum actiuū ſic diffinitur a Gloſſa ſuper.17.ca. Matthei. eſt dictū vel factum minus rectū alicui prebens occaſionẽ ruine. ¶ Scandalū paſſiuum eſt ruina alicuius ex dicto vel facto alterius: ⁊ in iſtis duabus diffinitionibus loqmur de ruina ſpirituali. ¶ Iſtis notatis rñdetur ad.q. per duas ꝯcluſiones. Prima eſt iſta. Oẽ ſcandalū ſiue actiuū ſiue paſſiuum eſt peccatū. Iſta cõcluſio probatur. omne factū vel dictū minus rectum vel ruina eſt peccatum. Oẽ ſcãdaluꝫ ſiue actiuū ſiue paſſiuū eſt huiuſmodi: ergo oẽ ſcandaluꝫ eſt pctm̄ ſiue actiuū ſiue paſſiuū. Scda ꝯcluſio eſt iſta. Scandalū paſſiuum põt eſſe ſine peccato illius qui actū vel factum cõmiſit. Iſta concluſio patꝫ de ſcandalo phariſeorꝫ quod erat ſine peccato ſaluatoris.

¶ Contra primā concluſionẽ arguitur ſic. ſequeretur ꝙ actus exterior adderet bonitatẽ vel malitiam ſuper actum interiorẽ: ꝯñs eſt cõtra aurelium Aug. ergo ſeqla. pbatur: ſi fortes velit fornicari ⁊ fornicatur coram multis grauius peccat ꝙ ſi vellet fornicari et non fornicaretur coram illis ergo actus exterior addit malitiā ſup actum interiorẽ: añs probatur: ſi fornicetur coram multis ſcandalizat illos: ⁊ ſi nõ fornicatur ꝙ͂ ꝙ͂ velit fornicari non ſcandalizat illos ergo grauiꝰ peccat qui vult fornicari ⁊ fornicatur: ꝙ͂ ille qui vult fornicari ⁊ non fornicatur. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negãdo ſequelam: et ad pbationẽ negatur añs: dūmõ velit fornicari corā illis: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: rõ eſt qꝛ licet nõ ſcandalizet facit tamẽ totū qḋ in ſe eſt ad ſcandalizandū. Quare nõ minus peccat: ⁊ hoc debet ſupponi ad hoc ꝙ argumentū habeat apparentiam. ¶ Contra iſtā ſolutionẽ arguitur ſequeretur ꝙ talis actus poſſet eſſe infinite malitie: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela pbatur: ſi fiat corā duobus eſt aliquante malitie ⁊ ſi coram quattuor in duplo maioris malitie et ſic ꝯñter aſcendẽdo ergo ſi fieret coram infinitis eſſet ĩfinite malitie ¶ Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelam: ⁊ ad probationẽ negatur ꝙ ſi fiat corā.4. fit i duplo maioris malitie: rõ eſt: qꝛ duplatio vnius circunſtantie nõ ſufficit ad duplationẽ malitie talis actus.

¶ Scdo arguitur ſic. Nullū peccatuꝫ neceſſario euenit. ſed teſte ſaluatore noſtro Matthei.18. Neceſſe eſt vt ſcandala veniant ergo nulluꝫ ſcandaluꝫ eſt pctm̄. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñam: rõ ẽ quia dictū xp̄i intelligitur conditio-

naliter. ſ. ſi hoīes male viuāt ⁊ ſi ne
ceſſe cadit ſupra totā conditionalē,
et ex neceſſitate conditionalis nō li
cet inferre neceſſitatem ꝯñtis: ſicut
non ſequit̄ neceſſario. Si Joannes
eſt prędeſtinatus ſaluabit ergo Jo
nes neceſſario ſaluabitur. ¶ Cōtra
iſtam ſolutionē arguit̄. ſcādalū nul
li virtuti contrariat̄ ergo nō eſt pec
catū: aña probat̄: ſi contrariaretur
alicui virtuti maxime contrariaret̄
charitati fraternę ſed hoc nō eſt di
cendum ergo nulli virtuti cōtraria
tur: maior eſt lucida: minor probat̄
ſequeret̄ ꝙ ſcādalū ⁊ non ſcandalū
eſſent eiuſdem ſpeciei: ſimiliter ꝙ
aliqđ furtū eſſet ſcandalum ⁊ aliqđ
ſuperbia et ſic de alijs vitijs. ꝯñs eſt
falſum ergo. ¶ Ad hanc replicā rñ
detur negando añs: ⁊ ad probatio
nem negat̄ minor: ⁊ ad probationē
concedit̄ ſequela ⁊ negat̄ minor. im
mo idē actus primo erit non ſcāda
lum ⁊ deinde erit ſcandalum patet
poſito ꝙ in principio talis act⁹ nul
lus ſit preſens pręter cōmittentem,
et poſtea veniant multi. ¶ Contra
iſtam ſolutionē arguit̄. ſequeret̄ ꝙ
quodlibet ſcandalū eſſet peccatum
mortale: ꝯñs eſt falſum ergo ſeque
la pbat̄: qđlʒ tale cōtrariat̄ charita
ti quę eſt excellentiſſima virtutum:
ergo qđlibet erit pctm̄ mortale. Jā
probatur falſitas ꝯñtis. Multi do
ctores puta Thomas ⁊ doctor ſub
tilis tenent Petrū ſcandalizaſſe ſo
cios Barnabę: ⁊ non poſſunt dicere
ꝙ tunc petrus peccauit mortalr̄: qr
hoc erat poſt feſtū penthecoſtes: et
apoſtoli talr̄ fuerūt cōfirmati i grā
per aduentum ſpiritusſancti ꝙ nō po
tuerūt peccare mortalr̄ ergo ſi Pe
trus tunc peccauit: venialiter pecca
uit. ¶ Ad hanc replicaʒ rñdet̄ negā
do ſequelā: ⁊ ad probationeʒ negat̄
ꝯñs: non eñ oportet ꝙ qđlibet pec
catum qđ eſt cōtra proximū ſit mor
tale: qđlibet tñ tale eſt contra chari
tatem non tamē talr̄ contrariat̄ ve
niale ſcandaluʒ ꝙ nō poſſit ſtare cū
charitate: immo ſepenumero ſimul
ſunt in eodem ſubiecto.

¶ Tertio arguit̄ ſic. Xp̄s ſcā
dalizauit ergo non oē ſcandaluʒ ac
tiuum eſt peccatū: añs patet. hēt̄ur
Lucę. 2. ca. de xp̄o ꝙ poſitus eſt in
ruinam multoꝝ ergo ſcandalizauit
multos. ¶ Ad hoc argumētuʒ rñde
tur negando añs: ⁊ ad probationeʒ
negatur ꝯña: ſed bene ſequit̄ ꝙ mul
ti iudęi ſcandalizati ſunt. ¶ Contra
iſtam ſolutionem arguit̄. Phariſęi
ſcandalizati ſunt ex verbis xp̄i ergo
xp̄s ſcandalizauit eos. ꝯña tenet a
paſſiua ad actiuā. ¶ Ad hanc repli
cam rñdet̄ negando ꝯñam: et ad p
bationem negat̄ ꝙ arguat̄ ab acti
ua ad paſſiuaʒ vnde licet iſta verba
ſcandalizo et ſcandalizor ſe habeāt
tanꝗ̄ actiuum ⁊ paſſiuū quo ad ter
minationes nō tñ quo ad ſignificā
tias in quibus capiunt̄ a theologis
nam aliqđ includit in connotato ly
ſcandalizo qđ non includit ly ſcāda
lizor. vt patʒ intuenti diffinitiones
ipſorum. ¶ Contra iſtā ſolutioneʒ
arguitur xp̄s fuit ſcandalizatus er
go etiam ſcandalizauit: añs patʒ ex
preſſa authoritate ipſius dicentis
Matthęi. 16. Petro. Scandalū mi
hi es. ¶ Ad hāc replicā rñdet̄ negā

tua vxorē accerſias tibi. Item. Si qs iudee ſiue xp̄iana iudeo ſiue iudea xp̄iano carnali ɔſor⸗tio miſceat̄ q̄cunq̧ tm̄ nephas admiſerit a xp̄iano cetu ꝑtin⁹ ſegreget̄. Ex his alijſq̧ plurib⁹ teſtimonijs apparet non poſſe ɔtrahi ɔiugium ab his qui ſunt diuerſe religionis ⁊ fidei.

De coniugio fidelis ⁊ infi⸗delis ⁊ duorum infidelium.

¶ Huic autē videtur obuiare qđ apl's ait de imparibus con⸗iugijs. Ego dico: non dn̄s. Si quis frater habet vxorē infide⸗lē ⁊ hec conſentit habitare cuȝ il lo non dimittat illā. ⁊ ſi q̄ mu lier ⁊c. Sed aliud hoc eſſe aliud illud euidenter oſtendit Aug. Ibi eīn agit̄ de illis ɔiugijs fi⸗deliū ⁊ infidelium. q̄ ɔtrahun⸗tur ab eis in diſpari religione ⁊ fide manentib⁹. Apoſtolus ve ro ait đ illis q̄ vnius eiuſdemq̧ infidelitatis fuerūt quando cō iuncti ſunt. Sȝ cū veniſſet euā geliuȝ alter ſine altera credidit. Intelligis ne q̄d dicam. Atten de vt rem ipſaȝ diligenti⁹ expla nē. Ecce ɔiuges duo vni⁹ infi⸗delitatis fuerūt quando ɔiun⸗cti ſunt nulla de his queſtio eſt q̄ pertineat ad illud p̄ceptū ve⸗teris ⁊ noui teſtamenti. quo ꝓ hibetur fidelis cū infideli copu lare ɔiugiuȝ. Jam ſunt ɔiuges ⁊ ambo adhuc ſunt infideles. Tales ſunt adhuc quales ɔiun cti ſunt. Venitq̧ euāgelij p̄di⸗cator: credidit eoꝝ vn⁹ vel vna ſȝ ita vt infidelis cū fideli habi⸗tare ɔſentiat non iubet dn̄s vt fidelis infideleȝ dimittat taliuȝ ɔiugiū. Nec apl's iubet vt non dimittat: ſed ɔſulit. vt ſi qs alit agat non ſit tranſgreſſor. ſicut ⁊ đ virginibus conſulit. Monet aūt qđ eſt lucrandi occaſio cum poſſit licite relinquere ſed nō ex pedit. Tunc eīn non expedit id qđ licitū eſt quando ꝑmittitur q̄dem. ſed impius vſus alijs au fert impedimentū ſalutis: ſicut diſceſſio fidelis ab infideli. quā non ꝓhibet dn̄s. q̄ coram illo non eſt iniuſta ſed apl'us ne fiat ɔſilio charitatꝭ ſuadet vt nemo in ea re iuſſionis neceſſitate te⸗neatur. ſed ɔſilij voluntate libe re faciat. Ex his monſtrat̄ inter infideles coniugiū eſſe. ⁊ conſi⸗liū apoſtoli nō obuiare p̄cepto dn̄i. quo iubet fidelē non iungi infideli. ſȝ ſi ɔiuncti fuerint ſepa ri. Legit̄ eīn ꝙ Eſdras ꝓphe ta. imo dn̄s per eū iuſſit iſraeli⸗tis vxores dimittere alienige⸗

nas. p quas ibant ad deos alienos. non ille p maritos acquirebant deo. Recte hoc precepit. qr p moysen iusserat dñs ne q̇s vxorē alienigenā duceret. Merito ergo quas duxerant dño ꝓhibente dño iubente dimiserūt. qr vt ait Ambro. Non eſt putandū matrimoniū qḋ extra decretū dei factū eſt. ſed vt cognoſcitur emendandū: vt quādo fidelis infideli copulatur. Sꝫ vt ait Augu. cū cepiſſet gentibus euangelium p̄dicari. iam ꝯiunctos gentiles gentilibꝰ cōperit ꝯiugibus. ex q̇bus ſi non ambo crederent. ſꝫ vnꝰ vel vna ⁊ infidelis cū fideli ꝯſentiret habitare nec prohiberi a dño debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi. Ideo non ꝓhiberi. qr iuſticia pmittit a fornicante diſcedere. Et infidelis homis fornicatio eſt maior in corde nec vera eius pudicitia cum cōiuge dici pōt. quia oı̄e qḋ non eſt ex fide pctı̄ eſt. Quis veraꝫ fidelis habeat pudicitiā. etiā cum infideli ꝯiuge q̄ non habet veram. Ideo aūt nec iuberi. qr nec contra iuſſionem dñi gentiles fuerunt ambo ꝯiuncti. Licitū ergo erat p iuſticiam fideli infidelem dimittere. ſed licitū nō erat faciendū ꝓpter liberaꝫ beniuolentiaꝫ. Euident apparet ⁊ iter infideles coniugiū eſſe ⁊ apoſtolum de illis agere. q̇ in infidelitate ꝯiuncti fuerūt ⁊ poſt alter ad fidē ꝯuerſus eſt. cū quo etiā infidelis habitare ꝯſenſit. ⁊ hūc non dimittere fideli ꝯſulit apl's qr forte p fidē ſaluabit infidelis.

De fornicatione ſpūali ob quā poteſt dimitti coniunx.

¶ Poteſt tn̄ licite dimittere. qr in infideli eſt fornicatio. ſi nō corpis: tn̄ mentis. Cauſam eñ fornicationis dñs excepit. Fornicationē vero generaleꝫ ⁊ vniuerſalē intelligere cogimur: nō modo. ſcꝫ corpalem ſꝫ ⁊ ſpūalē. de qua Aug. ait. Idolatria et quelibet noxa ſupſtitio fornicatio eſt. Dñs aūt pmiſit ⁊ cauſa fornicationis vxorē dimitti. ſed nō iuſſit ⁊ ſic dedit ap'lo locum monendi: vt qui voluerit nō dimittat. pōt tn̄ licite dimittere. Si eñ fornicatio carnꝭ deteſtāda eſt in ꝯiuge. quātomagꝭ fornicatio mentꝭ. id ē infidelitatis.

Pro quibus vitijs poſſit dimitti.

¶ Si autē queris an propter aliud vitiū niſi ꝓpter infidelitatē vel idolatriam poſſit dimitti.

Attende q̄d Aug. ait. Si infi-
delitas fornicatio eſt: ⁊ ydola-
tria infidelitas. ⁊ auaricia ydo-
latria non eſt dubitandū ⁊ aua
riciam fornicationē eſſe. Quis
ergo quālibet illicitā ꝯcupiſcen
tiaꝫ pōt a fornicationis genere
ſeparare. ſi auaricia fornicatio
eſt. Ex quo intelligit̃ ꝙ ꝓpter
illicitas ꝯcupiſcētias non tm̄ q̄
in ſtupris cuꝫ alienis viris vel
feminis cōmittunt̃. ſed ob quaſ
libet q̄ aiam a lege dei aberrare
faciunt ⁊ pernitioſe corrumpi.
poſſit ſine crimine ⁊ vir vxoreꝫ
ſuā dimittere ⁊ vxor vir̄. Iteꝫ.
Rectiſſime dimittit̃ ſi viro ſuo
dicat: nō ero vxor tua: niſi mihi
de latrocinio diuitias congre-
ges: vel niſi ſolita lenocinia exer
ceas aut ſi q̄d aliud facinoroſum
vel flagitioſum a viro ſuo expe
tat. Tunc ille ſi veraciter peni-
tens eſt: habetq̄ fidem p dilec-
tioneꝫ operantē: membrum q̄d
cuꝫ ſcandalizat amputabit. Ex
his apparet ꝙ non ſolū infide-
litas ſed etiā quelibet concupi-
ſcentia q̄ pernitioſe turpiterq̄
corrūpit: fornicatio ſpiritualis
eſt per quā vir vxoreꝫ vel vxor
vir̄ dimittere poteſt. Conſulit
tamen apoſtolus ne fidelis di-
mittat infidelem volentem co-
habitare. nec a deo reuocare.

Si fideli liceat aliā ducere i
fideli diſcedēte vel dimiſſa.

¶ Hic queritur ſi fidelis dimit
tat infidelem. vel infidelis a fi-
deli diſcedat. an liceat fideli ali
am ducere? Videtur auctoritas
teſtari ꝙ illa viuente alterā du
cere non valeat. Ambro. enim
v̄ba apoſtoli exponēs ait. Alio
quin ſi diſceditis ab inuicem et
volentes cohabitare dimittitiſ.
⁊ alijs vos copulatis adulteri
eſtis: ⁊ filij veſtri qui de hac co
pula naſcuntur. immundi id eſt
ſpurij ſunt. Itē. Si quis habue
rit vxorem virginē ante baptiſ-
mum: viuente illa poſt baptiſ-
mum alteram habere non po-
teſt. Crimina eniꝫ in baptiſmo
ſoluuntur non coniugia.

Que premiſſis contraria vi
dentur.

¶ Sed econtra Ambro. teſta
tur. Si infidelis dicit apl's di-
cedit diſcedat. Non eīn eſt ſer-
uituti ſubiectus frater aut ſoror
in hmōi: quia non debet̃ reue-
rentia ꝯiugij ei q̄ horret autorē
ꝯiugij. Non eſt eīn ratuꝫ matri
moniū quod ſine deuotione dei
eſt: ⁊ ideo non eſt peccatuꝫ ei q̄
dimittitur ꝓpter deum. ſi alij ſe

copulauerit. Cõtumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum qui relinquit ne accuſet alij copulat⁹. Infidelis aũt diſcedens ⁊ in deuz peccat ⁊ in matrimoniuz. nec eſt ſeruanda ei fides ꝯiugij qui ideo receſſit ne audiret xp̄m eſſe deũ xp̄ianorum coniugiorum. Si vo amboborum crediderint per cognitionez dei ꝯfirmatur coniugium.

Determinatio.

Attende hec predictis ꝯtraria poſſe videri. ita vt ſibi Ambroſius contradicere videatur. Sed diſtiguendũ eſt hic aliud eſſe dimittere volentẽ cohabitare. aliud dimitti ꝓpter deum ab illo qui horret nomen xp̄i. Ibi lex beniuolẽtie non ſuatur: hic veritas cuſtoditur. Et ideo cũ liceat dimittere volentẽ cohabitare non tamẽ ea viuente aliam ducere licet. Diſcedentem vero ſequi non oportet. ⁊ ea viuente aliam ducere licet. Sz hoc non eſt intelligenduz niſi de his qui in infidelitate ſibi copulati ſunt Sz ſi ad fidem vterqȝ ꝯuerſus eſt. vel ſi vterqȝ fidelis matrimonio ꝯiunctus eſt. ⁊ poſt alter eorum a fide diſceſſerit ⁊ odio fidei coniugẽ reliquerit dimiſſus diſcedentez non comitabit. nec tamen illa viuente alterũ ducere poterit. quia inter eos fuerat ratum coniugiuz quod non poteſt diſſolui.

Quidã dicunt ꝯiugiuz non eſſe inter infideles ⁊ quare.

Sunt tñ nonnulli qui inter infideles aſſerunt non eſſe ꝯiugiuz. quia nec rata nec ligitima eſt eorum copula. Rata non ẽ: quia ſolui põt. nec legitima. qꝛ apl's ait. Om̄e qđ non eſt ex fide peccatum eſt. Eoꝝ autez cõiunctio non eſt ex fide. ⁊ ideo pctm̄ eſt. Non eſt ergo ꝯiugiũ: qꝛ nullũ ꝯiugiuz pctm̄ ẽ. Aug. etiam dicit. qꝛ non vera pudicitia infidelis cũ fideli. Sed vera negat eſſe pudicitia. non ꝙ infideliũ ꝯiugium non ſit veꝝ: ſed qꝛ non habet illud triplex bonũ qđ excuſat coitum ⁊ meret premiũ. Itẽ illud apl'i. Omne qđ non eſt ex fide: peccatũ eſt. non ita intelligendũ eſt: vt quicquid fit ab infidelibus pctm̄ ſit. ſz omne qđ fit contra fidem. id eſt cõſcientiã: male fit. ⁊ ad gehennã edificat. Uel in oi eo qđ infidelis facit peccat: non qꝛ illud facit: ſed quia non eo modo illud facit quo debet. non referẽs ad

debitum finem.

Qđ legitimū ſit ꝯiugiū īfideliū ſ3 nō ratū. ⁊ quare.

¶ Copula ergo maritalis q̄ eſt inter infideles ꝯiugiuȝ eſt legitimū: ſed non ratuȝ. Legitimuȝ q2 eſt inter legitimas pſonas: ſed non ratū: q2 ſine fide. Coniugiū vero fideliū eſt legitimū: ⁊ ratū. ſi tn̄ legitime ſunt pſone. Q̄ autē legitima ſit infidelium ꝯiunctio Aug. teſtatur dicens. Uxoꝛ legitima ſocietate ꝯiuncta ſine vlla culpa relinquitur ſi cū viro xp̄iano pmanere noluerit. Ex hoc etiaȝ ꝓbatur q̄ infideli ad fidē conuerſo apoſtolus ꝯſuluit infidelē non dimittere. Qđ non faceret: ſi non eſſet inter eos legitimū ꝯiugium. Legitimū eſt qđ legali inſtitutiōe vel ꝓuincie moꝛibus non ꝯtra iuſſionē domini contrahitur.

Circa trigeſimam nonam diſt. querit. an diſparcultus impedit matrimonium? ¶ Pꝛobulus. q. itelligentia eſt notandum q̄ in pꝛimitiua eccleſia pmittebat q̄ fidelis perſona contraheret cum infideli. Naȝ tunc fideles erant multū feruentes in charitate xp̄i et facile cōuertebāt infideles: ſed refrigeſcente charitate docuit experientia q̄ fideles ſubuerſi ſunt ab infidelib9. Jdeo recte ſancta mater eccleſia ꝓhibuit talia connubia. vt habet in ca. Caue. 4. 28. q. pꝛim̄. Jdcirco ſi nunc vir fidelis attentat contrahere cū iudea vl' ſarracena matrimoniuȝ eſt nullum ꝓpt̄ illegitimationē eccl'ie. ¶ Sed eſt difficultas ſi duo infideles cōtraxerint matrimoniū ⁊ vnus eoꝛū cōuertatur ad fidem: an matrimoniū diſſoluitur. ¶ Ad hoc r̄ndet diſtinguēdo. vel vxoꝛ vult conuerti ad fidem vel nō vult conuerti: ſi pꝛimū ratificatur per conuerſionem amboꝛum ſi ſecundum adhuc iteruȝ eſt diſtinguēdum. vl' vult habitare talis mulier infidelis cum viro fideli ſine cōtumelia ſaluatoꝛis vl' non vult ſine contumelia ſaluatoꝛis: ſi ſcđm poteſt: immo tenet eam relinq̄re ⁊ poteſt ducere vnā aliaȝ: ſi vero vult habitare ſine cōtumelia ſaluatoꝛis: diſtinguendū eſt adhuc. vel periculuȝ eſt q̄ ſubuertet ab ea vel non eſt periculum. ſi pꝛimū non debet habitare cum ea: non tn̄ pōt cū alia contrahere: ſi vero non eſt periculū pōt habitare cum ea vt tandē eam conuertat ⁊ ſanctificet per eum ſicut inquit apoſtolus pꝛim̄ ad Coꝛith. 7. mulier infidelis ſanctificabit p virū fidelem ⁊ econuerſo: vir infidelis ſctificabitur per mulierē fidelē: ⁊ ita fuit ſanctificatus pater diui Aug. p ſanctam Monicham. ¶ Ulterius ē difficultas: ſi vir infidelis conuertat et

pinquitate ſui ſanguinis vſqꝫ ad ſeptimum gradū vxores du cant. His auctoritatibus alijſqꝫ pluribꝰ conſanguineorū cō-iunctiones prohibent̄ vſqꝫ ad ſeptimum gradum.

De computatione graduū conſanguineitatis.

¶ Quomō autē gradus conſanguinitatis computādi ſint. Iſidorus oſtendit ſic. Series ꝯſanguineitatis ſex gradibꝰ dirimit̄ hoc mō. Filius ꝛ filia qđ eſt frater et ſoror. ſit ipſe trūcus Illis ſeorſum ſeiunctis ex radice illius trunci egrediunt̄ iſti ramunculi. nepos ꝛ neptis ꝑmꝰ: ꝓnepos ꝛ ꝓneptꝭ ſecundꝰ. abnepos ꝛ abneptis tertius. adnepos ꝛ adneptis quartus. trinepos ꝛ trineptꝭ quintꝰ. trinepotis nepos ꝛ trinepotis neptis ſextus. Attende ꝙ ſex gradus tm̄ ponit Iſid. qꝛ truncū inter gradus non cōputat. Alij vero q̄ ſeptē gradus ponunt truncū inter gradus computant. varie nāqꝫ computant̄ gradꝰ. ꝯſanguineitatis. Alij em̄ p̄rem in p̄mo gradu. filios in ſcđo ponūt. Alij primū gradū filios appellant: negātes gradū cognationis int̄ patrem ꝛ filiū eſſe. cum vna caro ſint pr̄ ꝛ filiꝰ. Auctoritates ergo q̄ ꝯſanguineitatis cautelā vſqꝫ in ſeptimū graduꝫ ꝓhibent p̄rem ponūt in primo gradu. Illi v̊o q̄ vſqꝫ ad ſextuꝫ gradū ꝓhibent: primū gradū filios appellāt. atqꝫ ita fit vt eedē ꝑſone ſm̄ hanc diuerſitatē inueniantur in ſexto ꝛ ſeptimo gradu. Patrem v̊o in primo gradu ponit. q̄ frēs dicit eē ſcđm gradū. Hoc mō cōputat Zacharias papa inqēns Parētele gradus taliter cōputemus. Ego ꝛ frat̄ meus vna gn̄atio ſumus. primūqꝫ gradū efficimus Rurſus filiꝰ meus ꝛ fr̄is mei filius ſcđa gn̄atio ſunt. ſcđm gradum faciunt: atqꝫ ad hunc modū cetere ſucceſſiōes. Inter illos v̊o q̄ ſex computant gradus ꝛ illos q̄ ſeptē cōputant gradus: nulla in ſenſu extitit diuerſis ꝗbus in numero graduum varietas videatur. Vltima v̊o generatio ſi a fratribus ſumat initiū numerandi ſeptima inuenitur.

Quare ſex gradus computantur.

¶ Quare vero ſex computet Iſid. ipſe apit dicēs. Conſanguineitas dū ſe paulatī ꝓpaginū ordinibus dirimens vſqꝫ ad

vltimũ gradum ꝯtraxerit ⁊ ꝓ-
pinq̃tas eſſe deſierit: tũc primũ
lex in mr̃imonij vinculum eã re
cipiet. ⁊ quodammõ incipiet re
uocare fugientem. Jdõ aũt vſq͵
ad ſextũ generis gradum ꝯſan
guineitas ꝯſtituta ẽ. vt ſicut. vi.
etatibus mundi gñatio ⁊ hoĩs
ſtatꝰ finit: ita ꝓpinquitas gene
ris tot gradibꝰ terminetur. Jn
his ſex gradibꝰ oĩa ꝓpinq̃tatũ
noĩa ꝯtinent. vltra quos nec af
finitas iueniri nec ſucceſſio põt
amplius ꝓrogari. Scd'm alios
ſeptẽ gradus idõ computant. vt
ita poſt ſeptem gradꝰ ſponſus
ſponſe iungat. ſicut poſt hãc vi
tã q̃ ſeptem diebus agit eccleſia
xp̃o iunget. His aũt occurrit il
lud qd' Grego. Auguſtino an
glorum ep̃o a quo req̃ſitus fue
rat. quota gñatione debeãt co-
pulari. reſcribit ſic. Quedã lex
romana permittit: vt ſiue fra-
tris vel ſororis ſeu duorũ frm̃
germanoꝝ ſeu duaꝝ ſoroꝝ filiꝰ
⁊ filia miſceant. Sed experimẽ
to didicimus ex tali ꝯiugio ſo-
bolẽ non poſſe ſuccreſcere. Un
de neceſſe ẽ vt q̃rta vel q̃nta gña
tio fideliũ licenter ſibi ꝯiungat.
Sz poſt multũ tp̄is idẽ Gre.
a felice Meſſine Sicilie p̃ſide
req̃ſitꝰ. vtꝝ Auguſtino ſcripſe
rit vt angloꝝ q̃rta gñatione cõ
tracta mr̃imonia non ſoluerent
inter cetera talem reddidit rõ-
nem. Qd' ſcripſi Auguſtino an
gloꝝ ep̃o. ipſi etiã angloꝝ gen-
ti que nuꝑ ad fidẽ venerat: ne a
bono qd' ceperat metuendo auſte
riora recederet. ſpẽalit ⁊ nõ gña
lit me agnoſcas ſcripſiſſe. Nec
idõ hec eis ſcripſi vt poſt q̃ in fi-
de fuerint ſolidati. ſi infra ꝓpriã
ꝯſanguineitatẽ inuẽti fuerint:
non ſeparent aut infra affinitatis
lineam. i. vſq͵ ad ſeptimam ge-
nerationem iungantur.



Jrca quadra
geſimã diſt.
queritur. An
ꝯſãguineitas
impediat ma
trimoniũ cõ-
trahendum ⁊
dirimat ꝯtra-
ctum. ¶ Pro huius. q. intelligentia
eſt notandum ꝙ cõſanguineitas ſic
deſcribitur. Eſt vinculũ perſonarũ
ab eodem ſtipite deſcendentiũ car-
nali propagatione contractũ. Ex
iſta diffinitione ſequitur ꝙ Adam ⁊
Eua non erant conſanguinei: nam
Eua non deſcendit ab Adam natu
rali propagatione. Ulterius eſt no
tandum ꝙ in primitiua eccleſia nul
li gradus erant prohibiti niſi illi: q̃
habentur Leuitici. 18. cap. Sed po
ſtea ſancti patres vt amicitia xp̄ia-
norum ampliaret ⁊ charitas fratna

ordinauerunt q nulli contraherent citra ſeptimũ graduƺ conſanguineitatis. vt patet. 35. q. 5. Poſtca vero Innocentius terti⁹ in concilio gñali. vt habet in ca. Non debƺ de conſanguineitate et affinitate. ordinauit q cõſanguinitas vltra. 4. gradũ nullos impediret a matrimonio cõtrahendo: ſed bene in. 4. gradu vel citra. ¶ Iſtis notatis rñdet ad titulũ q̃ſtionis vnicã concluſionẽ. ſ. cõſãguineitas i. 4. gradu vl' citra. 4. gradum impedit matrimoniũ contrahendũ ⁊ dirimit contractũ. Hec concluſio patet ex ca. allegato. Nõ debet. ¶ Ex iſta concluſione ſequit q ſi aliq̃ in. 3. vel. 4. gradu ꝯſanguineitatis attentent contrahere nihil faciunt ⁊ peccant mortalr niſi ignorantia inuincibilis excuſet eos: ⁊ adueniente diſpenſatione romani põtificis neceſſariũ eſt q de nouo conſentiant ad hoc q ſit verum mrĩmonium inter eos. ¶ Sed queres quo modo debent cognoſci et cõputari gradus conſanguineitatis. ¶ Pro huius reſponſione eſt aduertendũ q triplex eſt linea. ſ. deſcendentiuƺ et aſcendentium ⁊ colletaralis. Linea aſcendentiũ et deſcendentium ſupponunt pro eadeƺ linea: ita q ſi computem⁹ ſic. Abrahã Iſaac Jacob Judas dicit linea deſcendẽtiuƺ ſi vero cõputem⁹ ſic Judas Jacob Iſaac Abrahã dicit linea aſcendentium. Si vero cõputemus ſic. Eſau Jacob Joſeph dicit linea collateralis in linea recta ſiue aſcẽdentiuƺ ſiue deſcẽdentiũ, illi dicunt eẽ in primo gradu cõſanguineitatis: quorũ vn⁹ immediate deſcẽdit ab alio vt Abraham ⁊ Iſaac ⁊ illi dicuntur eſſe in ſecundo gradu q̃ñ vnus ſolus mediat inter illos vt Abrahã ⁊ Jacob ⁊ illi ſunt in. 3. gradu: q̃ñ duo mediãt. In linea vero colleterali vel tales equaliter diſtãt vel inequaliter. ſi primũ in illo gradu ſunt in quo diſtãt a cõi ſtipite. ſi ſcđm in eo ſunt gradu in q̃ remotior diſtat a cõi ſtipite et ideo Eſau ⁊ Jacob ſunt in primo gradu et Eſau ⁊ Rubẽ ſunt in ſcđo gradu et iſte eſt modus cõputandi ſcđƺ dominos canoniſtas ⁊ theologos. Domini vero legiſte eodeƺ mõ cõputãt in linea aſcendentiũ vel deſcendentiuƺ: ſed nõ in linea collaterali. Nã duos fratres collocant in ſcđo gradu cõſanguineitatis: duplant enim gradus ad perſonas: ſƺ de ipſis nõ eſt curandum: q2 matrimonium celebrandum eſt iuxta ius canonicuƺ et non iuxta ius ciuile.

¶ Contra concluſionẽ arguit Pauce ſunt perſone excepte Leuitici. 18. ca. ergo papa non põt alias perſonas excipe ⁊ illegitimare: ꝯña probatur: q2 papa non põt variare materiam ſacramentoꝝ. ¶ Ad hoc argumentum rñdet negando ꝯñaƺ et ad probationẽ rñſuƺ eſt in prima queſtione huius quarti.

¶ Scđo arguitur ſic. Duo in quarto gradu non poſſunt cõtrahere ergo duo cõiuges quoꝝ vn⁹ eſt in quinto nõ poſſunt cõtrahere maxime ſi alter ſit in primo: ꝯña pbat: q2 reducẽdo difformitates ad vniformitatem tales erunt citra quartum graduƺ cõſanguineitatis vt patet intuenti. ¶ Ad hoc argumentuƺ

rñdetur negando ꝯñam: et ad ꝓbationem non oportꝫ reducere difformitates ad vniformitatẽ: ſed ſoluꝫ oportet reſpicere ad remotiorẽ ⁊ ſapientiſſime taliter ordinauit romanus pontifex. Naꝫ laici indocti ſiue ſimplices neſciũt tales reductiões et faciliime fuiſſent decepti.

¶ Tertio arguit̃ ſic. Judei cõtrahunt in tertio ⁊ quarto gradu cõſanguineitatis ergo reſolutio q̃ſtionis nulla: añs probat̃: verũ ⁊ legitimum eſt matrimoniuꝫ inter eos ergo vere ⁊ realiter contrahunt matrimonium. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando ꝯñam: rõ eſt: q꜡ lex eccleſię ſoluꝫ obligat illos: qui ſunt de gremio ſuo ⁊ nõ illos qui ſunt foris: modo iudęi ⁊ infideles nõ ſunt de gremio eccleſię. ¶ Contra iſtaꝫ ſolutionem arguit̃. Judęi obligant̃ et infideles oẽs ad legem xp̄i ſuſcipiendaꝫ ergo obligant̃ ad leges eccleſię: ꝯña probat̃. Quicunq; obligantur ad añs: obligant̃ ad ꝯñs: q̃d ſeq̃tur ex illo ergo iudęi ⁊ infideles oẽs obligant̃ ad leges eccl̃ię ¶ Ad hanc replicã rñdet̃ negando ꝯñam et ad probationẽ negat̃ iteruꝫ ꝯña: ratio eſt: q꜡ leges eccl̃ię non ſequuntur in bona ꝯña ex ſola xp̄i lege: ſed ex aliq̃bus aliis: quę nõ ſunt de xp̄i lege imo conſiſtunt in facto: et ꝯcluſio ſequitur debilioreꝫ partẽ. ¶ Cõtra iſtam ſolutionẽ replicat̃. ſi tales coniuges infideles ⁊ conſanguinei in tertio vel quarto gradu conuertãtur ad fidem xp̄i ratificabitur inter eos matrimoniũ ⁊ ꝓpter ſuſceptionem fidei non deſinunt eſſe conſanguinei in tertio gradu vel quarto: ⁊ hoc erit ſine diſpenſatione ergo reſolutio nulla. ¶ Ad hanc replicã rñdetur negãdo ꝙ hoc erit ſine diſpẽſatione. Nã romanus põtifex in fauorem fidei vniuerſaliter diſpẽſat cum talibus recenter conuerſis.

¶ Quarto arguitur ſic. Thamar dixit fratri ſuo Amon pete me a patre ⁊ dabit me tibi. ſ. in vxorem et Thamar et Amõ erant in primo gradu conſanguineitatis ergo reſolutio. q. nulla. ¶ Ad hoc argumẽtum bifariaꝫ rñdet̃. Vnomõ ꝙ thamar decipiebat̃ credẽdo ꝙ poterat eſſe matrimoniũ inter eam ⁊ fratrẽ ſuum Amon ⁊ ideo verba eius non ſunt ponderanda. Alio modo rñdetur ꝙ thamar nõ erat filia regis Dauid ſed priuigna: ⁊ dauid nõ erat pr̃ ipſius thamar ſꝫ vitricus ⁊ ideo nõ erant in p̄io conſanguineitatis gradu. Quare bene poterat eſſe matrimonium inter eos. ¶ Circa iſtã. q. dubitatur primo ſi bertha cognoſcit̃ carnaliter a Joanne ⁊ attentat contrahere matrimoniuꝫ ꝑ verba de p̄ſenti cum Hieronymo fratre ipſiꝰ Joãnis an ſit verum matrimoniũ. ¶ Ad h̃ dubiuꝫ rñdet̃ negatiue nec illam põt ducere in vxorẽ ſine diſpẽſatione romani pontificis pręcedẽte: quę difficulter haberi poterit. nã romanꝰ põtifex nõ ſolet diſpenſare in talibus caſibus niſi cuꝫ regibꝰ et principibus. Ex iſta rñſione ſequit̃ ꝙ ſi aliq̃s carnaliter aliquã mulierẽ cognouit nõ põt ducere in vxoreꝫ filiam ipſiꝰ mulieris: nec papa valꝫ in hoc diſpenſare cum hoc ſit cõtra

ius naturale ꝛ diuinum. ¶ Dubitaꝛ ſcđo an papa valet diſpenſare cum illis perſonis: que prohibentꝛ Leuitici. 18. ca. ¶ Ad hoc rn̄detꝛ a doctoribꝰ ꝙ ſi oēs ille pſone ſunt ꝓhibite iure naturali ꝛ diuino ita ꝙ tales ꝓhibitiones ſint morales: tunc papa neqͣt diſpenſare. Si vero tales prohibitiones ſint iudiciales: tuncpapa poterit diſpenſare in aliquibus. De palude tenet expſſe ꝙ papa nō pōt diſpenſare: qꝛ oēs ille pſone ſūt ꝓhibite iure naturali ꝛ diuino. Ego tamē nullo mō credo ꝙ oēs ille ſūt probibite iure naturali ꝛ diuino maxime qꝛ vidimus diebꝰ noſtris papam diſpenſaſſe cum rege portugalie vt haberet duas ſorores ex p̄re ꝛ matre ſucceſſiue ꝛ conſobrinā illaꝝ que fuerat deſponſata ſuo proprio filio. Similꝛ regina Anglie q̄ modo regnat habuit duos fratres ex patre ꝛ matre ſuceſſiue ꝛ mō adhuc retinet ſm̄ frēm: ex q̄ genuit filiam que adhucviuit. ¶ Jđo reſolutorie dicendum eſt ꝙ non oēs ille pſone ſunt mō probibite iure naturali ꝛ diuino: ſed ſolū alique de quibꝰ ratio naturalis dictat vnicuiqꝫ ꝙ non eſt cōtrahēdū matrimoniuꝫ inter eas.

De gradibus affinitatis. Diſtinctio. XLI.



Nunc đ affinitate vidēdū ē: de qua Greg. ait: porro đ affinitate quā dicitis parētelaꝫ eſſe q̄ ad virum ex pte vxoris. ſeu que ex pte viri ad vxorē ptinet. manifeſta ratio eſt: qꝛ ſi ſm̄ diuinam ſniam ego et vxor mea ſumꝰ vna caro. ꝑfecto mibi ꝛ illi mea ſuaqꝫ parentela ꝓpinqͣtas vna efficitur. Quo circa ꝛ ſoror vxoris mee in vno ꝛ primo gradu erimꝰ: filius vero eius ſcđo gradu erit a me neptiſ vō in tertio. Jdqꝫ vtrinqꝫ in ceteris agendū eſt in ſucceſſionibus. Uxorem vō ꝓpinq̄ cuiuſcūqꝫ gradus ſit. ita me optet attendere quēadmodū ipſiꝰ quoqꝫ gradus aliqua femina ꝓprie ꝓpinqͣtatis ſit. Qđ nimiꝝ vxori mee đ ꝓpinquitate viri ſui in cunctis cognationis gradibus ꝯuenit obſuare. Qui vō alioꝛſum ſentiunt antixp̄i ſunt. Jteꝫ Julius papa. Equaliter vir cō iugitꝛ ꝯſanguineis proprijs et ꝯſanguineis vxoris. Jtē Jſiđ. Sane ꝯſanguineitas que ī proprio viro ꝯſuanda eſt. etiam in vxoris parentela đ lege nuptiarū cuſtodienda eſt. qꝛ ꝯſtat eos duos fuiſſe in carne vna. Jđqꝫ cōis eſt illis vtraqꝫ parentela. Jteꝫ Julius papa. Nullum in vtroqꝫ ſexu pmittimꝰ ex ꝓpinqͣtate ſui ſanguinis vel vxoris vſqꝫ in ſeptimū generationiſ gra

dũ vxorẽ ducere. vel inceſti ma
cula copulari: q2 ſicut nõ lz cui-
q3 de ſua ꝯſãguineitate xp̄iano
ſic nec de ꝯſanguinitate vxoris
ꝯiugem ducere propter carnis
vnitatẽ. Item Grego. De affi
nitate ꝯſãguineitatis ꝑ gradus
cognationis placuit vſq3 ad ſe-
ptimã gñationez obſuare. Nã
ꝛ hereditas reꝝ ꝑ legales inſtru
mentoꝝ diffinitiones ſancita.
vſq3 ad ſeptimũ gradũ heredu3
ꝓtendit ſucceſſionẽ. Non eni3
eis ſuccederent niſi de ꝓpagine
cognationis deberet. His au-
ctoritatibꝰ inſinuat. ꝛ q̄ ſit affi-
nitas. ꝛ vſq3 ad quẽ gradum ſit
obſuanda ſc3 vſq3 ad ſeptimũ.

Varie traditiones de affi-
nitate.

¶ Sed alij vidẽtur ꝯcedere in
q̄nta gñatione inter affines con
trahi ꝯiugium. ꝛ in quarta etiã
ſi ꝯtractum fuerit non ſeparari.
Ait eni3 Fabianus papa. De
ꝓpinq̄s q̄ ad affinitatẽ ꝑ viꝝ ꝛ
vxorẽ veniunt. defuncta vxore
vel viro in q̄nta gñatione iun-
gãtur. In quarta ſi inuenti fue
rint non ſepent. In tertia vo ꝓ
pinq̄tate non lz vxorez alterius
accipe poſt obitum eius. Equa
liter vir iungat in matrimonio
eis q̄ ſibi ꝯſanguinei ſunt ꝛ vxo
ris ſue conſanguineas poſt mor
tẽ vxoris. Ecce hic concedit in
q̄nta vel q̄rta ꝓpinq̄tate affini
um fieri ꝯiugium. Juliꝰ etiam
papa ait. Statutũ eſt vt relicta
pr̄is vxorez ſuã. relictam fratris
vxorez ſuã relictam filij vxorez
ſuã. nemo ſibi in matrimonium
ſumat. relicta3 vxorẽ conſangui
neoꝝ vxoris ſue vſq3 in tertia3
ꝓgenie3 nemo in vxorẽ ſumat.
In quarta vo ꝛ quinta ſi inuen
ti fuerint non ſepentur. Ecce q3
varie de affinitatis obſuatione
loquunt auctores. Alij eñ vſq3
ad ſeptimũ gradum ea3 obſua
ri ſanciunt. Alij vo in quito vel
quarto matrimonia ꝯtracta nõ
diuidunt. Sed illi vitatis rigo-
rem. iſti miſericordie diſpenſa-
tionẽ vident ꝓponere. Poteſt
eñ eccleſia diſpẽſare in copula
affiniu3 vſq3 ad tertium gradũ.
ſicut Greg. diſpẽſauit in quar-
to gradu cõſanguineitatis. Il
lud autẽ non eſt p̄tereundũ qđ
Grego. Venerio epo ſcripſit:
Sedẽ apoſtolicam ꝯſulere de-
creuiſti. ſi mulier copula nuptia
li extraneo viro ꝯiuncta cogna
tioni eius ꝑtineat ſi eo d̄functo
cognatio maneat vel ſub alio vi
ro cognationis vocabula diſſol

uant vel ſi ſuſcepte ſoboles poſſint legitie ad prioris viri cognationis tranſire copulā. Si vna caro fuerit. quō aliqs eorū pōt ꝓpinquus vni ptinere: niſi ptineat alteri? Hoc minime poſſe fieri credenduz eſt. Porro vno defuncto in ſuperſtite affinitas non deletur: nec alia copula cōiugalis affinitatē copule priorū ſoluere valet. ſed nec alteriꝰ coniunctionis ſoboles placet ad affinitatis prioris viri conſortiū tranſire. Si quis ergo ſacrilego ꝛ temerario auſu in defuncto q̄rit ꝓpinquitatez extinguere vel ſub altero affinitatis vocabula diſſipare vel ſuſceptas ſoboles alterius copule ꝓpinquitati p̄oris credit legitime ſociari. hic negat dei v̄bum validuz eſſe quod dixit. Erunt duo in carne vna. Ecce hic ꝓhibet ſi mortuo primo viro vxor eius alij nupſerit. filios de ſcđo viro genitos ducere vxores d̄ cognatione prioris viri. qꝛ filij mediante matre ad cognationē prioris viri ptinent. cū quo mater eoꝝ vna caro extiterat. Hec idē etiam Innocētius papa ait. Si que mulier ad ſecundas nuptias trāſierit ꝛ ex eis ſobolē genuerit. nullatenus poteſt ad conſortiū cognationis prioris viri ptingere. Hoc autē obſ̄uandū eſt vſqꝫ ad ſeptimū generis graduz ſed maxime vſqꝫ ad tertium ꝛ quartum. ſicut ſupra poſitum eſt.

Si coniugium ſit inter eos qui nota ꝯſanguineitate diuiduntur.

¶ Et eſt ſciendu ꝙ eccleſia infra p̄dictos gradus conſanguineitatis ꝯiūctos ſepat. Si aūt ignoranter ꝯiuncti fuerint incōſpectu eccleſie ꝛ poſt moduz ꝓbata ꝯſanguineitate eiuſdem iudicio ſepati. Querit vtrum copula illa coniugiū fuerit. Quibuſdam videt non fuiſſe ꝯiugiū qꝛ non erant legitime pſone. ſꝫ tñ de crimine excuſant p ignorantiam. ꝛ quaſi ꝯiugium reputat. qꝛ bona fide ꝛ p manū eccleſie ꝯuenerunt. Vñ ꝛ filij eoꝝ legitimi habent. Alij v̄o dicunt fuiſſe ꝯiug ū licet nō eſſent legitime pſone. qꝛ taliū ꝯiunctiōes vocant canones ꝯiugia. vbi de pſonis agit quaruz teſtimonio conſanguineoruz ſit dirimenda ꝯiunctio. Vñ Urbanus papa. Si duo viri vl' tres ꝯſanguineitatē iureiurādo firmauerit. vel ipſi forte ꝯfeſſi fuerint coniugia diſſoluant. Si v̄o neutrū ꝯtige

rit epi eos p fidem xpi obteſten tur: quaten⁹ palam fateant ſi ſe recognoſcũt ꝯſanguineos. Si ſe iudicio epoꝝ ſegregauerint alia matrimonia nõ ꝓhibeant ꝯtrahere. Idem Notificamus tibi vt cũ tres vel duo ex ꝓpin quioribus eius q̇ accuſant hãc ꝓpinquitatẽ iuramento firma- uerint. vel ſi duo vel tres ex an tiquoribus ianuenſibus. quibus hec ꝓpinq̇tas eſt nota qui bone fame ꝛ veracis teſtimonij ſint re moto amore timore precio ꝛ oĩ malo ſtudio predicta firmaue- rint ſine mora ꝯiugia diſſoluan tur. Conſanguineos vͦo extra- neoꝝ nullus accuſet. vel ꝯſan- guineitatẽ i ſinodo computet ſed ꝓpinqui ad quoꝝ noticiã ptinet. Si autẽ ꝓgenies tota defecerit: ab antiquioribus ꝛ ve racioribus q̇bus ꝓpiquitas to ta nota ſit. eps canonice perq̇- rat ꝛ ſi inuenta fuerit ſeparẽtur. Ecce quibus accuſantibus vel teſtificantibus dirimenda ſit cõ ſanguineorum coniunctio que coniugium vocatur.

Diſtictio vtilis quid ſit for nicatio.

¶ Hic dicendũ eſt ꝙ aliud eſt fornicatio. aliud ſtuprũ. aliud adulteriũ. aliud inceſtus. aliud rapt⁹. Fornicatio licet ſit genus omnis illiciti coitus q̇ fit extra vxorem. tñ ſpecialiter intelligit in vſu viduaꝝ vel meretricũ vel ꝯcubinarũ. Stuprum proprie eſt v̇ginum illicita defloratio. Adulteriũ eſt alieni thori vio- latio. vñ adulterium dicit qua- ſi alteri⁹ thori acceſſio. Inceſt⁹ eſt conſanguineaꝝ vel affiniũ abuſus. Unde inceſtuoſi dicun tur q̇ conſanguineis vel affini- bus ſuis abutũtur. Rapt⁹ ad- mittitur cũ puella violent a do mo pr̃is educit. vt corrupta in vxorẽ hẽatur. ſiue puelle ſiuė pa rentib⁹ vis illata conſtiterit. hic morte mulctatur. ſed ſi ad eccle ſiam cũ rapta confugerit priui- legio eccleſie mortis impunita tẽ meretur. Addendũ eſt etiã illud Alexandri q̇ ait. Q. frater ſororue vxoris tue cognati di- cuntur equocationis iure fit. ꝛ neceſſitate vulgaris appellatio nis potius q̃ꝫ vlla cognationis cauſa. Uxor eñ fratris fratriſſa potius q̃ꝫ cognata vocat. Ma riti frater leuir dicitur. Duoꝝ fratrũ vxores ianitrices vocan tur quaſi eandẽ ianuam intran tes. Uiri ſoror glos appellatur Sororis autem vir non habet

ſpẽale nomẽ: nec vxoris frater.



Irca quadrageſimã p̃ria3 diſt. querit̃ vtrum affinitas impediat matrimoniu3 contrahendũ et dirimat cõtractum? ¶ Pro huius .q. intelligẽcia eſt aduertendum ꝙ affinitas eſt propinquitas ex matrimonio: vl' copula carnali: vel ſponſalibus proueniens: robur trahens ex eccleſie inſtitutione ad impediendu3 m̃rimonium. Dicit notanter vl' copula carnali ad cõprehendendu3 concubitus fornicarios vel adulterinos: na3 ex talibus etia3 contrahitur affinitas. Tertia particula ꝛ vltima ponit ad comprehendendũ publice honeſtatis iuſticiam. immo vinculũ ex ſpõſalibus proueniẽs q̃d potius vocat publice honeſtatis iuſticia q̃3 affinitas: ſed in rei veritate affinitas quedam eſt. Vñ affinitas tot h3 grad⁹ quot habet cõſanguineitas: et ideo ego ſum in p̃rio gradu ſorori meo q2 ſoror mea ꝛ ego ſum⁹ conſanguinei in primo gradu ꝛ conſobrin⁹ ſororij mei eſt ſorori affinis in ſecundo gradu. ꝛ ſic cõſequenter de alijs Et ſi arguas mai⁹ vinculu3 eſt vinculum conſanguineitatis q̃3 vinculum affinitatis ergo vinculũ affinitatis non debet habere tot gradus quot hab3 vinculũ ꝯſanguineitatis negatur ꝯña: ſed bene verũ eſt ꝙ facilius diſpenſat papa in gradib⁹ affinitatis q̃3 in gradibus conſanguineitatis. ¶ Iſtis notatis rñdet ad queſtionẽ ꝑ duas concluſiones. quarum p̃ma eſt iſta. Affinitas precedens impedit matrimonium cõtrahendum ꝛ dirimit contractum. Secunda cõcluſio eſt iſta. Affinitas ſequens impedit matrimonium contrahendum ſed non dirimit contractum. Iſte concluſiones patẽt ꝑ determinationẽ romani pontificis in titulo de ꝯſãguineitate ꝛ affinitate.

¶ Contra iſtas concluſiones arguitur ſic. Sequeretur ꝙ Plato mortua vxore ſua non poſſet ducere in vxorẽ ſororem ſue vxoris mortue: ꝯña eſt falſum ergo falſitas cõſequẽtis probat: mortua vxore platonis deſtruit affinitas ergo põt ducere ſororẽ vxoris mortue: añs ꝓbatur: mortua vxore vir eſt ſolutus teſte paulo ad romanos .7. ergo affinitas deſtruit mortua vxore. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet concedendo ſequelam: intelligendo ſine diſpenſatione pape ꝛ negando minorem: et ad probationẽ negat añs: ꝛ ad ꝓbationem negat ꝯña: rõ eſt: q2 mortua vxore vir non obligat amplius illi. nihilominus non põt facere qui iam fuerit affinitas contracta inter ipſum et conſanguineos vxoris defuncte: cum ad p̃teritũ non ſit potentia. ¶ Contra iſtã ſolutionem arguitur. mortua vxore platonis ceſſat cõſanguineitas ipſi⁹ ad ſuos ergo mortua vxore platonis ceſſat affinitas: ꝯña probat: q2 cõſanguineitas eſt cauſa affinitatis. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negando ꝯñam: et ad probatione3 negat illud: ſ3 bñ

copula carnalis ē cauſa affinitatis
vel ipſum matrimoniuz. ¶ Contra
iſtam ſolutionē replicat: vxor plato
nis non eſt affinis ipi platoni ergo
nullus conſanguineus ipſi⁹ vxoris
eſt affinis ipſi platoni: ꝯña tenet: qꝛ
propter vnumquodqꝫ tale ⁊ illud ma
gis teſte pħo: ſed conſanguinei vxo
ris ſunt affines platoni ꝓpter ipſaz
vxorem ergo ipa vxor eſt affinis vl'
ipſi cōſanguinei ſunt affines. ¶ Ad
hanc replicā rñdet negando ꝯñam
et ad probationem dico ꝙ illa ma
xima philoſophi habꝫ multas inſtā
tias in cauſis equiuocis. vt pꝫ de ſo
le qui eſt cauſa caliditatis ⁊ tamen
ipſe ſol neqꝫ eſt calid⁹ neqꝫ frigid⁹.

¶ Scđo arguit ſic. Concubi
tus contra naturā non cauſat affini
tatem ergo neqꝫ concubitus illicit⁹
vt puta fornicatio vel adulterium.
¶ Ad hoc negatur ꝯña: rō eſt: qꝛ in
cōcubitu contra naturā nō eſt cōmi
xtio ſeminum ſed in fornicatione vl'
adulterio eſt commixtio ſeminum.

¶ Tertio arguit ſic. Sponſa
lia conrahuntur qñqꝫ per parentes
pro filijs ⁊ talia ſponſalia nō indu
cunt attinentiam: que dicit publice
honeſtatis iuſticia vt habetur extra
de deſponſatione impuberuz. cap.
Literas et cap. Acceſſit. ergo dicta
nulla. ¶ Ad hoc argumentū rñdet
negando ꝯñam: ⁊ rō eſt: qꝛ talia ſpō
ſalia de quib⁹ eſt ſermo in illis cap.
allegatis fuerunt contracta ante ſe
ptennium et talia nō inducūt aliqđ
vinculum ſed bene illa que ſunt poſt
ſeptenniū contracta. vt habetur de
ſponſalibus. ca. Juuenis. ⁊ ca. Au

dientiam. Nam talia et impediunt
contrahendū ⁊ dirimunt cōtractuz.

De ſpirituali cognatione.
Diſtinctio. XLII.

De parenta
liuz gradu
um famo
ſa queſtio
ne aliqđ li
cet minus
ſufficienter
diximus. Jam de ſpūali cogna
tione addamus q̄ etiam pſonas
impedit vt non ſint legitime ad
ineundas nuptias. Tria q̄daz
ſunt ꝯſanguineitas. affinitas ⁊
ſpūalis germanitas. Cōſangui
neitas eſt inter eos q̄ iungūtur
ſm lineā generis. Affinitas in
ter eos q̄ genere q̄dez non ſunt
ꝯiuncti ſed mediante gñre ſunt
ſociati. vbi gratia. Vxor filij fra
tris mei q̄ nō eſt de genere meo
ꝑ ipſum qui eſt de genere meo
mihi affinis facta eſt ⁊ ego illi.
Spūalis ꝓximitas eſt iter cō
patrem ⁊ cōmatrem ⁊ inter eos
quoꝝ vnus alterū de ſacro fon
te leuauit. vel in cathezizatione
aut ꝯfirmatione tenuit. Eſt eti
am inter filios eiuſdē hominis
carnales ⁊ ſpirituales.

Qui ſint filij ſpirituales.

¶ Spūales filij ſunt quos de

ſacro fonte leuamus vel i cathe
zizatione ſeu ꝯfirmatione tene
mus. Filij etiam ⁊ filie ſpūales
eoꝝ ſunt. qui trine merſionꝭ vo
cabulo eos ſacro baptiſmate ti
gunt. Dicitur etiā ſpūalis filia
ſacerdotis q̄ ei pctā ſua ꝯfitet̃. Unđ Simachus papa. Om̄es
quos in pnīa ſuſcipim⁹ ita nr̄i
ſpūales ſunt filij. vt ⁊ ipſi quos
vel nobis ſuſcipiētibus vel ſub
trine merſionis vocabulo mer-
gentibus vnda baptiſmi regene
rauit. Silueſter etiā ammonet
vt ad ſuaȝ filiam penitentialem
nullus ſacerdos accedat: qꝛ ſcri
ptum eſt. Oēs quos in penitē
tia accipimus ita nr̄i filij ſunt vt
in baptiſmo ſuſcepti. quoꝝ oīm
flagitioſa eſt cōmixtio. Qđ aūt
cōpater ⁊ commater ſibi iungi
nequeāt. nec pater ſpūalis. nec
mater filie vel filio ſpūali ex ꝯci
lio Maguntienſi docetur. De
eo qđ interrogaſti ſi aliquis fi-
liolam ſuā duxerit vxorē. ⁊ đ eo
q̄ ꝯcubuit cum matre ſpūali. ⁊
de eo qui filiū ſuum baptizauit
⁊ vxor ei⁹ euȝ de fonte ſuſcepit:
hac cauſa vt diſcidiū fieret ꝯiu
gij. ſi poſt i tali copula poſſunt
ꝑmanere ſic r̄ndendum eſt. Si
filiolā aut cōmatrē ſuaȝ aliquis
in ꝯiugium duxerit. ſepandos
eſſe iudicam⁹. ⁊ graui penitētia
plectendos. Si v̄o ꝯiuges legi
timi vel vn⁹ vel ambo ex indu-
ſtria hoc fecerint vt filium ſuuȝ
de fonte ſuſceperint. ſi innupti
manere voluerint bonū eſt. Si
autē grauis pnīa inſidiatori iū
gatur ⁊ ſimul maneat. ⁊ ſi preua
ricator ꝯiugij ſuprixerit: acerri
ma penitentia mulctetur ⁊ ſine
ſpe ꝯiugij maneat. Ex his ap-
paret ꝙ aliq̄s filiolam ſuam vel
cōmatrem non poteſt ſibi copu
lare nuptialiter. ⁊ ſi preſumptū
fuerit ſepandi ſunt. Qui autem
legitime coniūcti ſunt non in-
de ſepandi ſunt. qꝛ alter eorum
inſidioſe filiuȝ de fonte leuauit.
Qđ etiaȝ Nicolaus confirmat
dicens. Noſce deſideras vtruȝ
mulierq̄ue viri filium ex alia fe-
mina genitum de ſacro fonte le
uauerit. poſt modum poſſit cuȝ
eodem viro copulari. Quos
ideo coniungi poſſe decreuim⁹
quia ſecunduȝ canones ſacros
niſi amborum cōſenſu nullius
religionis obtentu debȝ cōiunx
dimittere coniugē cum apoſto
lus precipiat. Nolite fraudare
inuicē: niſi forte ex conſenſu ad
tempus ⁊c. Ideo dictū eſt no-
bis quaſdam feminas deſidio-
ſe. quaſdā vero fraudulenter vt

a viris ſuis ſepenūr proprios fi-
lios coram epis ad confirman-
dum tenuiſſe. Vñ nos dignuʒ
duximus. vt ſi que mulier filiū
ſuum deſidia aut aliqua fraude
corā epo tenuerit ad confirmā
dum propter fallatiam vel frau
dem ꝙ͂ diu viuat pniam agat.
tamen a viro ſuo nō ſeparetur.
Item Johan. papa. Ad limi-
na ſancti Petri homo nomine
Stephanus veniens noſtro p̄
ſulatui innotuit ꝙ filium ſuum
in extremo vite poſitum necdū
baptiſmi vnda lotum absentia
ſacerdotuʒ cogente baptiʒauit
cumq̄ꝫ proprijs manibus ſuſce
pit atq̄ꝫ ꝓ huiuſmodi negocio
reuerētia tua prefatuʒ hominē
a ſua ꝯiuge iudicauit eſſe ſepan
dum. Qđ fieri nullatenus debʒ
dicente ſcriptura. Qđ deus cō
iunxit hō non ſepet. Et dn̄s nō
dimittere vxorē niſi cauſa forni
cationis iubet. Et nos tāta au
ctoritate fieri dicim⁹ non dimit
tendum eſſe ⁊ inculpabile iudi-
candū qđ neceſſitas intulit. Nā
baptiʒandi opus laicis fidelib⁹
ſi tn̄ neceſſe fuerit libere conce-
ditur. Vnde ſi ſupradict⁹ homo
filium morientē aſpiciēs ne aio
perpetuo perire dimitteret: vn-
da baptiſmi lauit. vt eū de pote
ſtate mortis eriperet bn̄ feciſſe
laudatur. Ideoq̄ꝫ ſu e vxori ſi-
bi iam olim legitime ſociate im
pune ꝯiuʒ viuerit iudicamu⁹ ma
nere ꝯiunctū. nec ob hoc ſepari
debere. His alijſq̄ꝫ plurib⁹ au-
ctoritatibus edocet ꝯiuges nō
eſſe ſepandos ſi poſt legitimaʒ
copulam alter alterius filiuʒ de
fonte leuauerit: vel in confirma
tione tenuerit.

Quid premiſſis obuiat.

¶ His autēʒ obuiare videtur
quod deuſdedit papa ait. Per
uenit ad nos dyaconus ſancti
tatis veſtre epiſtolā deferēs ꝙ
quidam viri ⁊ mulieres preteri
to ſabbato paſchali pro magno
populi incurſo neſcientes filios
ſuos ſuſcepiſſēt de lauacro. Cu
pis ergo ſcire an propt̄ hoc de-
beant viri ac mulieres ad ꝓpꝛuʒ
vſum redire vl̄ non. Nos vero
hac re meſti: priorū inq̄ſiuimus
dicta. ⁊ inuenimus in archiuis
id ē in armarijs apoſtolice ſedis
iam talia contigiſſe in pluribus
eccleſijs. quaꝝ epis ab hac apo
ſtolica ſede volentib⁹ ſcire vtrū
viri ac mulieres redirēt ad pro
prium thorū. Beate memorie
ſancti patres Julius papa In
nocentius ⁊ Celeſtinus cū epi

ſcopoꝝ plurimoꝝ ꝯſenſu i apoſtoloꝝ pncipis eccleſia preſidentes talia reſcripſerūt ⁊ confirmauerūt. vt nullo modo ſe in ꝯiugio reciperent viri ac mulieres quicūqꝫ hac rōne ſuſceperūt natos. ſed ſeparent ſe. ne ſuadente diabolo tale vitium inualeſcat. Itē. Si quis filiaſtrum vel filiaſtrā ſuam ante epiſcopū tenuerit ad confirmationē ſeparetur ab vxore ſua. ⁊ aliā nunqꝫ accipiat. Hec autē vel ad terrorem dicta ſunt non ꝙ ita eſſet faciendū. ſed ne illud fieret ſummope cauendū. vel de illis eſt intelligendum q̄ prius filios ſuos viciſſim de fonte ſuſceperūt. qꝫ fierent ꝯiuges. Premiſſis autem auctoritatibus oīno conſentiendū eſt vt ſiue ꝓpriaꝫ ſiue tm̄ viri filiū mulier ď fonte ſuſceperit non ideo a viro separet᷑. Qđ ⁊ de viro ſimil'r opꝫ intelligi.

De copula ſpūaliū vel adoptiuoꝝ ⁊ naturaliū filioꝝ.

¶ Quod autē ſpūales vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant Nicola⁹ papa teſtat᷑ ita inquiens. Ita diligere debꝫ hō eum q̄ ſe ſuſceperit de ſacro fonte ſicut patrē. Inter fratres ⁊ filios ſpūales gratuita ⁊ ſancta cōmunio eſt: q̄ dicenda non eſt cōſanguineitas ſed habēda ſpūalis proximitas vñ īter eos arbitror nō poſſe fieri legale ꝯiugiū. q: nec inter eos q̄ natura ⁊ eos q̄ adoptione filij ſunt: venerāde leges matrimonia ꝯtrahi pmittunt. Item. Si inter eos nō ꝯtrahitur matrimoniū quos adoptio iūgit: quanto potius a carnali oportet inter ſe ꝯtubernio ceſſare. quos per celeſte ſacramentum regeneratio ſancti ſpiritus vincit:

Si filij q̄ ante cōpaternitatē vel poſt nati valēt ꝯiūgi.

¶ Hoc autē quidaꝫ volunt intelligere de illis tantū filijs. quibus compatres facti ſunt. De alijs vero qui ante cōpaternitatem vel poſt geniti ſunt concedūt ꝙ legitime ⁊ licite iūgi poſſunt. Quibus videtur ꝯſentire Urbanus ſecūdus dicēs. Super quib⁹ conſuluit nos tua dilectio hoc videtur reſpondendū. vt ⁊ baptiſmus ſit: ſi inſtante neceſſitate femina puerū in nomine trinitatis baptiſauerit. ⁊ ꝙ ſpiritualiū parentū filij vel filie ante vel poſt cōpaternitatē genite poſſunt legitime coniungi. preter illam pſonam qua

compatres effecti ſunt.

Paſchalis papa.

¶ Paſchalis vero ſecundus: poſt cōpaternitatē genitos copulari prohibet ſcribens Regino epo. Poſt ſuſceptum filiuȝ de fonte vel filiā ſpūalem qui ex cōpatre vel ex cōmatre fuerint nati matrimonio iungi nō pñt. Illud etiā notandum eſt qđ in Triburienſi ꝯcilio legitur. Si quis ſue ſpūalis cōmatris filiaȝ fortuitu ⁊ ita ꝯtingente rerū caſu in ꝯiugium duxerit. maturiori ſeruato ꝯſilio habeat atq legitimo ꝯnubio honeſte opaȝ det.

Si qs ducere poſſit duas cōmatres vnam poſt alteraȝ.

¶ Solet etiam q̄ri ſi cōmatreȝ vxoris poſt eius obitū quis ducere valeat. De hoc Nicolaus papa. ſic ſcribit. Sciſcitatur anobis ſanctitas veſtra. ſi quis duas cōmatres hr̄e valeat vnam poſt alterā. In quo meminiſſe debes ſcriptū eſſe. Erunt duo i carne vna. Cuȝ ergo conſtet ꝙ vir ⁊ mulier vna caro efficiunt̄ reſtat viruȝ cōpatrem conſtitui mulieri cui⁹ aſſumpta vxor cōmater erat. ⁊ ideo virū illi femine non poſſe ꝯiungi que cōmater eius erat cuȝ qua idē fuerat vna caro effect⁹. Huic auteȝ illud ꝯtrariū videtur. Qui ſpiritualē habet compatrem cui⁹ filiū de lauacro ſuſceperit. ⁊ vxor eius cōmater non eſt licet ei defuncto cōpatre ſuo eius viduā ducere in vxorē. quos nulla generatio ſpiritualis ſecernit. Itē ex epl'a Paſchalis pape. Poſt vxoris obitū cum cōmatre vxoris ꝯiugio copulari: nulla ratio vel auctoritas videtur prohibere. Non eīn per carnis vnionem ad vnionē ſpirit⁹ trāſitur. Sed ſciendū eſt ꝙ auctoritas Nicolai de illo ait qui vxori ſue debitū reddidit poſtq̄ cōmater illius extitit. Alie vero auctoritates de illo agunt cuius vxor poſtq̄ a viro ſuo derelinquit̄ illius cōmater efficitur. nec poſt cōpaternitatē a viro ſuo cognoſcit̄. vel de viro potius agunt. cuius vxor ante defungitur q̄ ab eo cognoſcatur.

Si vir ⁊ vxor poſſint ſimul tenere puerum.

¶ Solet etiaȝ queri. Si vxor cū viro ſimul debeant in baptiſmo ſuſcipere puerum. De hoc Urbanus ait. Qđ vxor cū marito in baptiſmo ſimul nō debeat ſuſcipere puerū. nulla aucto

ritate videtur vel reperitur prohibitū. ſed vt ipſa puritas ſpūalis paternitatis ab oī labe ꝛ infamia ꝯſeruetur imunis. decreuim⁹ vt vtriq̧ ſimul ad hoc aſpirare non preſumant. qꝛ vero piaculare flagitium commiſit q̄ duabus commatribus vel ſororibus nupſit: magna penitentia debet ei iniungi.

De ſecūdis ꝛ tertijs nuptijs ꝛ deinceps.

¶ Sciendū eſt etiā ꝙ non ſolū prime vel ſecūde nuptie ſunt licite ſed etiā tertie ꝛ quarte nō ſunt dānande. Vñ Augu. Secūdas nuptias omnino licitas apl's concedit. De tertijs autē ꝛ quartis: et de vltra pluribus nuptijs ſolent hoīes mouere q̄ſtionē. Si quis audeat diffinire qđ nec apoſtolum video diffiniſſe Ait eñ Si dormierit vir eius cui vult nubat. Non dicit primus vel ſcđs vel tertius vel quotuſlib; nec a nobis diffiniēdum eſt qđ nō diffinit apl's: vñ vt breuiter reſpondeā; nec illas nuptias debeo dānare: nec eis verecūdiam numeroſitatis auferre: nec contra humane verecundie ſenſum audeo dicere: vt quotiēs voluerint nubant: nec ex meo corde pter ſcripturarū auctoritatem quotaſlibet nuptias damnare. Idem teſtatur Hiero. Ego nunc libera voce exclamo nec damnari in eccl'ia bigamā immo nec trigamam ꝛ ita licere quinto ꝛ ſexto quēadmodū ſecūdo marito nubere. Apoſtolus tñ bigamos a ſacerdotali honore excludit Sꝫ hoc non facit ꝓ vicio bigamie. immo pro ſacramēti virtute. vt ſit vna vni⁹ ſicut vnica vnici. Illud tñ ceſarienſ concilij videtur innuere bigamiam eſſe peccatū Preſbyteruꝫ inquit in nuptijs bigami prādere non ꝯuenit. qꝛ cum pnia bigam⁹ indigeat: q̄s erit preſbyter qui talib⁹ nuptijs poſſit prebere ꝯſenſuꝫ. Sꝫ hoc đ illo intelligi poteſt qui prime vxori inſidiatus putatur deſiderio ſecunde. vel pro ſignaculo ſacramēti illud dicitur quod in bigamo non ſeruatur. Ambroſius etiam dicit ꝙ prime nuptie tantum a domino ſunt inſtitute. ſecunde vero ſunt permiſſe. ꝙ prime nuptie ſub benedictione dei celebrantur ſublimiter. Secunde vero etiam in preſenti carent gloria.

Circa .42am. diſti. q̄rit. Utrum cognatio ſpiritualis vel legalis: impediat matrimonium contrahendū ⁊ dirimat contractū. ¶ Pro huius. q. intelligentia eſt aduertendum ꝙ licet olim fuerit magna controuerſia inter doctores. An oīa ſacramenta cauſent cognationē ſpūalem: nunc tn̄ nulla ē poſt romani pōtificis determinationē: et ideo reſolutorie rn̄det ꝙ ſolum duo ſacramēta ⁊ vnum ſacramentale inducūt cognationē ſpūalē. ſ. ſacramentū baptiſmatis ⁊ ſacramentuꝫ confirmationis ⁊ catechiſmꝰ cui cognatio inducta bn̄ impedit matrimoniū contrahendū ſed non dirimit cōtractū ſecus eſt de cognatiōe inducta per p̄dicta duo ſacramenta. Un̄ decē perſone prohibent contrahere matrimonium ratione baptiſmatis et totidem rōne confirmationis. Prime ſunt leuās ⁊ baptizatus. Scd̄e ſunt leuans et parentes baptizati. Tertie ſunt baptizatus ⁊ filie leuantis. Quarte ſunt baptizatus ⁊ vxor leuantis. Quinte ſunt vxor leuātis et parētes baptizati. Et pariforma prohibentr quinqꝫ perſone inter baptizantē ⁊ baptizatum: ⁊ [illegible] decez pſone prohibentur. et pariforma. 5. pſone prohibentur inter leuantē ⁊ cōfirmatum: et totidem inter cōfirmātem ⁊ confirmatū. ¶ Alterꝰ eſt notandum ꝙ cognatio legalis fit quādo aliqs adoptat aliquem in filiuꝫ vel nepotē ⁊ in linea recta deſcendēti eſt perpetuū impedimentū impediens matrimonium. In lineis vero collateralibus mortuo adoptante deſtruitur tale impedimentuꝫ vt habetur de cognatione legali. cap. Si qua. ¶ Iſtis notatis rn̄detur ꝑ duas ꝯcluſiones. quaꝝ pria eſt iſta. Cognatio ſpūalis p̄cedēs vel legalis impedit matrimoniū contrahendum et dirimit cōtractū. Scd̄a concluſio eſt iſta Cognatio ſpūalis vl' legalis ſequēs impedit matrimonium contrahendū ſed non dirimit contractum. Ambe cōcluſiones patēt per determinationē romani pōtificis in locis allegatis.

De reſurrectionis ⁊ iudicij ꝯditione. Diſtin. XLIII.

Poſtremo d̄ ꝯditione reſurrectionis ⁊ modo reſurgentiuꝫ: necnon ⁊ d̄ iudicij ⁊ miſericordie qualitate breuiter diſſerēdum eſt. Omnibus q̄ſtionibus que de hac re moueri ſolent ſatiſfacere nō valeo. reſurrecturā tamen carnem omniuꝫ quicūqꝫ nati ſunt atqꝫ naſcētur ⁊ mortui ſunt ⁊ morient̄ nullatenus ambigere debet xp̄ianus Ait eñ Eſaias Reſurgēt mor

tui. et reſurgent qui erant in ſepulchris. Et apoſtolus. Nolumus vos igno. fra. de dor. vt nõ cõ. ſicut et ceteri qui ſpẽ non habent. ſ. reſurrectionis. Hoc enĩ vobis di. in ver. do. quia nos q̃ vi. qui re. ſu. nõ pre. eos q̃ dor. Quoniã ipſe do. in iuſſu et ivo. ar. et i tu. dei deſcẽ. de ce. et mor. qui in chriſto ſunt re. p̃mi. Deinde nos qui vi. qui relin. ſi. ra. cũ illis in nu. obui. chriſto in aera. et ſic ſemp cum domino erimus his verbis et veritas reſurrectiõis et cauſa atq; ordo reſurgentiũ preclariſſime iſinuatur.

De voce tube.

¶ Cauſa eni reſurrectiõis mortuoꝝ erit vox tube q̃ in aduentu iudicis ab oĩbus audietur. et cuius virtute excitabunť mortui: et de monumẽtis reſurgent Unde ꝓpheta. Dabit voci ſue vocẽ virtutis id eſt effectũ reſuſcitãdi mortuos. Et iohannes euangeliſta ait. Uenit hora in qua oẽs q̃ in monumentis ſunt audient vocẽ filij dei. et procedent qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vite. qui vero mala egerũt in reſurrectionẽ iudicij. Si vo q̃riť cui⁹ vel qualis erit vox illa. Ap̃lus dicit ꝙ erit archangeli. i. ipſius xp̃i q̃ eſt princeps archangeloꝝ. Uel vox erit alicuius vel pluriũ angeloꝝ. Eadẽq; dicitur tuba q̃ erit manifeſta et nouiſſima: q: poſt eã nõ erit alia. Hec tuba vt ait Aug. eſt clamor: de quo diciť in euangelio. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiã ei. Tube nomine aliquod euidens et preclarũ ſignũ intelligitur. Quod vox archangeli et tuba dei ab apoſtolo dicitur. in euãgelio vox filij d̃i et clamor appellatur: qd̃ ſignũ mortui audient et reſurgent.

De media nocte.

¶ Media aũt nocte d̃r venturus. vt ait Aug. Non ꝓ hora tp̃is ſ; q: tunc veniet cum non ſperať. Media ergo nocte ſcil; cum valde obſcurũ erit. i. occultum veniet. Dies enĩ dñi ſicut fur in nocte ita veniet. Poteſt tñ non incõgrue intelligi medie noctis tp̃e venturus. q: vt ait Caſſiod. Hoc tp̃e p̃mogenita egypti percuſſa ſunt qñ etiã ſpõſus ventur⁹ eſt. Pluribus etiã locis conteſtanť auctores ꝙ aduentus xp̃i dies d̃r dñi. non ꝓ qualitate tp̃is: ſed rerũ q: tunc cogitationes et ꝯſilia ſingulorũ

patebūt. Unde i Daniele. Ve tuſtus dierū ſedit. ꝛ libri aperti ſunt corā eo. Libri ſunt conſci entie ſingulorum. que tunc aperientur aliis. ꝛ tunc implebitur. Nihil occultum qđ non reuele tur. Adueniēte autē ſummo iu dice non ſolū aeris tenebre illu minabuntur. ſed abſcondita cor dium manifeſtabuntur. Virtu te ergo diuina fiet vt cuiuſqꝫ ope ra ſua bona vel mala cuncta in memoriā reuocentur ꝛ mentis intuita mira celeritate cernātur vt accuſet vel excuſet hominem conſcientia: eaqꝫ teſte damnetur vel ſaluetur.

De memoria electorum ſi tūc precedentia mala teneat.

¶ Hic querit vtrū electis tūc aſſit memoria p̄cedentiū malorū ſicut bonorum. Quedā auctoritates vidētur bonos tradere non habituros tunc memoriaꝫ precedentiū malorum. i. pctōꝝ vel tormentorum. Ait em̄ Eſa. Ego creo celos nouos ꝛ terrā nouā: ꝛ non erūt in memoria priora: ꝛ nō aſcendent ſup cor: ſed gau debitis ineternum. Itē. Obliuioni tradite ſunt anguſtie priores: et abſcondite ab oculis noſtris. Que de futuro exponens Hiero. ait. Obliuioni tradent priora mala quia forſitan in futuro priſtine cōuerſationis memoria oino delebit ſuccedentibus bonis eternis. ne ſit pars malorum p̄oris anguſtie memorari. Sed hec ꝛ his ſimilia poſſunt accipi ſic: vt nō excludant memoriā precedentiuꝫ malorum. ſed ex ea moleſtiam ꝛ leſionē amoueant. Non em̄ eorū memoria ſanctos ꝯtriſtabit: vel eorum beatitudinē obfuſcabit ſꝫ gratiores dō reddet. Vn̄ ſup p̄s. lxxxviij. ait. Greg. Quō in eternuꝫ miſericordias dn̄i canit: q̄ miſerie non meminit. Quō autē plena beatitudo: ſi memoria reatus mē tē tangit. Sed ſepe leti triſtium meminimus: ꝛ ſani dolorū meminimus ſine dolore ꝛ inde amplius leti ꝛ grati ſumus. Ex his apparet ꝙ ſi priorum malorū memoriā ſancti habebūt in futuro. nō eis tamen erit ad penā vel glorie derogationem. ſed ad gratiarū actionem. Si vero queritur vtrū pctā que fecerunt electi ꝓdeant tunc in noticiā omnium ſicut mala dānandorum omnibus erunt nota. Non legi hoc exp̄ſſum in ſcriptura. Unde non irrationabiliter putari poteſt pec cata hic per penitentiaꝫ tecta ꝛ

deleta. illic etiã tegi alijs. Alia vero cunctis propalari.

De his q̃ viui reperientur.

¶ Queri ſolet vtrum illi quos viuos inueniet xp̃s nunq̃ oĩno morituri ſint: an ipſo tp̃is puncto quo rapientur obuiã xp̃o: ad imortalitatem mira celeritate ſint trãſituri. Non eñ dicendũ eſt fieri nõ poſſe vt p aera in ſublime portent̃: in illo ſpacio ⁊ moriant̃ ⁊ reuiuiſcant. Ad hũc aũt ſenſum quo eſtimem⁹ illos in quo ſpacio ⁊ paſſuros mortem ⁊ accepturos imortalitatẽ apl'us nos vrgere videtur vbi dicit. Oĩnes in xp̃o viuificabimur. Et alibi. Qd̃ ſeminas nõ viuificat̃: niſi prius moriatur. Cur aũt nobis incredibile videatur illã multitudinem corpoꝝ in aere quodammodo ſeminari atq̃ ibi protinus imortaliter ⁊ incorruptibiliter reuiuiſcere cũ credamus in ictu oculi futurã reſurrectionẽ ⁊ in membra ſine fine victura. tanta velocitate rediturũ antiquiſſimoꝝ cadauerũ puluerẽ. Sed vellem de his potius audire doctiores. Si ergo ſanctos qui reperientur xp̃o veniente viuentes eiq̃ obuiã rapientur crediderim⁹ in eodẽ raptu de mortalib⁹ corporibus exituros: ⁊ ad eadẽ mox imortalia redituros: nullas in verbis apoſtoli patiemur anguſtias: generaliter accipientes illd̃ qd̃ dictum eſt. Omnes quidẽ reſurgemus ſcʒ tam boni q̃ mali: ſʒ nõ omnes imutabimur ſcʒ in ſolennitatem reſurrectionis. De hoc etiam Ambro. ait. In ipſo raptu eoꝝ qui viui reperientur mors erit ⁊ reſurrectio. vbi anima quaſi p ſoporẽ egreſſa d̃ corpore eidem in momento reddatur. Econtra vero ſcribens ad Marcellã Hiero. teſtari videtur. dicens quoſdã in fine ſeculi adueniente xp̃o non eſſe morituros. ſed viuos repertos in imortalitatẽ repente mutãdos. Hoꝝ autẽ quid verius ſit non eſt humani iudicij diffinire.

Quomodo intelligit̃ xp̃s iudex viuorum ⁊ mortuoꝝ.

¶ His aũt adijciendũ ẽ dupliciter intelligi qd̃ dicit̃. Chriſtus iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Aut enim viui accipiuntur qui in aduentu eius viui reperientur. licet in raptu moriantur: ⁊ mortui qui ante deceſſerãt. vel viui ⁊ mortui qui accipiuntur iuſti ⁊ iniuſti.

cęlum atteretur quo ad virtutem illam influxiuam.

¶ Scdo arguit ſic. Saluator noſter pbauit cõtra saducęos reſurrectionẽ mortuoꝝ per hoc.ſ.ꝙ deus dicitur deus Abraham deus Iſaac deus Jacob: ſed certum eſt ꝙ tunc Abraham ꝛ Iſaac ꝛ Jacob non reſurrexerant ergo ſolum intelligebatur tale dictũ quo ad aias: et p ꝯñs non requirit ꝙ corpora reſurgant: ſed ſatis eſt ꝙ aię maneant. ¶ Ad h argumentũ rñdet negando ꝯñam. Jmmo probatio ſaluatoris erat ingenioſiſſima ꝛ inſolubilis. teſte em̃ aplo ad hebręos.4. Oia ſunt nuda et aperta oculis dei: ꝛ vocat ea q̃ nõ ſunt tanq̃ ea: quę ſunt: ꝛ ideo futuꝝ eſt ſibi preſens: ꝛ ideo qꝛ Abrahãet Iſaac ꝛ Jacob debẽt reſurgere ꝛ ꝓphętia eſt adeo certa ac ſi eſſet iam pręterita: ideo deus dicit deus Abraham deus Iſaac ꝛ deus Jacob. ad denotandum ꝙ ipſi debent reſurgere ꝛ ꝙ apud deuꝫ idẽ eſt ac ſi iaꝫ reſurrexiſſent.

¶ Tertio arguit ſic. Apoſtolus in loco allegato nititur probare reſurrectionẽ mortuorũ ex remuneratione laborum: quos ſcti pertulerunt: alias eſſent miſerabiliores ipſi apoſtoli ꝛ ſancti alij q̃ perditi homines: ſed ſufficiens remuneratio põt eſſe in aia: ergo reſurrectio corporum nõ erit. Ad hoc argumentũ rñdetur ꝙ teſte philoſopho noſtro actiones ſunt ſuppoſitorũ ꝛ ideo remuneratio debet ſuppoſitis: q̃ egerunt bona opera ꝛ nõ poſſunt remunerari niſi corpora reſurgant ꝛ ꝓducantur eadeꝫ ſuppoſita: ideo valde decet iuſticiam diuinã ꝙ corpora reſurgant: alias non remuneraret ſuppoſita: quorum ſunt actiones bonę vel malę. ¶ Contra iſtã ſolutioneꝫ arguitur aia punit in purgatorio ꝓ venialibus ꝛ venialia ſunt actiones ſuppoſitorũ ergo non inconuenit ꝙ ſola aia premiet pro actionibꝰ ſuppoſitorum poſtq̃ ſola punit in purgatorio pro peccatis venialibꝰ ſuppoſitoruꝫ. ¶ Ad hanc replicã rñdetur negãdo ꝯñam: ꝛ rõ eſt: qꝛ venialia nec ſunt ad vitã nec ſunt ad mortem: ꝛ ideo nõ inconuenit ꝙ aia puniatur pro talibus: im mo potiꝰ eſt purgatio q̃ punitio: ſed inconueniret ꝙ ſola aia puniret ꝓ pctis mortalibus. nam certũ eſt ꝙ poſt diẽ iudicij nõ ſola aia ſed ſuppoſita ęternaliter punient. ¶ Cõtra iſtã ſolutionem arguit. aia perfectior eſt extra corpus q̃ in corpore ergo meliꝰ eſt ꝙ non reſurgat corpus: añs probat aia extra corpus eſt cõformior deo et ſimilior ergo perfectior eſt extra corpus q̃ in corpore. ¶ Ad hanc replicam rñdet negando añs: ꝛ ad ꝓbationem diſtinguit añs. vel ſcđm quid ꝛ ſic cõcedit illud ꝛ negat ꝯña vel ſimpliciter ꝛ ſic negatur illud añs nam aia nõ habꝫ oẽm ſuã perfectionem niſi qñ eſt in corpe: et pręcipue in corpe glorificato. ¶ Contra iſtaꝫ ſolutioneꝫ arguit. ſicut mors ſpũalis infligit pro pctõ mortali ita etiã mors corpalis inflicta eſt pro peccato mortali pmi parentis: ſꝫ impoſſibile eſt poſt diem iuditij tranſire de morte ſpirituali ad vitam ſpiritualem ergo impoſſibile eſt tranſi

rē de morte corporali ad vitā corporalem. ¶ Ad hanc replicā rūdetur negando ꝯñā: ꝛ rō eſt: q: mors corporalis ſolū eſt inflicta tempaliter altera vero inflicta eſt eternaliter.

¶ Quarto arguit duabus authoritatibus. Pria eſt pſalmiſte dicentis non reſurgent impij in iudicio. Scda eſt Salomonis in tertio cap. Eccliaſtici dicentis. Unus eſt interitus hois ꝛ iumentorū ꝛ equa vtriuſqꝫ conditio ſicut morit homo et illa moriunt ſimiliter ſpirant oia et nihil habet hō iumento amplius ergo reſurectio mortuorū non erit. Ad primā authoritatē rūdet q itelligitur de reſurrectione ad vitā eternam. Nō certū eſt q impij reſurgunt ad mortem eternā: ideo talis reſurrectio ipſorū non vocat a pſalmiſta reſurrectio ſed potius mors. ¶ Ad alteram authoritatē rūdet q Solomon loquitur ibi diſputatiue: tandemqꝫ cōcludit q magna eſt differentia inter interitū vnius ꝛ alterius poteſt etiā dici q intelligit Salomon quo ad corpus ꝛ non quo ad aiam: certum eſt em̄ q aia iumenti deſinit eſſe ſm ſe et qdlibet ſui: aia vero hōis eſt incorruptibilis. ¶ Et ſi queras circa hanc.q. quando fiet reſurrectio an in media nocte an in die. ¶ Rūdet a diuo Thoma q in crepuſculo diei: ꝛ aſſignat duas pulchras rationes. Pria eſt q: tunc facta eſt reſurrectio ſaluatoris. iuxta illud pſalmiſte Exurgam diluculo. Alia rō eſt q: cōplebit circulatio ſolis ꝛ lune per reditū ad eundē punctum: ita q ſol erit tunc in oriente et luna in occidente. Queres vlterius ſi oēs collectiue tam viui q̄ mortui reſurgent in eodem inſtanti vl' tempore. Ad hoc rūdet negatiue. nam expreſſe apl's pme ad Theſſaloni. 4.ca. iquit. Mortui qui in xp̄o ſunt reſurgent primi: deinde nos qui viuimꝰ q reliquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibꝰ obuiā in aere. et non poteſt intelligi de primitate dignitatis. Nam in fine mundi erunt optimi xp̄iani: q̄uis pauci: qui maiora tormēta pro fide ſaluatoris patientur q̄ alij martyres paſſi ſunt. Ideo neceſſariū eſt intelligere de prioritate temporis.

¶ Querit ſcdo circa eandē diſtinctionē vtrū oībus hoibꝰ poſt reſurrectionē aderit memoria oīm pcedentiū bonorū ꝛ malorū: ¶ Ad hanc difficultatē rūdet aurelıꝰ Aug. in.2.lib. de ciuitate dei. dicēs q tūc quedā vis diuina aderit qua fiet q cuncta peccata ad memoriā reuocētur. Inſuper Gloſſa ſup illō prime ad Corinth.4.ſ. Illuminabit abſcōdita tenebrarum. dicit q geſta ꝛ cogitata bona ꝛ mala tun aperta ꝛ nota erunt oībus. pōt etiā probari rōne.ſ. ſicut ſe habet humanū iudiciū ad teſtimoniū exterius ita ſe hꝫ iudicium diuinū ad teſtimoniū cōſciētie. Iuxta illud q habet in.15.ca.1. Regum.ſ. hoies vident ea: que apparent: deus autē intuet cor: ſꝫ ſi nō poteſt eſſe perfectū iudicium humanum de aliquo niſi teſtes de oībus de quibꝰ iudicandū eſt teſtimoniū deponunt ergo iudicium diuinū cū ſit perfectiſſimū oportet q conſciē-

tia oīm recordetur de quib⁹ iudicā-dum eſt: ſed iudicandū erit de oib⁹ operibus bonis ⁊ malis Iuxta illō ſcdō ad Corinth.5.ca.ſ. Oēs enim nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i vt referat vnuſq̈ſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonū ſiue malum ergo oēs hoīes recordabuntur oīm operū tam bonoꝝ q̄ꝫ malorum.

¶ Contra iſtam rñſionē arguitur ſic. ſequeretur q̄ boni dolerēt et triſtarentur: ꝯñs eſt abſurduꝫ ergo rñſio nulla: ſequela ꝓbaꝛ: charitas in hac vita facit dolere de peccatis et quanto eſt maior tanto maioreꝫ dolorē parit: ſed poſt diē iudicij charitas erit maior in ipſis electis: ergo cauſabit dolorē ⁊ triſticiā ¶ Ad h̄ argumētuꝫ rñdeꝛ negando ſequelā et ad ꝓbationē dico q̄ aūs habꝫ verum qū nō eſt impedimentū. modo in die iudicij ⁊ poſt erit impedimentum. Nam erit excellens gaudium in eis qd̄ teſte philoſopo noſtro oēꝫ triſticiā expellet et nullaꝫ admittet. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur reprobi ⁊ damnati non recordabuntur bonorum operū que fecerūt ergo p̄deſtinati ⁊ electi nō recordabuntur malorū operū: ꝯña eſt nota ex rñſiōe.q.⁊ aūs probaꝛ. ſequereꝛ q̄ reprobi ꝑ talē memoriā bonoruꝫ operum alleuiarenꝛ ita q̄ pœna nō tantum eos cruciabit: ꝯñs eſt falſuꝫ ergo ſequela probaꝛ: memoria bonorum operuꝫ delectabit eos ergo pœna non tm̄ cruciabit. ¶ Ad hanc replicam rñdeꝛ negando aūs: ⁊ ad probationē negaꝛ ſeq̄la: ⁊ ad probationem nego q̄ memoria bonorum operum eos delectabit: immo affliget eos mirabiliter. Nā conſiderabunt q̄ illa bona opera nō ſunt premiata gloria eterna ꝓpter ſuas nequitias: ⁊ ſic memoria talium bonorum operum potius erit eis in pœnam q̄ꝫ in refrigerium.

¶ Scdō arguitur ſic. in Danie le habetur. Vetuſtus dieꝝ ſedit et libri aperti ſunt coraꝫ eo. ſup que verba Gloſſa inq̄t. Libri ſunt ꝯſciētie ſingulorum ſed libri non poſſunt legi niſi ſint in ipſis aliq̄ note ergo in conſcientijs electorum erunt aliq̄ note peccatoruꝫ ⁊ tales note ſunt reatus ergo in electis remanebunt poſt diem iudicij reatus pctōꝝ quod eſt oīno abſurdū. ¶ Ad hoc argumentū rñdeꝛ concedendo primam ꝯñam cum ꝯñte: negaꝛ tamē q̄ tales note ſint reatus ſed bñ ſunt ſigna mediantibus q̄b⁹ electi deuenient in noticias ſuorū peccatoruꝫ. ¶ Si dicas q̄ multa talia iam exciderunt a memorijs ipſorū. ¶ Ad h̄ iam rñdit Aug. lib. allegato. q̄ virtus diuina aderit ⁊c.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur q̄ in die iudicij quilibet poterit legere oīa que ſunt in cōſciētia alterius: ꝯñs eſt falſuꝫ ergo falſitas cōſequentis ꝓbatur: nō erit limpidior noticia hoīꝫ in die iudicij q̄ꝫ ſit nūc noticia angelorū in celo: quoꝝ equalitas promittiꝛ reſurgentibus a ſaluatore noſtro. Matthei.22.cap. ſed angeli mō in celo nequeunt legere archana aliorū. Nā alias nō inuicē ipſi angeli loquerenꝛ ergo impoſſi

bile eſt q̄ quilibet homo in die iudicij legat oia q̄ ſunt in conſcientia alterius. Jam probatur prima ſequela In iuſticia humana bon⁹ iudex conatur eam manifeſtare oibus: maxime cauſam ipſi⁹: ſʒ iuſticia diuina eſt perfectiſſima ergo maxime decʒ eam cum cauſa ipſius eſſe oib⁹ nota ſed hoc non eſſet niſi quilibʒ poſſet legere oia que ſunt in cōſcientia alterius ergo ſequela vera. ¶ Ad h̄ argumentum rn̄det concedendo ſequelam intelligendo mediante virtute diuina ꝛ negatur minor: ꝛ ad pbationē diſtinguit maior. vel cū virtute diuina ꝛ ſic negatur illa. vel ſecluſa virtute diuina ꝛ ſic conceditur illa ꝛ negat ꝯña: rō eſt: quia dñs de⁹ iuuabit virtutē humanā vt ſua iuſtitia oib⁹ ſit nota. ¶ Et ſi queras an talia cognoſcent in ſe vel in ſua cauſa vel in ſuo effectu. ¶ Ad hoc rn̄detur q̄ q̄libet iſtorū eſt poſſibile deo ſimiliter q̄ oia cognoſcat hō vno intuitu vel pluribus ſubito vel inſtāti aut ſucceſſiue: ꝛ hoc quo ad oēs. Nā electi oia poterūt cognoſcere in verbo diuino. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur. mali ſiue reprobi ex taliū noticia percipiēt aliqualē cōſolationem ergo non habebunt notitiā ipſorum: añs probatur: q2 vnumqdq̄ ſimile teſte ph̄o noſtro gaudet altero ſimili. ¶ Ad hanc replicaʒ rn̄det negando añs: ꝛ ad probationē dico q̄ excellens triſtitia reproborūʒ expellet oē gaudiū: immo nullum admittet. Inſup talis ſimilitudo potius erit in penā q̄ in refrigeriū.

De etate ꝛ ſtatura reſurgētiuʒ. Diſtinctio. LXIIII.



Solent autē nonnulli pcontari ꝛ q̄rere an i eadē etate ꝛ ſtatura corporis omnes reſurrecturi ſint. Quidā putauerunt omnes reſurrecturos ſm menſuram etatis ꝛ ſtature xp̄i. Ideo q2 apoſtol⁹ ait. Donec occurramus omnes in viꝝ perfectū in menſuram etat' plenitudinis xp̄i. Sed his verbis nō eadeʒ reſurgentibus aſſignatur ſtatura. ſed etas. Omnes eñ in eadem etate reſurgent in qua xp̄s mortu⁹ eſt ꝛ reſurrexit cuiuſcūq̄ etatis mortui fuerit. Virū autē poſuit non vt diſtingueret ſexuʒ. ſed vt ſignificaret perfectionē viriū quā tūc habebunt. ſed nō omnes eandeʒ ſtaturā corporis obtinebunt. Vnde Augu. Non ait menſuram corporis vel ſtature: ſed etatis. quia vnuſquiſq̄ ſuam recipiet menſuram corporis quā vel habuit in iuuentute: etiam ſi ſenex obijt. vel fuerat habiturus ſi ante eſt defunctus. Etas vero erit illa ad quā peruenit xp̄us ſcʒ iu

uenilis vt circa.xxx.ãnos. Triginta eñ duum anno℞ ⁊ trium menſiuꝫ erat etas chriſti in qua mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Non eſt autẽ fas dicere ꝙ in reſurrectione accedat corpori magnitudo quam nec habuit hic nec erat habiturus diu viuendo nec maiora corpora redigẽda ſunt ad modũ dñici corporis. Periret eñ multũ de illis corporibꝰ cũ nec periturus ſit capillus vt ait dominus. Capillus de capite veſtro non peribit.

Quod reſurget quicq̃d fuit ꝺ ſubſtantia ⁊ natura corporis ⁊ in eadem parte corporis.

¶ Non enim perit deo terrena materies de qua mortaliũ creatur caro: ſed in quẽlibet puluerem cineremve ſoluatur: inquoſlibet alitus auraſq; diffugiat: et in quãcũq; aliorum corporũ ſubſtantiam. vel in ipſa elementa vertatur: in quorũcunq; animalium vel hominũ cibum carnẽq; mutetur. illi anime in puncto temporis redit: que illã carnẽ primitus vt homo fieret creſceret: viueret animauit. Ipſa ergo terrena materies que diſcedente anima fit cadauer: nõ ita reſurrectione reparabit vt ea q̃ dilabuntur. ⁊ in alias atq; alias rerum ſpẽs vertũtur: q̃uis ad corpus redeãt vñ dilapſa ſunt. ad eaſdem quoq; corporis partes vbi fuerũt redire neceſſe ſit. Alioq̃n ſi capillus redit qđ tam crebra tonſura ꝺtraxit. ſi vnguibus qnod totiens depreſſit exectio. imoderata ⁊ indecens cogitantibus reſurrectionẽ carnis ⁊ ideo nõ credentibus occurrit infirmitas. Sed queadmoduꝫ ſi ſtatuta cuiuſlibet ſolubilis metalli igne liqueſceret: vel contereretur in puluerẽ vel confunderetur in maſſam. ⁊ eam vellet artifex rurſum ex illius materia ⁊ q̃titate reparare. nihil intereſſet ad eius integritatẽ que parti cula materie cui mẽbro ſtatue redderetur. dũ tamen totum ex quo conſtituta fuerat reſtituta reſumeret. Ita dus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex de toto quo caro noſtra extiterat. eam mirabili celeritate reſtituet: nec aliquid attinebit ad eiꝰ reintegrationem. vtrum capilli ad capillos redeant et vngues ad vngues. an quicq̃d eoruꝫ perierat mutetur in carnẽ ⁊ i partes alias corporis reuocetur: curante artificis prouidencia ne qđ in

decens fiat. Indecorũ quippe aliqd ibi non erit: ſed quicqd futurum eſt hoc decebit: qꝛ nec futurum eſt ſi non decebit.

Quod ſancti ſine omni diformitate reſurgent.

¶ Hoc aũt in corporibus ſanctoꝝ intelligendũ eſt. de qbus ꝯſequenter adiungit. Reſurgẽt ergo ſanctoꝝ corpora ſine vllo vitio. ſine vlla dformitate: ſicut ſine vlla corruptione: onere: difficultate: in quibus tãta facilitas quanta felicitas erit. ꝓpter qđ ꝛ ſpũalia dicta ſunt. cũ proculdubio corpora ſint futura nõ ſpiritus. Ex his apparet ꝙ vna erit etas omniũ reſurgentiuꝫ. ſ. iuuenilis. ſtatura vero diuerſa. ſ. quã quiſqꝫ habuerat in iuuenili etate vel erat habiturꝰ ſi ante eſt defunctus. Nec de ſubſtãtia de qua hominis caro creatur aliquid peribit: ſꝫ omnium particularũ ante diſperſaꝝ collectione reuitegrabitur naturalis ſubſtãtia corporis. Sanctorũqꝫ corpa ſine oi vitio fulgida ſicut ſol reſurgent: preciſis cunctis diformitatibus quas hic habuerunt.

Si mali tũc habeãt q̃s hic habuerant diformitates.

¶ De reprobis autẽ queri ſolet an cũ diformitatibus hic habitis reſurgant. Hoc aũt Aug. non aſſerit. ſed dubiuꝫ relıq̃t ita inquiens. Quicunqꝫ ab illa ꝑditionis maſſa q̃ per Adam facta eſt non liberantur per xp̃m. reſurgent quidẽ etiã ipſi vnuſquiſqꝫ cũ ſua carne: ſed vt cum diabolo eiuſqꝫ angelis puniantur. Utrũ vero ipi cũ vitijs ꝛ diformitatibus ſuoꝝ corpoꝝ reſurgant quecunqꝫ in eis geſtarunt inquirendo laborare quid opus eſt. Non eni fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo quorũ erit certa ꝛ ſempiterna damnatio. Ecce non diffinit an tunc habeant diformitates quas hic habuerunt reproborum corpora.

Quod non ꝯſumuntur corpora q̃ tunc ardebunt.

¶ Si vero q̃ritur de corꝑibus maloruꝫ quõ in igne ardeant ꝛ nõ conſumantur. Aug. varijs exemplis aſtruit ꝛ ſempiternis ignibus ea ardere ꝛ non ꝯſumi illa cõbuſtione: ſicut animꝰ cuius pñtia corpus viuit ꝛ dolorẽ pati poteſt mori autem non põt. Hoc eniꝫ erit tunc in corporibus damnandoꝝ. qđ nunc

eſſe ſcim⁹ in animis omnium.

Si demones corporali igne cremantur.

¶ Queri etiā ſolet an d̄mones corpali igne ardeant. Ad quod Augu. reſpondens ait. Cur nō dicamus q̄uis miris veris tamen modis etiā ſpūs incorporeos poſſe pena corpalis ignis affligi ſi ſpūs hoim etiam ipſi incorporei ⁊ nunc potuerunt includi corporalibus membris. ⁊ tunc poterunt corpoꝝ ſuoruꝫ vinculis inſolubiliter alligari. Gehenna illa que ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris dicta eſt. corporeus ignis erit: ⁊ cruciabit damnatoꝝ corpora hominum vel d̄monum ſed ſolida hoim: aera d̄monum. Unus enim vtriſq; ignis erit. vt veritas ait. De quo igne ſic queritur qualis vel vbi ſit. Augu. ſic rn̄det. Ignis eternus cuiuſmodi ſit ⁊ in qua mūdi vel reꝝ pte futurus ſit hoieꝫ ſcire arbitror nemineꝫ. niſi forte cui ſpūs diuinus oſtendit.

Si aīe ſine corporibus ſentiunt ignem corporalem.

¶ Cum auteꝫ conſtet animas igne materiali in corpob⁹ cruciandas queri ſolet an interi ante reſurrectionē corporum anime defunctoꝝ reproboꝝ materiali igne crement. De hoc Julian⁹ toletane eccleſie eps̄ Gregorij dicta ſequt⁹ ita ſcripſit. Si viuētis hois incorpore⁹ ſpūs tenet in corpore cur nō p⁹ mortē etiā corporeo igne teneat. Teneri aūt p ignē ſpiritū dicimus vt in tormentis ignis ſit vidēdo atq; ſentiēdo. Q aūt nō ſolū videndo: ſed etiam experiendo aīa ignis tormentū patiat. ex euangelio colligitur vbi veritatis voce diues mortuus d̄r in inferno ſepultus: cuius anima q in igne teneatur inſinuat cū Abraaꝫ deprecat dicens. Mitte Lazarum vt intingat ex. di. ſ. in a. vt re. lin. me. q2 cru. in hac flamma. Dū ergo peccatorē diuitē dānatum in ignibus veritas phibet. quis ſapiens reproborū aīas teneri ignibus neget. Precipue cum humanā aīam corporis ſimilitudinem habere doceat. Auguſ. ita inquiens. Profiteri aīam habere poſſe ſimilitudinē corporis ⁊ corporaliū omnino membroꝝ quiſquis rēnuit: pōt negare aīam eſſe que in ſomnis videt vel ambulare ſe vel ſedere vel huc atq; illuc greſſu vel etiam volatu ferri. hoc ſine quadam ſimilitudine corpo

ris nō fit. Pro inde ſi hanc ſimilitudinē etiam apud inferos gerit: non corporalē. ſed corporiſimilē: ita etiam in locis videt eſſe nō corporalibus: ſed corporaliū ſimilib⁹ ſiue in requie ſiue in doloribus. In caſſiani etiā voluminibus legitur ꝙ non ſint ocioſe. nec nihil non ſentiant. cum diues ille in inferno ſe flāma cruciari clamat. Unde probatur aīas defunctoꝝ non ſolū ſuis ſenſibus nō ꝓuari: ſed nec iſtis affectibus ſcilꝫ ſpe triſticia gaudio ac metu carere et ex his que ſibi in illo generali examine reſeruantur eas quedam iaꝫ incipere preguſtare.

De abortiuis fetibus ⁊ mōſtris.

¶ Illud etiaꝫ inueſtigari opꝫ. ſi abortiui fetus ⁊ monſtra reſurgent ⁊ qualia. De quo Augu: ita ait. Occurrit de abortiuiſ fetibus qſtio: qui iam nati ſunt in vteris matrū. ſed non ita vt iaꝫ poſſint renaſci. Si em̄ reſurrecturos eos diterimus. De his qui iaꝫ formati ſunt tolerari poteſt vtcunq; qđ dr̄. Informes vero qs non prodiuius perire arbitretur. ſicut ſemina q̄ concepta non fuerunt. Scrupuloſe quidem iter doctores queri ac diſputari pōt. qn̄ incipit homo in vtero viuere: an ſit quedā vita occulta q̄ nondum motibus viuentis appareat. Negari enī vixiſſe puerperia que ideo mēbratim excecantur vt eijciantur ex vteris pregnantium. ne matres etiā ſi mortua ibi relinquātur occidant impudētia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere et illo vtiq; iā mori poteſt. mortuus vero vbicunq; illi potuit mors euenire quo modo ad reſurrectionem non pertineat: reperire nequeo. Nec enim ⁊ monſtra que naſcuntur et viuūt q̄tumlibet cito moriantur aut reſurrectura negabuntur: aut ita reſurrectura credenda ſunt. ſed potius correcta eoruꝫ emendataq; natura. Abſit enim vt illum bimembrem quem nuper natum in oriente fratres fideliſſimi qui eum viderunt retulerunt: ⁊ ſanct⁹ Hieronymus ſcriptum reliquit vt vnum hominem duplicem ac non potius duos. quod futuꝝ erat ſi gemini naſcerent̄ reſurrecturos eſtimem⁹. Ita ⁊ cetera q̄ nimia d̄formitate mōſtra dicūt̄ ad humane nature figuram in reſurrectione reuocabuntur.

Circa .44. diſt. queritur primo an oia mēbra corporis humani reſurgēt in die iudicij. ¶ Ad hanc.q.rñdetur ꝙ oia illa que ſunt de veritate et integritate nature humane reſurgēt ⁊ oia mēbra humana ſunt de veritate ⁊ integritate ipſius nature humane: ideo oia membra corporis humani reſurgent. hec rñſio probatur. Reſurrectio mortuorum fiet a dño deo ⁊ nō a natura ergo dñs de⁹ ipſā reparabit naturā humanā perfectam in mēbris ſuis ſicut eam produxit in principio mundi: ꝯña tenet per illud qđ habetur Deut.32.cap. Dei perfecta ſunt opa. Naʒ certum eſt ꝙ ſi non reſurgerent oia mēbra humana iam tale opus non eſſet pfectum. Inſup ſi aliqua imꝑfectio modo proueniat ex parte membrorum in hoie: hoc prouenit ex parte indiſpoſitionis materie vl' debilitate agentis: ſed iſta nequeūt concurrere in reſurrectione que a dño deo fiet: qui diſponet materiā ſufficient et eſt infinite virtutis ergo nulla imperfectio emanabit ex parte membrorum ⁊ per ꝯñs oia mēbra humana reſurgent.

¶ Contra reſolutionē hui⁹.q. arguitur primo ſic. membra genitalia non reſurgent ergo nō oia membra reſurgent: aīs probat: ſemoto fine fruſtra reparat ordinatuʒ ad illum finē ſed poſt diem iudicij finis talium mēbrorū erit ſeparatus ⁊ excluſus oino. Nā teſte ſaluatore nro in celo neqꝫ nubent neqꝫ nubent ergo fruſtra reparabūt talia membra ¶ Ad hoc argumentū rñdet negando aīs: ⁊ ad probationē negat maior: non eñ oportet ꝙ ſecluſo vno fine remoueat ordinatū ad talē fineʒ quando tale ordinatū habet adhuc alium vel alios fines: mō talia mēbra non ſoluʒ habent pro fine actuʒ gñationis veruʒ etiā habēt oſtendere in ipo hoie eſſe potentiā gñandi ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ ſemē reſurgeret in die iudicij ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probatur: ſemen oſtendet potentiā gñandi ergo propter talē finē ſemē reſurget. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negando ſequelā: rō eſt: qr ſemē producitur de ſuperfluo alimenti et non eſt de integritate nature humane: ⁊ ad probationē negat ꝯña: rō ē: quia talis potentia ſufficient oſtenditur per mēbra genitalia. ¶ Cōtra iſtam ſolutioneʒ arguit. ſequeret ꝙ vngues ⁊ capilli non reſurgerēt: cōſequens eſt contra illud ſaluatoris Luce.21.ca. Capillus de capite veſtro non peribit. et oēs capilli capitis veſtri numerati ſunt. ergo reſolutio nulla: ſequela probat: capilli ⁊ vngues gñant de ſuperfluo ſicut ſemen ergo capilli ⁊ vngues nō reſurgent. ¶ Ad hāc replicā rñdet negādo ſequelam: ⁊ ad probationē negatur ꝯña: rō eſt: quia ſunt capilli ⁊ vngues ad oſtendendaʒ potentiā conſeruatiuam mēbrorū ⁊ ad decorem

corporis humani.

¶ Scdo arguitur ſic. Inteſtina non reſurgēt ergo nō oīa mēbra reſurgent: añs probaṫ. vel inteſtina erunt vacua vel plena nullū iſtoꝝ eſt dicendum ergo nō reſurgent. ꝙ non poſſit primū dari pateꝫ. qꝛ tunc ſuperfluerēt et ad nihil ſeruirent. ꝙ non poſſit ſcdm dari patet. qꝛ tunc eſſet fetor in talibus mēbris. qd̓ nō eſt dicēduꝫ de corꝑe glorioſo. ¶ Ad hoc argumentū rñdeṫ negādo añs: et ad probationē datur ꝑm. ⁊ nego ꝙ ſit ibi aliqs fetor: imo erit ibi mirabilis fragrantia: nam erūt plena odoriferis humorib⁹. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguiṫ: nulli humores reſurgent ergo non erunt plena odoriferis humoribus: añs probaṫ: ſanguis non reſurget ergo nullus ali⁹ humor reſurget: ꝯña eſt nota cū ſāguis ſit principalis inter eos: ⁊ añs probaṫ authoritate Pauli ꝑme ad Corinth. 4. ca. dicētis. Caro ⁊ ſanguis nō poſſidebūt regnū dei ergo ſanguis nō reſurget. ¶ Ad hanc replicam rñdeṫ negando añs: ⁊ ad ꝓbationē negatur iteꝝ añs: ⁊ ad probationem dico ꝙ Paulus nō capit ibi ſanguinem pro humore ſed pro hoīe carnali ⁊ nimiuꝫ amante ſuos conſanguineos: ⁊ certuꝫ eſt ꝙ tales hoīes nunꝗ̄ poſſidebūt regnuꝫ dei ſicut ſunt dñi archiepi et alij eccleſie ꝑlati q̄ dant bñficia ſuis cōſanguineis nō idoneis ītuitu ſāguinis.

¶ Tertio arguiṫ ſic. Manus non reſurget alicui⁹ latronis ergo non oīa mēbra reſurgent: añs ꝓbaṫ volo ꝙ alicui furi amputata ſit manus propter furtū ⁊ poſtea agat penitentiam ⁊ moriaṫ tunc man⁹ amputata non reſurget in die iudicij ꝗ̄ aſſumptū verū: añs probaṫ: illa manus nihil operata eſt ad pniaꝫ ergo non reſurget. ¶ Ad hoc argumētuꝫ rñdetur negādo añs: ⁊ ad probationem negatur iteꝝ añs: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: rō eſt: qꝛ totuꝫ ſuppoſitum egit pniam ⁊ actiones ſunt ſuppoſitorum ideo ꝓpter illud reſtituetur manus.

¶ Quarto arguiṫ ſic ſequeretur ꝙ caro bouis reſurgeret: ꝯñs ē falſum ergo ſequela probaṫ: hō qui fuit nutritus ex boue reſurget ergo caro bouis reſurget. ¶ Ad hoc argumentum rñdeṫ negando ſequelā et ad probationē negaṫ ꝯña: rō eſt: quia qñ hō nutritur ex carne bouis forma carnis corrumpiṫ ⁊ ideo non reſurget caro bouis ſed bene materia que fuit ſub forma carnis bouis ¶ Contra iſtam ſolutionē arguiṫ ſequeretur ꝙ aliqd̓ membrum humanum non reſurgeret in die iudicij: ꝯñs eſt manifeſte falſum ergo ſeq̄la probatur: capio vnū hoiem. ſ. indum q̄ nutritus eſt ex ſola carne humana tunc nullū membrū iſtius reſurget ergo ſequela vera: añs ꝓbaṫ ſi aliqd̓ membrum iſtius viri reſurgeret ſequeretur ꝙ eadem materia eſſet in duobus hoībus: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probaṫ: materia membrorū talis viri erit etiā in mēbris illorū virorū: quos comedit ergo ſequela vera. ¶ Ad hanc replicā rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad probationē negatur añs: ⁊ ad ꝓbationē

negatur ſequela: ꝗuis dn̄s deus il-
lud poſſit facere.ſ.ꝙ eadē materia
informet in diuerſis locis a duab⁹
formis: ⁊ ad probationē negatur ꝙ
illa materia quę erit ſub membris
iſtius viri nutriti ex carnibus huma
nis erit in mēbris aliorū virorū. nā
dn̄s de⁹ aliā materiā ponet. ¶ Cō-
tra iſtam ſolutionē arguit. Eadem
materia numero erit in Adā ⁊ Eua
in die iudicij ergo ſolutio nulla. an-
tecedēs probat: materia coſtę Adę
erit in Eua ⁊ eadē erit in Adā ergo
eadem materia numero erit in am-
bobus: minor probatur: ſequeret ſi
illa materia non erit in Adā ꝙ Adā
non habebit numerū perfectum co
ſtarum: ꝯn̄s eſt abſurdum ergo illa
illa materia erit in Adā. ¶ Ad hāc
replicam r̄ndetur negando an̄s: et
ad probationē negat ſequela: ⁊ rō ē
quia illa coſta nō fuit in Adam de ꝑ
fectione indiuidui ſed fuit ordinata
ad multiplicationem ſpeciei: ⁊ ideo
non reſurget in Adā ſed in Eua ve
luti ſemen non reſurget in gn̄ante
ſed in generato.

¶ Quinto arguit ſic. Repro-
bus mancus vel monoculus non re
ſurget integre ⁊ cū duobus oculis:
ergo reſolutio.q. nulla: an̄s probat
Danielis.12.ca. habetur. Multi de
his q̄ dormiūt in terre puluere: eui
gilabunt: alij in vitam ęternā: alij in
opprobrium ergo tales reprobi ſiue
damnati reſurgēt cum deformitati
bus ⁊ turpitudinibus ſuis: et ꝑ ꝯn̄s
non reſurgēt repbi integri. ¶ Pro
huius argumenti ſolutione eſt ad-
uertēdum ꝙ Aug. in.72.ca. Enchi-
ridion determinat ꝙ prędeſtinati ſi-
ue electi reſurgent integri: ſꝫ in.74.
eiuſdem libri non audet determina-
re de reprobis ſiue damnatis: reli-
quit em̄ quęſtionē ambiguā dicens:
vtrum ſane impij cū vicijs ⁊ defor
mitatibus corporū reſurgent: in re-
quirendo laborare quid op⁹ eſt? nec
em̄ fatigare nos debet incerta eorꝫ
habitudo: quorū erit certa ⁊ ſempi-
terna damnatio. Ex iſtis tn̄ verbis
infert diuus Bonauentura ꝙ rep-
bi reſurgent cū deformitatib⁹ cor-
porum: quē ſequit dn̄s Durandus.
diuus Thomas tn̄ tenet oppoſitū
propt authoritatē Pauli ad Ephe
ſios.4.ca. dicentis Donec occurra
mus oēs in vnitate fidei ⁊ agnitio-
nis filij in virum perfectū in menſu
ram ętatis plenitudinis xp̄i. ſuper q̄
verba Gloſſa ordinaria dicit. Oēs
em̄ in eadem reſurgent ętate in qua
xp̄s mortuus eſt et reſurrexit: cuiuſ
cunqꝫ ętatis mortui fuerint. Inſuꝑ
rōne pōt corroborari hęc opinio di-
ui Thomę. Nam dn̄s de⁹ ita repa-
rabit naturā oēm humanā ſicut in-
ſtituit: ſed eam condidit integrā et
perfectam ergo taliter eam repara
bit: maxime q2 Deut.32.cap. habet
Dei perfecta ſunt opera. Inſuꝑ di-
formitas in corporib⁹ ꝓuenit ex ꝑte
indiſpoſitionis materię vl' debilita
tis ipſius agentis: ſed dn̄s de⁹ ſuf-
ficienter diſponet materiam ⁊ eſt in
finite virtutis ergo in reſurrectione
ſiue reparatione nulla diformitas
emanabit. Pręterea ſi tales difor-
mitates producerent in damnatis
propter peccata ipſorū ſequeretur
ꝙ illi damnati qui grauiora pecca-

ta cōmiſerunt cum maiorib⁹ deformitatibus reſurgent ꝙ alij: ꝯñs eſt expreſſe contra dñm Durandum tenentem ꝙ illi reprobi qui nō habuerunt deformitates dū viuerent in h̄ mundo nō habebunt etiā in die iudicij. ergo tenendū eſt cū diuo Thoma ꝙ oēs reſurgent integri: quoad oia mēbra. ¶ Et cōformiter ad eūdem Thomā rñdet ad formā argumenti negando añs: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: ⁊ rō eſt: quia licȝ non habeāt deformitates in corporib⁹: multa tñ alia opprobria habebunt que longe erunt maiora ꝙ deformitates corporum.

¶ Queritur ſcd̄o circa eandeȝ diſt. In qua etate oēs hoies reſurgent. ¶ Ad hanc difficultatē rñdent oēs doctores per vnicā concluſiōeȝ que talis eſt. Oēs hoies reſurgent in eadē etate in qua ſaluator noſter mortuus eſt et reſurrexit. Iſta concluſio ꝓbat expreſſa authoritate Pauli ad Ephesios. 4. cap. que quidem authoritas allegata ē in vltimo argumento queſtionis immediate p̄cedentis. probat etiā rōne dñs de⁹ reſtaurabit naturā hūanā in etate in qua pri⁹ eā ꝯdidit ſȝ eā ꝯdidit in iuuenili etate ſine aliq̄ defectu ḡ in iuuenili etate eaȝ reparabit. preterea perfectus hoīs ſtatus eſt iuuenilis etas. Nā in pueritia eſt defectus: qȝ nondum puer ꝯſequtus eſt ſuā perfectionem. ſimiliter in ſenectute eſt defectus. qȝ eſt receſſus a perfectione. ergo cuȝ dei perfecta ſint opera in iuuenili etate naturā humanā reparabit.

¶ Cōtra iſtaȝ concluſionē ar. ſic. Oēs beati reſurgent in etate ſenili ergo non oēs reſurgent in etate iuuenili: añs probat: dñs de⁹ nihil amouebit a beatis qd̄ ptinet ad hominis perfectionem ſed etas ſenilis pertinet ad hois perfectionē: qȝ ſenectus eſt veneranda ergo hoies reſurgent ſaltem beati in ſenili etate. ¶ Ad hoc argumētuȝ rñdetur negādo añs: ⁊ ad probationeȝ diſtinguo ꝙ etas annorum pertineat ad hois perfectioneȝ vel habendo reſpectū ſolum ad annos ⁊ ſic negat. vel habendo reſpectū ad ſapientiā: que ſolet acquiri in multitudine annorum et ſic conceditur: ⁊ dico ꝙ ſenectus nō eſt venerabilis propter conditionē corporis qd̄ tunc eſt in defectu: ſed propter ſapientiā que ſibi eſſe p̄ſumitur ex antiquitate tempis. Vnd̄ in electis manebit reuerentia ſenectutis propter plenitudinē diuine ſapientie: que in eis erit: ſed nō manebit in ipſis electis ſenectutis defectus. ¶ Contra iſtam ſolutionē ar. Mathuſalē reſurget in etate ſenili et ita erit de oib⁹ alijs qui diu vixerunt in hoc mūdo ergo multi reſurgent in etate ſenili: maior probatur ad preteritum non eſt potentia ergo quando reſurget Mathuſalē veruȝ erit dicere ꝙ ipſe erit ſenex: qȝ per multos annos vixit ergo Matuſalem reſurget in etate ſenili. ¶ Ad hanc replicam rñdet diſtinguendo maiorem: vel loquendo de etate ſenili quo ad annos ⁊ ſic conceditur illa cum minori ⁊ negat ꝯña: capiendo in p̄nte etatem ſenileȝ ſicut capitur

in propoſito. nam ſi capiat eodem modo ſicut in maiori concedit ꝯña cum ꝯñte: ſi n capiat ętas ſenilis ꝓ ętate defectuoſa q̄ emanat ex multitudine annorum negat illa maior nec probatur in iſto ſenſu. Nā licet in die iudicij verū erit dicere de matuſalez ꝙ vixit per multos annos non tamē erit ſenex defectuoſus: ſʒ in tanta fortitudine et maiori ꝙ̄ habuit vnꝗ̄ et ideo dicet iuuenis quo ad virtutē licet nō quo ad annos: et ita erit de oībus alijs qui diu vixerunt in iſto mundo.

¶ Scđo arguit ſic. ſequeretur ꝙ oēs reſurgerēt in ſexu virili: ꝯñs eſt falſum: qꝛ tunc nulla fęmina erit in cęlo ergo concluſio nulla: ſequela probat authoritate expreſſa Pauli iam allegata ad Ephesios. 4. cap. ſcʒ. Occurremus oēs in virū perfectum ergo oēs reſurgent in ſexu virili. ¶ Ad hoc argumentuʒ rñdetur negando ſequelā: ꝛ ad probationeʒ dico ꝙ Paulus non capit virum ꝑfectum vt diſtinguit contra ſexū fęmineum: ſed ſolum capit pro vigore et virtute corpis et aīę: ita ꝙ vult dicere ꝙ oēs reſurgent cum maximo vigore viriuʒ ꝛ virtutū corporaliū. ¶ Contra iſtā ſolutioneʒ arguitur. Illud qđ eſt occaſionalr̄ ꝛ pręt intētionem naturę inductum non reſurget in iudicio ſed quęlibʒ fęmina eſt huiuſmodi ergo nulla fęmina reſurget minor probat teſte philoſopho noſtro in. 16. lib. de aīalibus. Fęmina quęlibʒ ꝓducit ex defectu virtutis formatiuę in ſemine: q̄ nequit ꝑducere materiā fętus ad perfectionem virilē et ideo conſequent dicit ꝙ femina eſt mas occaſionatꝰ ergo nulla fęmina reſurget in iudicio.

¶ Ad hanc replicā rñdet diſtinguēdo maiorē. vel itelligendo pręter intentionem naturę particularis ꝛ ſic negatur illa. vl' intelligendo pręter intentionē naturę vl'is quę eſt dñs deus ꝛ ſic ꝯcedit illa ꝛ negat minor. Nam dñs deꝰ dedita opera ꝛ ſciēs intēdit producere fęminā: ꝛ phs nō procedit de natura particulari Propterea Aurelius Aug. 22. lib. de ciuitate dei inquit meliꝰ ſapere vidētur qui vtrumꝙ̄ ſexū reſurrecturum eſſe non dubitant.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur ꝙ oēs reſurgerent in eadē ſtatura ꝛ magnitudine: ꝯñs eſt falſuʒ ergo ſequela ꝓbat: ſicut hō menſurat quantitate durationis ita menſuratur quantitate dimenſiua. Sed oēs reſurgent in eadē menſura durationis ergo oēs reſurgent in eadē menſura quantitatis dimenſiue. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negādo ſequelam: propter authoritatē auguſtini: quem ſequitur etiaʒ magiſter in preſenti diſtinctione. ꝛ ad probationem dico ꝙ non habemus reſpectum ad menſurā durationis annorum ſed ſolum ad perfectionē ſtatꝰ quę ſolet eſſe in illis annis: ꝛ ideo ꝓbatio ſequelę non ꝓcedit: ſʒ ſi aliqs vellet defenſare ꝙ oēs reſurgent in ęquali magnitudine nihil obſtaret pręter authoritatē Aug. ꝛ magiſtri. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur Oēs hoīes habent eandē formā in ſpecie ergo oēs hoies reſurgent in

eadem ſtatura: ꝯña probatur teſte pho noſtro in ſcdo de aia. Oim natura conſtantiũ terminus eſt ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmẽti: ſed talis termin⁹ non eſt niſi rõne formę cui debꝫ congruere quãtitas ergo oẽs hoiẽs debent habere eandẽ magnitudinem. ¶ Ad hanc replicat̃ rñdet̃ negando ꝯñam: ⁊ ad probationem dicitur ꝙ talis terminus magnitudinis non eſt ſolum rõne formę ſed ratione indiuidualis naturę ipſius hois. ¶ Contra iſtã ſolutionem replicatur: quantias hois reſurgẽtis non poterit eſſe proportionata virtuti naturali ĩdiuiduali: quę primo corpus formauit ergo oportet ꝙ ꝓportionet̃ virtuti reparanti quę eſt dñs deus et per ꝯñs oẽs debent reſurgere in eadem quantitate: añs ꝓbatur: ſi quantitas proportionaret̃ virtuti naturali ĩdiuiduali ſeq̃retur ꝙ illi qui habuerunt virtutẽ debileꝫ non reſurgerent in maiori quantitate q̃ꝫ habuerunt in hoc mundo: ꝯñs eſt manifeſte falſuꝫ ergo ſequela pꝫ quia rõ magnitudinis proportionatur vt dictum eſt ipſi virtuti naturali indiuiduali. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negando añs: et ad probationem negat̃ ſequela: ⁊ ad ꝓbationem dico ꝙ oportet tollere impedimentum et illud tollet dñs deus in reſurrectione. Idcirco: nani reſurgent in maiori quãtitate: quia dñs deus ſupplebit defectum ⁊ amouebit obſtaculũ impediens ipſum augmentum. ſimiliter ipſi qui ſunt exceſſiue magni ⁊ diſꝓportionati non taliter reſurgent: ſed in debita quãtitatis menſura.

¶ Quarto arguitur ſic. ſequeret̃ ꝙ hoies reſurgerẽt in vita aiali taliter ꝙ vterẽt̃ actu nutritiue ⁊ gñatiue potentię: ꝯñs eſt falſuꝫ ergo ſequela probatur. ſaluator noſter taliter reſurrexit ita ꝙ comedit et bibit cum apoſtolis poſt reſurrectionem ergo hoies comedent ⁊ bibent poſt reſurrectionẽ. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando ſequelã: ⁊ ad probationem negat̃ ꝯña: rõ eſt: qꝛ hoc fuit quoddã ſpeciale priuilegium in xpo vt ipſe multis argumentis ſuã paſſioneꝫ probaret: nõ tñ cibus ille quem comedit conuerſus eſt in ſubſtantiã ſaluatoris nec ipm nutriuit.

¶ Querit̃ tertio circa eandem diſt. quot ſunt dotes corpis? ¶ Ad hanc. q. rñdetur ab oib⁹ doctoribus quattuor eſſe. et aliq̃ colligunt eas ex illa authoritate quę habetur Sapientię. 3. ca. f. Fulgebunt iuſti ⁊ tãq̃ꝫ ſcintillę in arundineto diſcurrent In fulgore em̃ notant claritatẽ. In ſcintilla impaſſibilitatẽ. In arundineto ſubtilitatẽ. In diſcurſu agilitatem. Sed reuera melius colligunt̃ ex illa authoritate pauli priẽ ad Corinth. 15. ca. Seminat̃ in corruptiõe ſurget in icorruptiõe: ſeminat̃ in ignobilitate ſurget in gloria. ſeminat̃ in ĩfirmitate ſurget in virtute. ſeminatur corpus aiale ſurget corp⁹ ſpirituale. Per incorruptionẽ autẽ denotatur impaſſibilitas. per gloriaꝫ claritas. per virtutem agilitas. per ſpũale ſubtilitas. ¶ Sed magna ẽ controuerſia inter doctores quid ſit dos impaſſibilitatis ⁊ vnde proueniat. Nam aliq̃ dicũt ꝙ hoc ꝓuenit

quia post diem iudicij nõ erit mot⁹ celi ⁊ ideo ignis nequibit agere. Sʒ hoc est condemnatũ parisijs. certũ est enĩ q̃ si tunc applicet̃ ſtuppa igni vel aliqđ aliud cõbuſtibile ignis comburet: ideo alij dixerunt q̃ qualitates elementoꝝ nõ manebunt in corporib⁹ hoĩm: ſed hoc etiã eſt manifeſte falſum. Nã tales qualitates actiue ⁊ paſſiue ſunt de perfectione elementorum. et ex pñti ipſoꝝ mixtorum. Propter hoc dixerunt alij q̃ bene manebunt tales qualitates ſed non erunt actiuę ⁊ paſſiuę: ſed h̃ non videtur eſſe rõnabile: maxime quia quęretur qđ impediet eas ne ſint actiuę ⁊ paſſiuę. propterea diu⁹ Thomas tenet q̃ talis impaſſibilitas prouenit propter ꝯfectuʒ dñiuʒ qđ habet aĩa ſup corpus: ſed hoc videtur oĩno mirabile q̃ illud dñium impediat ne ignis poſſit comburere tale corpus: ideo tandem cogitur ponere vnã qualitatẽ emanantem a gl'ia aĩę in ipm corp⁹: et talis qualitas nec eſt naturalis neq; celeſtis: ſʒ ſupernaturalis. ſʒ adhuc videt̃ hoc mirabilius q̃ talis qualitas habeat poteſtatẽ reſiſtendi oĩbus potentibus corrumpe corp⁹ humanũ. Ideo Bonauentura indĩt q̃ corp⁹ glorioſum non põt pati ab intrinſeco propter tria. Primũ eſt q̃ꝛ eſt tempata mixio in ipſo corpe glorioſo cõfringens omnẽ contrarietatẽ. Scđʒ eſt elementalium appetituuʒ q̃etatio. Tertium eſt aĩę influentis confirmatio: ⁊ q̃ non poſſit pati ab extrinſeco ideo prouenit: q̃ꝛ corpus glorioſum quodlibʒ aliud pertranſit ⁊ penetrat. Sed certe hoc non impedit quin corpus glorioſum poſſit cõburi. Propterea doctor ſubtilis in p̃ſenti diſti. aſſerit q̃ impaſſibilitatis cauſa eſt. Diuina voluntas nõ coagens cauſę ſcđę corruptiuę ⁊ dat exemplũ de tribus pueris in camino ignis ardentis. nam ille ignis erat calefactiuus ⁊ ipſi tres pueri erant paſſibiles ⁊ nihilominus ignis non agebat in eos q̃ꝛ dñs deus nolebat concurrere cum ipſo igni ad cõburẽdum ipſos tres pueros ⁊ bñ voluit concurrere ad comburendum babylonios.

¶ Contra iſtã opinionẽ arguitur ſic. ſequeretur q̃ impaſſibilitas non eſſet dos: ꝯñs eſt falſum ergo opinio nulla: ſequela probat̃: dos ẽ quoddã intrinſecũ ipſi corpori glorioſo: ſʒ aſſiſtẽtia diuina non eſt intrinſeca ipſi corpori glorioſo ergo talis impaſſibilitas nõ eſt dos: maior probatur authoritate Aug. in ep'la ad Diaſcorũ dicentis. Tam potentem fecit aĩam deus. vt ex eius plena fęlicitate redundet in corpus ſanitas perpetua ⁊ rigor incorruptibilis. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem cõcedo q̃ aſſiſtentia diuina nõ intrinſeca. ſed aſſiſtentia diuina nõ eſt impaſſibilitas ſiue dos impaſſibilitatis. ſed bene eſt cauſa impaſſibilitatis. Et ſi quęras quid eſt dos impaſſibilitatis: rñdet doctor ſubtilis q̃ eſt ius: qđ habet beatus ratione glorię: tale ſcʒ qđ nullum corpus poteſt ipſum corrumpere aut diuidere: aut aliquod malũ ipſi inferre.
¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguit̃.

ſequeretur q elementa poſt diẽ iudicij habebũt dotẽ impaſſibilitatis. ſimiliter copora damnatorũ: pñs ẽ abſurdũ ergo p̄ia pars ſequele pꝫ: elementa non patient̃ poſt diẽ iudicij ergo habebunt dotẽ impaſſibilitatis. Scđa pars ſequelę probatur corpora damnatorũ nõ annihilabũtur .. immo dãnati quantũcunqꝫ cõburantur nunqꝫ morient̃ ergo habebunt dotem impaſſibilitatis. ¶ Ad replicã reſpondet̃ negando ſequelã. et ad p̄iam probationẽ negat̃ pña ſimiliter ꝛ ad ſcđam: rõ eſt manifeſta q2 non habẽt ius rõne glorię ꝛc.

¶ Scđo arguit ſic. ſequeretur q hoies nõ reſurgerent: pñs eſt falſum ergo ſequela pbat̃: nullus erit homo poſt diez iudicij: ergo hoies non reſurgent: aňs probat̃: nullꝰ hõ erit aial rõnale mortale poſt diẽ iudicij ergo nullus hõ erit poſt diem iudicij. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando ſequelã: ꝛ ad probationem negat̃ aňs: ꝛ ad probationẽ diſtinguit̃ q nullꝰ hõ erit aial rõnale mortale pꝰ diẽ iudicij. vel ly mortale tm̃ valet ſicut illð qð aliqñ morietur ꝛ ſic ↄcedit̃ illð ꝛ negat̃ pña nec iſto modo capit̃ in diffinitione hoīs vel ly mortale dicit aptitudinez ad moriendum ꝛ ſic negat̃ aňs. Nam licet nullus homo poſt diem iudicij morietur ſemꝑ tñ habꝫ potentiam moriendi ſimplr̃: ita q ei ex natura non repugnat mors ſed ſolũ ratiõe glorię.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur q eſſet nouũ miraculuꝫ ſemper quando nõ patit̃ corpus glorioſum ab alio copore: pñs eſt falſum ergo ſequela probat̃: ſemꝑ fuit miraculũ qñ dñs deꝰ pręſeruauit aliquos ne cõburerent̃ ab igni vt puta qñ preſeruauit tres pueros in camino ignis ardentis ergo poſt diem iudicij ſemper erit miraculuꝫ qñ pręſeruabit corpa beata ne patiant̃ ab alijs. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet̃ negando ſequelam: ꝛ ad probationẽ negatur pña: diſcrimẽ eſt: q2 talis pręſeruatio poſt diẽ iudicij erit de natura corporis glorificati et eſſentia quia habebit tale ius rõne glorię: nũc autem non habet tale ius aliqs homo non glorificatus: nec eſt de natura corpis nõ glorificati tal̃ ꝑſeruatio.

¶ Quarto arguit̃ ſic. Corpus xp̄i fuit paſſibile poſt reſurrectionẽ: ergo quodlibet aliud corpus glorificatuꝫ erit paſſibile: aňs probatur: corpus xp̄i poſt reſurrectionez fuit palpabile ergo poſt reſurrectionez fuit paſſibile: pña tenet authoritate diui Gregorij ſup. 20. ca. Joan. dicẽtis. Corrumpi neceſſe eſt qð palpatur. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando aňs: ꝛ ad probationez negatur pña: ꝛ ad probationẽ dicẽduꝫ eſt q Greg. intelligit dictũ ſuum niſi pręſeruet̃ per gloriam. ¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguit̃. In quolibꝫ corpore glorioſo erũt elementa cõtra naturã ſuaꝫ ergo qđlibꝫ tale corpus aliqñ corrumpet̃: pña probat̃. nullũ violentuꝫ teſte pħo noſtro eſt perpetuum ſed elementa erunt ibi violenta poſt diem iudicij ergo nullum tale corpus perpetuo durabit ¶ Ad hanc replicã rñdetur negãdo

ꝯñam: rō eſt: qꝛ conſeruabunť rōne glorie ꝛ dño deo impediente actiones ipſoꝝ elemētoꝝ ne agant inter ſeſe.

¶ Queriť quarto circa eandē diſt. qd ſit dos ſubtilitatis? ¶ Pro huius .q. enodatione eſt notandum ꝙ fuerunt aliqui heretici vt Aug. refert. dicentes ꝙ corpa humana vertentur in ſpiritus: et fundabāt ſe in authoritate Pauli pri͛e ad Corin. 15. dicentis ſeminať corpus aiale et ſurget corpus ſpirituale. ſꝫ hec opinio eſt impoſſibilis. implicat eñ ꝙ materia vertať in ſpm̄. Inſup ſeq̄reť ꝙ nō reſurgerēt hoies. nā hō cōponitur ex materia ꝛ forma: modo ſi materia vertereť in ſpiritū iā non eſſent hoies: cū non eſſent cōpoſiti ex materia et forma. Proptea alij heretci dixerunt (vt narrat Greg. in 14. li. moraliū) ꝙ corpora reſurgēt ſed habebunt ſubtilitatē per modū rarefactionis. ita ꝙ erūt ſilia aeri. Sed iſta opinio eſt contra dictū ſaluatoris allegatū. ſ. Palpate ꝛ videte ꝛc. nam talia corpora non eſſent palpabilia ſi eſſent ſimilia aeri cum aer non ſit palpabilis. Propterea alij doctores poſuerunt quintā eſſētiam in corporibus beatorum: ſꝫ talis quinta eſſentia ſiue materia celeſtis nihil faceret quo ad penetrationem: ideo diuus Thomas tenet ꝙ propter perfectū dñium ai͛e ſup corpus beatum redundat a gloria ai͛e in ipſum corpus: quedā qualitas: q̄ dicitur dos ſubtilitatis: ꝛ diuꝰ Bonauentura ponit quandā virtutē penetratiuaꝫ. Sed qꝛ difficile eſt ꝙ talis qualitas habeat virtutē penetrādi oīa corpora: idcirco doctor ſubtilis ad vitandā pluralitatē: itidē aſſerit de dote ſubtilitatis ſicut de dote impaſſibilitatis. ſ. ꝙ diuina voluntas eſt cauſa ſubtilitatis in corpore beato: ꝛ ius penetrandi alia corpora rōne glorie: qḋ habet corpꝰ beatum dicitur eſſe dos ſubtilitatis. ſꝫ cauſa penetratiōis eſt diuina volūtas que ad nutum ꝛ pro libito hoīs beati facit corpus ipſius penetrare quid qd ipſe homo beatus vult.

¶ Contra iſtam opinionē ar. ſic ſequereť ꝙ corpus glorioſuꝫ nō eſſet palpabile: ꝯñs eſt hereticuꝫ et contra illud ſaluatoris Joā. 20. ca. Palpate ꝛ videte. ergo opinio nulla: ſequela probať: corpus glorioſū quodlibet aliud penetrabit: maxie ſi ſit glorioſum ergo nulluꝫ tale eſt palpabile. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ſequelā: ꝛ ad ꝓbationem negať añs: ſed bene verum eſt ꝙ corpus glorioſum q̄dlibꝫ aliḋ copus non glorioſuꝫ penetrare pōt et in mera voluntate ipſiꝰ corporis glorioſi cōſiſtit penetrare aliud corpus. Nā ſi vult penetrabit: et ſi nō vult non penetrabit: ꝛ tunc palpabitur et ex ꝯñti clare ſequiť ꝙ corpus glorioſum eſt palpabile ꝛ oppoſitū fuit hereſis Euthicij patriarche cōſtantinopolitani vt refert Greg. 14. lib. Moraliuꝫ. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguiť. ſequereť ꝙ corpus glorioſuꝫ poſſet penetrare corpus glorioſuꝫ: ꝯñs videť eſſe abſurdum ergo ſolutio nulla: ſequela probatur: corpus glorioſum pōt pene-

trare corpus nõ gloꝛioſum ergo corpus gloꝛioſum põt etiaʒ penetrare corpus gloꝛioſum: ꝯña tenet: qꝛ nõ videtur eſſe maioꝛ rõ de vno q̄ȝ de alio. ¶ Ad hanc replicã rñdet cõcedendo ſequelã ⁊ negando minoreʒ ſed bene veruʒ eſt ꝙ corpus gloꝛioſum nõ penetrabit vnq̄ȝ aliõ corpꝰ gloꝛioſum. Nihilominus bene põt nec illud eſt abſurdum.

¶ Queritur quinto circa eandem diſtictioneʒ quid eſt dos agilitatis? ¶ Pro huius.q.intelligẽtia eſt notandũ ꝙ duplex eſt motꝰ corporis aĩati. Unus eſt ſcðm naturaʒ elementi pꝛędñantis quãdo mouet deoꝛſum hõ: qꝛ in hoĩe elementum terrę dñatur. Alius motus eſt rõne formę ſiue aĩę: ⁊ talis motus dicitur motus progreſſiuus ſiue organicꝰ. vt qñ homo ambulat. ¶ Ulteriꝰ eſt notandũ ꝙ aliq̄ doctores poſuerũt dotem agilitatis ꝑuenire in corporibus beatis rõne quintę eſſentię: q̄ miſcetur in ipſis: ſed nõ eſt apparẽtia ꝙ talis materia cęleſtis ſiue quinta eſſentia reddat corpus agile: propterea diuus Thomas tenet ꝙ eſt quędam qualitas reſultans ex gloria aĩę: ſicut declaratum eſt de aliis dotibus. Hęc tñ opinio non placet doc. ſub. ideo aſſerit ꝙ agilitas non eſt aliq̄ qualitas ſupnaturalis defluens ab aĩa ſupaddita ipſi corpi btõ: ſed eſt intẽſio ꝟtutis motiue in aĩa ipſius corpoꝛis beati et amotio duplicis impedimenti. ſ. vnius qð eſt in iuncturis ⁊ neruis ⁊ vocat a dñis medicis phlegma. et aliud impedimentum eſt ablatio ſpirituũ groſſorum ⁊ terreſtrium ⁊ fumoſorũ ⁊ collocatio bonorum ſpirituum ⁊ ſubtilium loco alioꝛũ. Sed hęc opinio vĩdetur eſſe contra Aurelium Aug. in vndecimo ca.22.lib. ciuitatis dei dicentem: ꝙ dñs aĩpotens amouebit oẽ pondus grauitatis a corpoꝛibus beatoꝛum. Propterea Bonauẽtura et durandus ⁊ doctores recentiores non ponunt dotẽ agilitatis aliũ eſſe q̄ȝ ablationẽ grauitatis a corpoꝛibus beatis. Nam certũ eſt ꝙ ablata grauitate corpa beata erunt agilia ⁊ poterũt moueri ad libitũ ſuũ.

¶ Contra iſtam opinionẽ ar. ſic corpora beatoꝛũ non mouebunt ergo ſupfluuʒ eſt ponere dotẽ agilitatis: añs probat: poſt diem iudicii non erit amplius tempꝰ ergo corpa beata non mouebunt. añs ꝓbat auctoꝛitate Joan. 10. ca. Apocalipſis dicentis ꝙ angelꝰ iurauit per viuẽtem in ſecula ſcłoꝝ ꝙ nõ erit tẽpus amplius. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando añs: ⁊ ad probationem negat ꝯña: procedendo de tẽpoꝛe phyſice: ſi vero logice procederetur añs eſſet neganduʒ. ¶ Cõtra iſtam ſolutioneʒ arguit. ſequeretur ꝙ poſſent moueri in inſtanti ab oriẽte in occidentem et a meridie in ſeptẽtrionem. ꝯñs eſt falſum ergo ſequela eſt nota: qꝛ nulla eſt reſiſtẽtia reſpectu ipſoꝛũ corpoꝝ beatoꝛum. ¶ Ad hanc replicã rñdet dñs Durãdus negando ſequelã: ⁊ dat rõneʒ quia de rõne motus eſt ſucceſſio: ſʒ hęc rñſio ꝯſiſtit in noĩe ⁊ nõ euacuatur difficultas. Nã ſupponemꝰ ꝙ ſꝫ moueri tm̃ valeat ſicut moueri vel

mutari ſicut capit phs in tracatu de vacuo quarti lib. phyſicorū ꝛ tūc redibit difficultas. Idcirco ſequela ē concedenda capiendo ly moueri vt ſuppoſitum eſt. et ſi ponas duo corpora beata taliter moueri ꝙ vnum mouetur ab oriente in occidentē et aliud in eodem inſtanti ab occidenti in orientē: dico ꝙ obuiabunt ſibi inuicem vbiquncꝫ voluerint.

¶ Tertio arguitur ſic. Si beati haberent dotem agilitatis nō indigerent aliquo ad iutore ſed beati indigent angelis tanꝗ adiutoribꝰ ergo beati non habent dotem agilitatis: minor probaſ: authoritate pauli prime ad Teſſalonicenſes. 4. ca. dicentis ꝙ nos rapiemur ab angelis obuiam xp̄o ergo iuuabūt angeli beatos cuꝫ inter nos aliqui erunt beati. ¶ Ad hoc argumentū reſpōdetur negando minorē: ꝛ ad probationem dico ꝙ Paulus vocat illuꝫ motum raptū ꝓpter eius magnam velocitatem: ꝛ quia angeli erunt ſocij erunt ſocij nr̄i itineris: ideo apoſtolus dicit ꝙ rapiemur ab eis. i. ſimul cum eis. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguiſ. ſequeretur ꝙ beati acquirerent aliquā perfectionē poſt ſuam completā beatitudineꝫ: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probaſ: beati pꝰ ſuam beatitudinem mouebuntur ꝛ motus ſcd̄m philoſophū noſtrū eſt actus entis in potentia ſcd̄m: ꝙ in potentia eſt ergo beati poſt ſuaꝫ cōpletam beatitudineꝫ ad quirent aliquam perfectionē. ¶ Ad hanc replicam reſpondeſ diſtinguendo ſequelam vel procedendo de perfectione eſſentiali beatitudinis ꝛ ſic negatur illa: nec probatur in iſto ſenſu vel ꝓcedendo de perfectione accidentali: et ſic conceditur illa ꝛ negaſ minor: immo indies aīe in cęlis adquirunt perfectionē accidentaleꝫ. ſ. gaudiū accidentale de cōmodo nr̄o ſpūali.

¶ Queritur ſexto circa eandeꝫ diſt. quid ſit dos claritatis. ¶ Pro buius. q. intelligentia eſt notanduꝫ ꝙ certuꝫ eſt ex fide catholica corpora beatorum fore lucida. Nā ſapiētię. 3. ca. habetur. Fulgebunt iuſti ꝛ tanꝗ ſcintille in arundineto diſcurrent. ꝛ diuus Paulus ad philippenſes. 4. ca. ait. Saluatorem expectamus dn̄m noſtruꝫ ieſum xp̄ꝫ: qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpi claritatis ſuę. et priē ad Corinthios. 15. ait. Stella em̄ a ſtella differt in claritate: ſic et reſurrectio mortuorum. ꝛ expreſſius ſaluator nr̄ Matthęi. 13. ait dicens. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoruꝫ. Idcirco aliqui doctores poſuerūt quintam eſſentiaꝫ ſiue materiam cęleſtem in corpibus beatorum per quā corpora beatorū reddentur fulgida: ſed in hoc nulla eſt apparētia vt ſępenumero reprobatum eſt in. q. ꝓcedentibꝰ. ¶ Quapropter reſpondeſ ad. q. ꝙ dos claritatis eſt qd̄dam lumen ſiue lux inhęrens corporibus beatoruꝫ. Sed eſt magna controuerſia a quo procedit tale lumen ſiue lux. Naꝫ diuꝰ Thomas in p̄ſenti diſt. dicit ꝙ cauſatur a redundantia glorię aīę in ipſum corpus. Dn̄s Bonauentura et doctor ſubtilis non declarant a quo

cauſatur. Sed doctores recẽtiores tenẽt q immediate cauſatur a dño deo. ſed de colore ipſorum beatorũ loquitur doctor ſubtilis conditionaliter. videt em̃ ei mirabile q corpora beatorum ſint lucida ⁊ colorata. Sed nõ eſt dubitandũ: cũ Aurelius Aug. in. 21. li. de ciuitate dei. ca. 19. inquit. Pulchritudo corporis eſt ptium congruentia cũ quadam coloris ſuauitate: ſʒ corpora beata erũt pulcherrima ergo habebunt ſuauitatem coloris ⁊ per pñs erunt colorata. ❡ Sʒ quęres quo colore erunt colorata oĩa corpora reſurgentiuʒ? ❡ Hanc difficultateʒ apud oẽs doctores: quos legi inueni ambiguaʒ relinqui. videtur tamen mihi q nõ eſt ambigendum. Naʒ ſicut oẽs reſurgẽt in ętate qua reſurrexit ſaluatorita omnes reſurgent in eodẽ colore: quo reſurrexit idẽ ſaluator noſter: maxie qꝛ dictum eſt q reſurrectio fiet a dño deo: cuius opera ſunt perfecta. ⁊ ideo dixmus q corpa dãnatorum non reſurgent cum diformitatibus.

❡ Cõtra reſolutioneʒ hui⁹. q. arguitur ſic. ſequeret q corpa beatorum nõ poſſent videri a nobis: cõſequens eſt falſuʒ ergo ſequela probatur: lux ſolis ĩpedit nos ne videamus ipſum ſolẽ ergo poſtq̃ʒ lux beatorum erit adeo magna vel maior. impediet nos ne videamus ipſum ſolem. ❡ Ad hoc argumẽtuʒ reſpõdetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negat pña: rõnẽ pulchrã aſſignat dñs Alexander de Ales in tertia pte: qꝛ lux ſolis eſt diſgregratiua ⁊ deſtructiua viſus noſtri: quia diſſoluit humidum ipſum ipſius viſus: lux autẽ beatorũ corpoꝝ erit cõſeruatiua ⁊ cõfortatiua viſus noſtri ideo non tedio afficiet nos ſed delectabit: ſicut delectauit Petrum in monte tabor qñ dixit ſaluatori nr̃o: bonum eſt dñe nos hic eſſe faciam⁹ hic tria tabernacula ⁊c.

❡ Scd̃ arguit ſic. Corpa beatorum erunt peruia ergo non poterunt eſſe lucida ⁊ colorata: añs probatur authoritate diui Greg. ſuper illud Job. Non ęquabit ei auruʒ diſcentis: q patebit oculis corpalibus beatorum Harmonia interiorum. ❡ Ad hoc argumentũ rñdet negando añs: ⁊ ad probationem data authoritate nihil ſequit: qꝛ hoc fiet virtute diuina ad deſyderium ipſoruʒ beatorum.

❡ Queritur ſeptimo circa eandem diſt. an ignis tartare⁹ ſit eiuſdem ſpeciei cuʒ noſtro igni? ❡ Pro huius. q. enodatione eſt notandum q multi philoſophi vt Auicẽna nõ credentes reſurrectionẽ mortuoruʒ poſuerũt ſolas animas puniri: ⁊ qꝛ videbatur eis inconueniens q corpus ageret in ſpũm ideo nõ poſuere ignem corporeuʒ: ſed oĩa quę dicuntur de igni dixerũt eſſe intelligẽda metaphorice. Unde ſicut bonorum aĩaruʒ delectatio ⁊ iucunditas non erit in aliqua re corporali ſʒ ſpirituali. Nã erit in conſequtione ſui finis vniuſcuiuſq3 animę bonę delectatio: ita afflictio malarũ animaꝝ erit ſpiritualis tm̃ in hoc. ſ. q ſeparabuntur a ſuo fine cuius habẽt na

turalem appetitũ. ſed quia in pęna damnatorum non ſolum erit pœna damni quę rñdet auerſioni: ſed etiã pœna ſenſus quę conuerſioni reſpõdet. propterea Auicenna ponit aliũ modum punitionis. ſ. ꝙ aię malorꝝ non per corpa ſed per corporũ ſimilitudines punient̃ ſicut in ſomnijs aliqui affligũtur vſq; ad lachrymas et hunc modũ tangit Aureli⁹ Aug. in. 12. lib. ſup Geneſim. Sed hoc videtur eſſe abſurdum: nam potentia imaginatiua indiget organo corporeo ⁊ ideo tales viſiones imaginatiuę nequeunt fieri in aia ſeparata: ⁊ ideo idem Auicen. fuit coactus aſſerere ꝙ aię ſepatę vtunt̃ aliqua parte cęli pro organo: ſed hoc eſt redire ad opinionẽ poetarum ⁊ philoſophorum antiquoꝝ aſtruentiũ animas conuerti in ſtellas ſiue planetas quod oĩno abſurdum et ridiculoſuꝫ eſt. ❡ Iſtis ergo relictis rñdetur ad titulum. q. per duas concluſiones quaruꝫ prima eſt iſta. Ignis tartareus eſt corporeus. hęc cõcluſio patet expreſſa authoritate. diui Gregorij in. 4. lib. dialogorũ dicentis. Ignem gehenne corporeũ eſſe non ambigo. in quo certum eſt corpora damnatoruꝫ cruciari: ratione etiam probatur ſic. Pœna damnatorum proportionabiliter debet reſpondere pręmio beatorũ: ſed beati non ſolũ pręmiabuntur in anima ſed etiam in corpore ergo damnati non ſolum punientur in aia ſed etiã in corpore: ſed corpora non poſſunt puniri ab igni niſi ſit materialis ergo ignis tartareus eſt materialis. ❡ Scḋa concluſio eſt iſta. Ignis inferni eſt eiuſdem ſpeciei cũ noſtro. Iſta cõcluſio probat̃: quęlibet aqua eſt eiuſdem ſpeciei cuꝫ qualibꝫ alia aqua ⁊ quęlibet terra cum qualibet alia terra ⁊ quilibet aer cũ quolibet alio aere ergo q̃libet ignis eſt eiuſdem ſpeciei cum quolibet alio igni pñs tenet q2 nõ videt̃ eſſe maior rõ de alijs elementis ꝗ̃ de elemento ignis. Inſup ignis eſt ſpecies ſpecialiſſima ergo ignis iferni eſt eiuſdem ſpeciei cum noſtro igni. Quãuis iſtę concluſiones probent̃ ſufficienter: non tñ euidenter ſequuntur ex ſacra pagina. Nam licet authoritas quę habet̃ Lucę. 16. videt̃ inferre iſtas duas concluſiones nõ tamẽ eas infert. habetur em̃ ibi ꝙ diues epulo dixit. Pater Abrahã miſerere mei ⁊ mitte Lazarũ vt intinguat extremũ digitum ſuum in aquã: vt refrigeret linguã meã: quia crucior in hac flamma. Nã põt dici ꝙ in tali authoritate ſolum eſt ſermo de igni methaphorico ⁊ non de igni materiali: ſicut eſt ſermo ibidem de lingua ⁊ digito metaphoricis. Nã certum eſt ꝙ aię ſeparate non habẽt digitos neq; linguas.

❡ Contra primam concluſionem arguit̃ ſic authoritate Damaſceni in fine lib. 4. dicentis: in fine mundi tradent̃ diabol⁹ ⁊ dęmones eius ⁊ hõ eius. ſ. antichriſtus ⁊ impij ⁊ peccatores in ignẽ ęternũ non materialẽ: qualis eſt: qui apud nos eſt: ſed qualẽ vtiq; nouit deus. ergo ignis inferni nõ eſt corpore⁹. ❡ Ad hoc argumentũ rñdetur ꝙ Damaſcenus ſolum intendebat dicere ꝙ

alias proprietates habebit ignis inferni ab illis: quas habet noſter corporeus. Nam ille erit inextinguibilis: et noſter ē extinguibilis: et ille nō indiget fomentis et noſter indiget. Similiter ignis noſter agit naturaliter: ille vero mediante virtute diuina.

¶ Secundo arguitur ſic locus inferni ē ſpiritualis ergo ignis ē ſpiritualis. aūs patet expreſſa authoritate. Auguſt. in .12. lib. ſuper Geneſim dicentis ſpiritualez arbitror eſſe locum adquem anima defertur poſt mortez corporalem. ¶ Ad hoc argumentū rūdetur negando aūs et ad probationem dico ꝙ Auguſt. vocat illum locū ſpiritualem quia anima ſpiritualiter ibi erit. ſ. diffinitiue et non circunſcriptiue. ¶ Contra iſtam ſolutionē replicatur authoritate eiuſdez Auguſt. dicentis: ignis ęternꝰ cuius modi ſit: arbitror ſcire neminem: niſi cui ſpiritus diuinus forte oſtendit. ¶ Ad hanc replicam rūdet dñs Bonauentura. ꝙ ſpiritꝰ diuinus reuelauit diuo Grego. Et nos non ſcimus ignem inferni eſſe corporeum ſed credimus propṫ diui Grego. authoritatem.

¶ Tertio arguitur ſic ęternuz et non ęternum faciunt differenciam ſpecificā: immo ſępenumero genericā. ſed ignis inferni eſt ęternus et ignis huius mundi non eſt ęternus ergo ignis īferni differt ſpecie a noſtro igni. ¶ Ad hoc argumentuz rūdetur diſtinguendo maiorez vel qñ ęternitas prouenit ratiōe naturę et ſic cōceditur illa; et negatur ꝙ ignis inferni ſit ęternus ex natura ſua. vel quando ęternitas prouenit ex ſola voluntate diuina impediente corruptionem et ſic negatur illa. certum enim eſt ꝙ nos ſumus eiuſdem ſpeciei cum illis qui reſurgent et nos nō ſumus ęterni: et illi poſt reſurrectionē erunt ęterni. ¶ Contra iſtam ſolutionez arguitur ignis inferni non lucet neqꝫ indiget fomentis et ignis noſter lucet et indiget fomentis ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Ad hanc replicā rūdetur negando ꝯñaz rō eſt: quia ignis in ſua ſphęra ſecūdum oēs philoſophos non eſt lucidus. al's videremus eum de nocte et tñ eſt eiuſdē ſpeciei cum noſtro igni. et ꝙ non indigeat fomentiſ ignis inferni hoc eſt quia dñs deus ſpecialiter cōſeruat eum. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur ſequeretur ꝙ ignis inferni eodē modo et ęque fortiter cōbureret et cruciaret oīa corpora damnatorum ꝯñs eſt falſum. qꝛ corpora illoruz: qui magis peccauerunt magis cruciabūtur ab igni: igitur ſolutio nulla. Sequela probaṫ ignis huiꝰ mūdi ęque fortiṫ cōburit paſſa ęqualṙ diſpoſita et ęqualṙ applicata: et ignis inferni eſt eiuſdē ſpeciei cū iſto ergo ignis inferni ęqualṙ comburet et cruciabit corpora dānatoꝝ. ¶ Ad hanc replicā rūdeṫ negādo ſequelā et ad probationē negatur maior intelligēdo eā vlṙ. Nā danielis. 3. Cap. Ignis cōbuſſit corpora Babylonioꝝ et non combuſſit triuz puerorū corpora qꝛ dñs deus nolebat cōcurrere ad cōburendum tres pueros et bñ voluit cōcurrere ad cōburenduz babylonios; et proportio

nabl'r erit in inferno. Nā dñs deus concurret magis ad cōburendū dānatū q̄ plura peccata cōmiſit: q̄z ad cōburendū damnatū: qui pauciora peccata perpetrauerit.

¶ Quarto arguit̃ ſic ſequeret̃ q̄ infern⁹ non eſſet ſub terra ꝯñs eſt ↄtra illud yſaie.14. Cap. ſ. infernus ſubt⁹ ↄturbatus eſt in occurſum tui ⁊ cōtra illud Grego. in.4. lib. dialogoꝝ. Quid obſtat nō video: vt infernus ſub terra eē credat̃. ⁊ cōtra illud Jone.2. Cap. proiecisti me i corde maris: ſup quē paſſum Gloſſa dicit. ſ. in inferno ⁊. A Saluatore noſtro Matthei.12. dr̃ in corde terre. Naꝫ ſicut cor ē in medio aīs ita infern⁹ in medio terre eſſe phibet̃ igitur.2. p⁹. nulla: ſequela probat̃ ſequeret̃ q̄ ignis nō eſſet ibi perpetuo ꝯñs ē cōtra illud ſaluat. Matth.25. Cap. dicētis ite maledicti in ignē eternuꝫ ⁊c. ſequela probat̃ ignis ē ibi violenter nā eſt extra locū ſuū ⁊ nullū violētuꝫ ē perpetuū teſte pħo nr̃o ergo ignis inferni nō erit ꝑpetuus. ¶ Ad hoc arg^tum. rñdet̃ negando ſequelā ⁊ ad probationē negat̃ iterū ſequela ⁊ ad probationeꝫ negat̃ ꝯña ⁊ rō eſt: qꝛ non nal'r ibi conſeruabitur ignis ſed ſupra nal'r a dño deo ad cruciandū demones ⁊ dānatos hoīes.

¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur eccleſiaſtes.p⁹. Ca. ſtultoꝝ infinitus ē numer⁹ ⁊ ex ꝯñti infinitus erit numer⁹ damnatoꝝ ſꝫ terra nequit cape infinitos hoīes ergo infern⁹ non ē ſub terra. ¶ Ad hanc replicā rñdetur q̄ li infinit⁹ numer⁹ in autho^te. allegata capit̃ ꝓ magna multitudine hoīum ⁊ eſt cōis mod⁹ loquendi qñ ſunt multi homines in aliqua vrbe dicere q̄ ſunt īfiniti ⁊ terra bene pōt capere oēs damnatos q̄uis ſint in magna multitudine qꝛ in ťra ſunt multe cauerne ⁊ cōcauitates ⁊ receptacula in q̄bus poterit eos recipe.

¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguitur authoritate Job.18. dicentis de hoīe damnato: ⁊ de orbe transferet eum deus ergo infern⁹ ē extra mundū ⁊ per ꝯñs non ē ſub terra. ¶ Ad hanc replicā rñdetur q̄ Job capit ibi orbem pro iſta infima aeris regione.

¶ Queritur octauo circa eandem diſt. An corpora damnatoruꝫ poſt reſurrectionem cremabuntur ab igni. ¶ Pro huius.q. intelligentia eſt notanduꝫ q̄ duplex eſt actio. ſcꝫ realis ⁊ intentionalis verbi grã: ignis duob⁹ modis agit in animal Uno modo actione reali producēdo in ipſum calorē. Alio mō actiōe intentionali producēdo noticiā ſui ipſius ⁊ quia teſte pħo oppoſitoruꝫ eadeꝫ eſt diſciplina. ideo duplex eſt paſſio. ſ. realis ⁊ intentionalis ⁊ ſic aīal ab igni duplicit̃ patit̃. ſ. paſſione reali recipiēdo calorem ⁊ paſſione intentionali recipiendo noticiaꝫ ipſius igni. Ulterius eſt notanduꝫ: q̄ diuus Thomas ⁊ doctor ſubtilis tenent q̄ corpora damnatorum ſolum patientur ab igni intentional'r et non realiter ⁊ ideo non cōburentur ab ipſo igni. Motiuū diui Thome eſt: qꝛ poſt diem iudicij ceſſabit motus celi qui eſt principium cuiuſlibet actionis realis: et ideo poſtq̄ nullus erit motus celi poſt diem iu

dicij ignis non poterit agere actiōe reali. ¶ Contra iſtud motiuum eſt articulus pariſienſis. ſ. error eſt dicere q motu cęli ceſſāte ſi ſtupa applicetur igni nō cōburet eam. Inſuper Joſue pugnabat egregie cum ſuis armigeris per totum illū diem in quo ſteterunt ſol ⁊ luna cōtra Gabaon vt habetur in lib. eiuſdē Joſue ergo mot⁹ cęli nullo modo requiritur ad actionē realem. Motiuū doctoris ſubtilis eſt authoritas Job: quę hētur. 34. ca. ſ. q damnati tráſibūt ab aq̄s niuiū ad nimiū calorē: et hoc videt̄ ei impoſſibile. nā tunc contraria eſſent in eodē ſubiecto: ſ; iſtud motiuum etiam nullius eſt valoris. Nam valde facile eſt deo deſtruere nimiū frigus ſubito ⁊ producere nimiū calore; ⁊ ediuerſo: ⁊ ſic non erunt in eodē ſubiecto duo contraria. Inſup dn̄s deus bene poteſt ponere duo contraria in eode; ſubiecto q̄uis naturaliter non ſit poſſibile.

¶ Jam arguit̄ contra rn̄ſionē ipſorum. Illud qđ eſt naturale ⁊ naturalr̄ conuenit corpori damnati nō affligit ipſum: immo potius perficit: ſed actio intentionalis eſt conueniens naturę corporis damnati ⁊ ꝑficit ipſum. Ma; non perficit ſubiectum cui ineſt ergo talis actio intentionalis nō affligit corpora damnatorum.

¶ Scđo arguit̄ ſic. Illud qđ eſt cōe beatis et damnatis neq̄ poni afflictio damnatorum: ſed actio intentionalis eſt cōis beatis ⁊ damnatis ergo actio intētionalis nullo modo affligit damnatos: ſi dicas q non eodem mō beati ⁊ damnati apprehendūt ipſu; ignē: quia damnati apprehendunt ignē tanq̄ ſibi diſconuenientem et beati non talr̄ apprehendūt. contra hoc arguit̄. vl̄ talis ignis erit corporum damnatoꝝ vere leſiuus. vel nō erit vere leſiu⁹ ſi primum habet̄ intentū. ſi ſm ſequitur q decipient̄: quia apprehēdunt ignem tanq̄ lęſiuū ⁊ non eſt lęſiu⁹.

¶ Propteriſta ergo tenet diu⁹ Bonauentura q corpora dāmatorū patientur ab igni paſſione reali: ⁊ ipm ſequitur dn̄s Durand⁹: ⁊ oēs iuniores eū ſequunt̄: ⁊ rn̄detur ſcđm eos per vnicā concluſionē quę talis eſt. Corpora damnatorū poſt reſurrectionem vere ⁊ realiter cremabunt̄ ab igni. Iſta concluſio probat̄: corpora damnatoru; erunt debite applicata ipſi igni et nullu; erit impedimentum: quia motus cęli nō requiritur vt probatum eſt ergo ignis vere et realiter cōburet corpora damnatorum.

¶ Contra iſtam opinionē ar. ſic. nullu; incorruptibile eſt paſſibile: ſ; corpora dānatoꝝ poſt diem iudicij erunt incorruptibilia ergo non poterunt pati corpora damnatoru; ab igni maior ꝓbatur teſte ph̄o in. 6. lib. Topicoꝝ. paſſio magis ⁊ magis facta abiicit a ſubſtantia ⁊ tādē inducit corruptionem. Nam oē finitum ꝑ ablationem finiti tandem redigit̄ in nihil ergo ſi corpora damnatoꝝ paterentur ab igni tandē corrūperentur. Jam ꝓbatur minor authoritate Joan. in. 9. Cap. Apoca

lypſ. dicentis: in diebus illis querēt hoies mortem ꝛ non inuenient eaȝ ꝛ deſyderabūt mortē ꝛ mors fugiet ab illis ergo corpora damnatorum poſt reſurrectionē erunt incorruptibilia. ¶ Ad hoc argumentum rñdet negando maiorē ꝛ ad probationeȝ dico ꝙ phs intelligit de incorruptibili ꝑ naturā et ſic procedit eius rō: ꝛ non de incorruptibili ꝑ grām dei. Naȝ tale bñ pōt pati ſȝ ꝑ talem paſſionē nihil adimitur a ſubſtantia. ſȝ ſoluȝ introducitur mala diſpoſitio. Nā ſi continuo aliquid adimeretur tandē reduceret in nihil. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur corpora damnatoꝝ patiuntur ab igni ꝛ cōburuntur ergo corrūpuntur ꝛ ꝑ ↄñs ſunt corruptibilia. ¶ Ad hanc replicā rñdet dñs Bonauent. diſtinguendo ↄñs ꝓme ↄñę vel capiendo corruptionem pro defectione ſubſtātię et ſic negat ↄñam vel pro introductione malę diſpoſitionis et ſic ↄcedit ambas ↄñas cum ↄñte. Nam ſi concedamus corpora damnatoꝝ non eē corruptibilia capimus corruptibile ꝓmo mō ꝛ non ſcđo modo.

¶ Scđo arguit ſic ignis nullo mō pōt agere poſt dieȝ iudicij ergo corpora damnatoꝝ non patient ab igni añs probatur. Poſt diem iudicij non erit motus cęli ergo ignis non poterit agere poſt diem iudicij ↄña probat: ſublato illo qđ eſt pricipium oīs actiōis realis ceſſabit oīs actio realis ſed motus cęli eſt principium oīs actionis realis ergo pꝰ diē iudicij ceſſabit actio ignis. ¶ Ad hoc argumentū rñdet negādo añs et ad probationem negat ↄña: ꝛ ad probationem negatur minor: ꝛ illa conceſſa adhuc nihil ſequit. Naȝ nō neceſſario requirit ꝛ iđo ſine illo bñ pōt fieri actio realis.

¶ Tertio arguitur ſic. Job triceſimoquarto ca. habetur damnatiˀ tranſibūt ab aquis niuiū ad nimiuȝ calorem ꝛ nō poſſunt eſſe contraria in eodem ſubiecto ergo ignis nō cōburet corpora damnatorum. ¶ Ad hoc argumentuȝ pat ſolutio ex impugnatione opinionis doctoris ſubtilis.

¶ Quarto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ tandem hoies damnati pꝰ diem iudicij morerent: ↄñs eſt falſum ergo ſequela probatur: comburentur ꝛ ad combuſtionē ſequit imflammatio et ad imflammationem ſequit conſumptio ergo tandē conſument ꝛ per ↄñs morient. ¶ Ad hō argumentum rñdet negando ſeqlā et ad probationeȝ negatur ꝙ ad cōbuſtionem ſequat neceſſario imflāmatio qꝛ dñs deus impedit. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguit. dolor huiꝰ mundi interdum occidit hoiem propter ſuam magnitudinē ſed quilibȝ dolor dānati erit maior ꝙȝ ſit dolor huius mūdi quātumcūqȝ magnꝰ ꝙ dolor interficiet damnatos. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negando cōſequentiam ꝛ rō eſt eſt: qꝛ dñs deꝰ ſpecialiter cōſeruat ipſos dānatos: et inde eſt ꝙ ignis nō pōt aſſimilare ſibi ipſos damnatos quo ad itroductioneȝ formę ſubſtantialis ipſiꝰ ignis licet bene quo ad introductionem caloris. Nec mirandum eſt de

hoc.ſ. q dñs deus conſeruet corpa damnatorũ intra ignẽ: qñ naturalr Salamandra viuit intra ignem.

¶ Queritur nono circa candẽ diſt. an aię damnatorũ añ reſurrectionem ab igni cóburant? ¶ Pro hui⁹.q. elucidatione ẽ aduertendũ q varie volitãt opiniões circa ipaz. Una eſt opinio Hẽrici de Gãdauo in quolibetis tenẽtis q aię hñt quoſdam habit⁹ ſupnaturales rõne quorum patiunt ab ipo igni. ¶ Contra iſtã opinionẽ arguit ſic. vel talis habitus ſupnaturalis eſt qlitas ſpũalis vel corpalis. ſi primũ ſequit q ſi ignis põt agere in aiaz cũ tali habitu ſpũali: poterit etiã agere ſine tali habitu qñ qdem talis habitus eſt ſpũalis. nam ſemp hẽtur q corpus agit in ſpm̃ actiõe reali qđ negatur ab oib⁹ z phis z theologis: z p pñs ſupuacaneũ eſt ponere talẽ habituz ſpũalẽ. ſi ſcđz ſequit ſi talis habit⁹ corporalis ineſt ipi aię: eodẽ mõ calor poterit ineſſe z frigus: et p pñs aia erit calida z frigida z ſic đ alijs qđ abſurdum eſt. ¶ Alia eſt opinio dñi Durandi: quã cœpit ex Algazen et Auicẽna q aię z dęmones puniũtur a ſola carẽtia viſionis diuinę: rõ ipſorum eſt: qz beati pręmiant a ſola conſequtione finis vltimi: qui eſt dñs deus: z cum oppoſitorũ eadez ſit diſciplina damnati punient a ſola ſeparatione vltimi finis. ¶ Contra iſtam opinionẽ arguit ſic. ſequeretur q paruuli diſcedentes cuz ſolo originali ęqualiter punirent cum magnis peccatoribus: qui diſceſſerunt in magnis peccatis mortalibus: pñs eſt omnino abſurduz z cõtra iuſticiaz diuinã ergo opinio nulla: ſequela probatur: paruuli adeo bene ſeparant ab vltimo fine ſicut omnes alij damnati ergo ęqualiter puniuntur. ¶ Hoc argumentũ non cõcludit: immo facile eſt rñdere negando ſequelam: z ad probationez negatur pña: z ratio eſt: naz alij dãnati habent maiorẽ nolitionez talis ſeparationis q̃z puuli et ideo maiorem habent triſtitiã ſiue dolorẽ. Inſup habẽt nolitionẽ reſpectu pctõrũ actualiũ q cõmiſerunt ex qua etiam gñat triſticia: z nullã talem hñt paruuli. ¶ Contra iſtã ſolutionẽ replicatur: ſequeret q ſcti patres in limbo fuiſſent puniti: pñs eſt falſum ergo ſequela probat: ſancti patres in limbo habebant talem ſeparationẽ ab vltimo fine ergo puniebantur in limbo. ¶ Hęc replica etiã non concludit z facile eſt negare ſequelam: et ad probationez negat q habebãt talem ſeparationem qualẽ habent damnati: nã damnati habebãt ęternam: z ſancti patres in limbo tẽporalem. Inſup talis ſepatio nõ erat eis inflicta ppt pctã ipſorũ: ſz qz nõ dum xps aſcẽderat ad cęlos. ¶ Cõtra iſtã ſolutionẽ adhuc arguit: ſeqretur q aię in purgatorio eodez mõ punirent ſicut dãnati pñs ẽ falſuz g̃ ſeqla pbat: ſepantur ab vltimo fine aię in purgatorio z talis ſepatio inſligitur ppt pctã ipſaꝝ ergo eodẽ mõ puniunt aię in purgatorio ſicut dãnati in inferno. ¶ Hęc replica etiã non concludit. nã dicet q vna ſepatio eſt temporalis z altera ęterna: z ideo non eodem modo puniuntur.

¶ Sed qꝛ ſaluatoꝛ aſſerit aīas ⁊ dę
mones puniri ab igni Matthęi. 25.
ca. ideo non placet hęc opinio alijs
doctoꝛibus. Idcirco Altiſidoꝛēſis
ponit duas facies in aīa. alij ponūt
potentias ſenſitiuas cū aīa ſepata.
¶ Sed iſti doctoꝛes nō dant modū
quo puniuntᷣ dęmones ꝗ non habēt
tales facies neqꝫ tales potētias ſen
ſitiuas. ¶ Idcirco Alexāder ꝺ ales
quęſtione. 116. membꝛo ſcdo: ſcdę ꝑ
tis aſſerit ꝙ aīę ⁊ demonęs patiuntᷣ
ab igni non ex materia ignis: ſed ex
oꝛdinatione diuina. ſed nō declarat
qualiter patiuntᷣ. Propterea diuꝰ
Thomas in p̄ſenti diſtī. aperit mo
dum patiēdi. dicit eīm ꝙ ignis ex na
tura ſua pōt ꝯiungi dęmoni vel aīę
non tamē pōt ex natura ſua eos de
tinere ſed vt inſtrumentū diuinę iu
ſticię detinet eos taliter ꝙ non poſ
ſunt exire ac ſi eſſent in carceribus:
et ideo ignis propter talē detentio
nem eſt nociuus ⁊ diſconueniēs dę
moni ⁊ aīę damnatę. Quare dęmō
vel aīa videns ignē apprehendit ip
ſum tanqꝫ ſibi nociuum ⁊ diſconue
nientem ⁊ ideo vult detineri ab eo:
et odit ip̄m ex tali nolitione et odio
qđ habꝫ aduerſus ignē cauſatᷣ in dę
mone vł aīa damnata mirabilis tri
ſticia ⁊ ſicut vnus dęmon vel aīa dā
nata habet plura peccata ita habet
maioꝛeꝫ nolitionē reſpectu talis de
tentionis ⁊ maius odiū reſpectu ig
nis: ⁊ ex ꝯſiti maioꝛē triſtitiaꝫ qꝫ ha
beat dęmon vel aīa habens paucio
ra peccata. ¶ Hęc opinio nō placet
doctoꝛi ſubtili quantū ad iſtud pun
ctum. ſ. ꝙ ignis ſit nociuus dęmoni
vel aīę damnate. ¶ Sꝫ reuera ſi ig
nis habeat illā virtutē detinendi et
ligandi dęmonē vel aīam damnatā
egregie dicit diuus Thomas ꝙ ta
lis ignis eſt nociuus ⁊ diſconuenies
dęmoni et aīę damnatę. ¶ Sꝫ quia
dubium eſt an ignis habeat talē vir
tutē immo eſt mirabile. ¶ Idcirco
diuus Bonauentura ⁊ doctoꝛ ſubti
lis aſſerunt ꝙ a ſolo deo detinetᷣ dę
mon vel aīa damnata in ipſo igni ⁊
hoc eſt valde facile dño deo. Naꝫ ſi
ſemel dęmon et aīa ſint in igni non
poſſunt exire ſine concurſu dei ge
nerali adiuuāte eos vt exeant: ſi er
go dñs nunqꝫ vult iuuare eos nunqꝫ
exibunt ⁊ per ꝯñs perpetuo detine
buntur.

¶ Contra iſtam opinionē vni
cum eſt argumentū tale ſcꝫ. Dęmō
aprehēdit ignē ⁊ ſcit ꝙ ignis non no
cet ſibi neqꝫ poteſt nocere ergo non
cruciatur ab igni. ¶ Sed hoc argu
mentum ſoluꝫ concludit ꝙ propꝛie
non puniuntur dęmones aut aīę ab
igni ſed ſolum in igni.

¶ Iam arguitᷣ contra ambas
opiniones. ſequeretur ꝙ oēs dęmo
nes et aīę damnatę ęqualiter puni
rentur: ꝯñs eſt falſum ⁊ abſurdum.
ergo ambę opinions nullę: ſequela
pꝛobatur: oēs dęmones ⁊ aīę dam
natę puniuntur ꝑ detentionē ignis:
ſed oēs ęqualiter detinentᷣ ⁊ detine
buntᷣ: qꝛ ęternaliter ergo oēs dęmo
nes ⁊ aīę damnate ęqualiter puniū
tur. ¶ Ad hoc argumentū rñdetᷣ ne
gando ſequelā: ⁊ ad pꝛobationē ne
gatur ꝯña: ⁊ rō eſt: qꝛ non oēs habēt
ęquales nolitiōes reſpectu talis de
tentionis. Nā ille qui magis pecca

uit magis nō vult detineri ⁊ ex ma‑
iori nolitione detinēdi ſequit̄ maior
triſticia. Ille inſup qui grauiꝰ pecca
uit habꝫ itenſius nolle reſpectu pec
catorum. rōne cuius intenſioris no
litionis ſequit̄ maior triſticia: ſimil̄r
ille q̄ plura pctā cōmiſit plures ha‑
bet nolitiones ex quibus ſequit̄ ma
ior triſticia: ⁊ ex ꝯn̄ti ſemꝑ ille q̄ gra
uius peccat aut plura peccata cōmi
ſit grauius punit̄ q̄ꝫ alius qui minꝰ
peccauit. ¶ Contra iſtam ſolutionē
argutur ſic. ſequeret̄ ꝙ in poteſtate
dęmonis vel aię damnate eſſet non
puniri: ꝯn̄s eſt abſurdum ergo ſolu
tio nulla: ſequela probat̄: in poteſta
te eiꝰ eſt velle detineri ab igni. ſi er
go demon vl' aīa damnata velit de
tineri: tunc non triſtabitur ⁊ per ꝯn̄s
non punietur: aīs probat̄ teſte au‑
relio Aug. in lib. de libero arbitrio:
nihil magis eſt in poteſtate volūta
tis q̄ꝫ ipſa volitio vel nolitio ergo in
poteſtate dęmonis vl' aię damnate
eſt velle detineri ab igni. ¶ Ad hāc
replicam rn̄det̄ negando ſequelā: ⁊
ad probationē negat̄ aīs: ⁊ ad pro‑
bationē dico ꝙ authoritas Aug. in‑
telligit̄ niſi dn̄s deus neceſſitet vo‑
luntatem: modo dn̄s deꝰ neceſſitat
voluntates demonū ⁊ aiaꝝ damna
tarum vt habeant tales nolitiones
detinendi: ita ꝙ dato ꝙ vellent eas
relinquere non poſſunt: q: dn̄s deꝰ
eas conſeruat vt ipſi demones con‑
tinuo crucientur: et inde eſt ꝙ dato
ꝙ relinquant infernuꝫ ⁊ veniant ad
aerem iſtū infimū vltimę regionis
ad temptandum nos ſecuꝫ portant
tormentuꝫ ignis videlicet tales no‑
litiones.

¶ Scd̄o arguit̄ ſic Ignis pro
ducit calorē in dęmões ⁊ aīas dam‑
natas q̄ ambę opiniones nullę aīs
probat̄ calor pōt inhęrere dęmoni ⁊
aię damnatę ⁊ ignis ē productiuus
caloris ⁊ nullū ē impedimētū ergo
ignis producit calorē in dęmones ⁊
aīas damnatas maior. probat̄ noti‑
cia pōt ihęrere lapidi ergo calor po
teſt inhęrere dęmoni vel aię damna
tę ꝯn̄a tenet q: nō videt̄ eē maior. rō
ꝙ accidens ſp̄ūale poſſit inhęrere
rei corporali q̄ꝫ qd̄ accn̄s corporale
poſſit inhęrere rei ſpirituali. ¶ Ad
hoc argumentū rn̄det̄ negando aīs
⁊ ad probationeꝫ negat̄ maior ⁊ ad
probationē negr̄ ꝯn̄a ⁊ ad probatio
nē nego ꝙ nō ſit maior rō de vno q̄ꝫ
de alio ⁊ dico ꝙ diſcrimen eſt q: ad
vnū ſeqtur magnū icōueniēs ⁊ im
poſſibile ⁊ ad alterū nihil ſequitur.
Nā ſi accn̄s corporale inhęreret rei
ſp̄ūali. ſ. dęmoni vel aię: eſſet infini‑
te intenſum et ſic quilibꝫ dęmon ⁊ q̄‑
libꝫ aīa infinite puniret̄ intenſiue et
p ꝯn̄s oēs ęqualr̄ puniret̄ qd̄ eſt ab‑
ſurdū ⁊ ꝯtra iuſticiā diuinā ⁊ ſi aliqs
vellet negare illud aīs. ſ. ꝙ nō pōt
inhęrere lapidi difficile eēt probare
contra proteruum.

¶ Tertio arguit̄ ſic ignis non
eſt pręſtantior dęmone vel aīa ratio
nali q̄ non agit in dęmonē vel aiam
rationalē ꝯn̄a tenet q: teſte Aurelio
Auguſt. in. 12. ſuper Geneſim ⁊ pħo
nr̄o omne agens pręſtantiꝰ ē paſſo.
¶ Ad hoc argumentū rn̄det̄ negan
do ꝯn̄am: q: nō intelligr̄ de agente
quolibꝫ pōt etiā dici ꝙ ſꝫ in quid igni
ē pręſtantior quo ad illā actionem.

¶Contra iſtã ſolutionẽ arguitur. ignis nõ cõicat in materia cũ demone vel aia g non põt agere in demonẽ vel aiaz pña probatur qz teſte pho nro in lib. de gñatione z corruptione illa q agunt inuicẽ debent cõicare in materia. ¶Ad hãc replicã rñdetur negando pñam z ad probationẽ dicẽdo qp phus intelligit ſolũ de actionibus in quibus agẽs põt transmutare paſſum in ſuaz naturã: mõ ignis nõ poteſt transmutare demonẽ vel aiam in ſuã naturã. ¶Cõtra iſtam ſolutionẽ replicat teſte eodem pho nro in lib. allegato oẽ qd agit: agit p cõtactũ ſz demõ z aia z ignis non poſſunt ſe tangere ergo ignis nullo mõ põt agere in demonẽ vel aiam. ¶Ad hãc replicaz rñdet diſtinguendo maiorẽ vel intelligendo eã de cõtactu reali ſoluz et ſic negat illa nec phs talr intelligit illã. vel intelligẽdo contactu reali vel virtuali indifferenter cõcedit illa et negat minor in tali ſenſu. Naz ignis z demon bene poſſunt ſe tangere virtualiter.

¶Circa reſolutionẽ huius .q. dubitabis qualr puniunt aie in purgatorio. ¶Ad hoc dubiũ rñdet qp pportionabiliter eſt dicendũ ſicut de aiabus damnatis aut diabolis. ſ. p nolitiones: quas habẽt reſpectu detẽtionis z reſpectu pctõz que cõmiſerunt. ¶Eſt tamẽ aduertendũ qp nolitio quam habz aia in purgatorio reſpectu detẽtionis nõ eſt abſoluta ſicut eſt illa quaz habet aia damnata aut demon ſed eſt talis. ſ. nollẽ eſſe in purgatorio ſi ſaluatori meo placeret. vel ſi iam ſatiſfeciſſem. z iſta nolitio eſt bona z ſctã: ſed nolitiões quas habent demones vel aie damnate ſunt male z demeritorie qz contra diuinã voluntatẽ pariformã nolitio quã habet aia in purgatorio reſpectu pctõrum eſt ſancta. ſ. nollẽ peccaſſe: qz eſt dei offenſiuum. ſz nolitiones demonũ aut damnatoruz reſpectu peccatorũ ſunt male z iniuſte: nõ em̃ habẽt bonuz finẽ: neqz em̃ diſplicet peccaſſe: qz pctã ſunt dei offenſiua ſed ſolũ qz cruciant in inferno propter ipſa.

De diuerſis aiaz receptaculis. Diſtinctio. XLV.

PReterea ſciendum ẽ qp oẽs aie: vt ait Augu. cum de hoc ſeculo exierit diuerſas habent receptiones: bone hñt gaudium: male vo tormenta. Sed cũ facta fuerit reſurrectio z bonoz gaudiũ amplius erit z malorũ tormenta grauiora qñ cuz corpe torquebunt. Ex his oñditur qp maius erit gaudiuz ſctõz in reſurrectione z poſt: qz fuerit añ. z qp diuerſa receptacula habebũt aie ſanctorũ. De qbus idẽ Aug. ait. Tempꝰ qd inter hois mortẽ et vltimã reſurrectionẽ interpoſitũ eſt. aias abditis receptaculis ptinet. ſi

cut vnaqueqꝫ digna eſt vel reqe vel erumna pro eo qđ ſortita ē in carne dum viueret.

De ſuffragijs defunctorū.

¶ Neqꝫ negandum eſt vt ait Augu. defunctorꝫ aīas pietate ſuorꝫ viuentiū releuari. cū pro illis ſacrificiū mediatori offer tur vel elemoſyne fiunt in eccle ſia. Sꝫ hec eis tm̄ ꝓſunt q̄ cū viuerent hec ſibi vt poſt ea poſ ſent ꝓdeſſe meruerunt. Eſt eīm q̄dam viuendi modus nec tam bonus vt nō requirat iſta poſt mortē. nec tam malus vt ei non ꝓſint iſta quicq̄ꝫ. Eſt v̊o talis in bono vt iſta nō requirat: ⁊ ē rurſus talis in malo. vt nec his valeat cū hec vita tranſierit ad iuuari. Quo circa hic oē meri tum cōparatur quo poſſit poſt hanc vitā quiſpiam grauari vel releuari. Nemo autē ſperet qđ hic neglexit cū obierit apud de um promereri. Non ergo iſta q̄ pro defunctis commendandis frequentat eccleſia illi apoſtoli ce ſunt aduerſa ſnie qua dictum eſt. Omnes ſtabimus ante tribu nal xp̄i: vt referat vnuſq̄ſqꝫ ꝓm ea que per corpus geſſit. ſ. bona vel mala. qꝛ etiam hoc meritū ſibi quiſqꝫ cum in corpore viue ret cōparauit: vt poſſint ei iſta prodeſſe. Non eīm oībus pro ſunt: ⁊ quare. Non eīm propter differentiā vite quā quiſqꝫ geſ ſit in corpe. Cū ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcunqꝫ alia rum elemoſynarū ꝓ baptizatis omnibus offerūtur ꝓ valde bo nis gratiarū actiones ſunt. pro nō valde malis ſunt ꝓpitiatio nes. Sed pro valde malis ⁊ ſi nulla ſunt adiumēta mortuorꝫ. tn̄ qualeſcūqꝫ viuorū conſola tiones ſunt. Quibus v̊o ꝓſunt vel ad hoc ꝓſunt. vt ſit plena re miſſio vel certe vt tolerabilior ſit ipſa damnatio. Orōnibus er go ſancte eccleſie ⁊ ſacrificio ſa lutari ⁊ elemoſynis que ꝓ eorꝫ ſpiritibus offerunt. non eſt du bium mortuos adiuuari. vt cū eis miſericordius agat a dn̄o: q̄ꝫ eorū pctā meruerunt. Hoc eīm a patribus traditū tota ob ſuat eccleſia. Ut ꝓ eis q̄ in cōi one corpis ⁊ ſanguinis dn̄i de functi ſunt. cū ad ipſum ſacrifi ciū loco ſuo cōmemorent ore tur ac ꝓ illis quoqꝫ id offerri cō memoret. Non eſt ergo ambi gendū iſta ꝓdeſſe defunctis. ſꝫ talibus q̄ ita vixerunt ante mor tem. vt poſſint eis hec vtilia eſ

ſe poſt mortem. Nã qui ſine fi-
de opante p dilectionem eiuſcꝫ
ſacramentis de corpe exierunt
fuſtra illis a ſuis hmõi pietatis
officia impẽdunt. cui⁹ dum hic
eſſent pignore caruerũt. nõ mi
ſericordiã ſibi theſaurizãtes: ſed
irã Nõ ergo mortuis noua me-
rita comparant cum ꝓ eis ali-
quid boni opant ſui. ſed eoꝝ p̄-
cedentib⁹ cõſequẽtia iſta red-
dunt. Nã iſtã quiſcꝫ finiens vi-
tã: niſi qđ i ea meruerit: nõ po-
terit habere poſt eã. Ecce qbus
ꝛ qualiter pſunt illa que ꝓ de-
functis frequẽtat eccleſia. medi
ocriter malis ſuffragant ad pe-
ne mitigationē mediocrit bõis
ad plenã abſolutiõem. Qui nõ
habẽt tante pfectiõis merita vt
nõ indigeãt iuuari per paupe-
res quoꝝ eſt regnũ celoꝝ quos
ſibi fecerũt amicos đ mãmona
iniqtatis. Quoꝝ tãta ẽ pfectio
vt his adiutorijs nõ indigeant:
quales ſunt apoſtoli ꝛ martyres
Ut eñ ait Augu. Iniuria eſt
ꝓmartyre orare i eccleſia. cuius
nos đbemus orõnib⁹ commẽ-
dari ꝓ alijs aũt đfũctis oratur.

De officijs ſepulture.

¶ De pompis vero exequia-
rum idem Aug. ita dicit. Põ-
pa funeris agmina exequiarũ.
ſumptuoſa diligẽtia ſepulture.
viuoꝝ ſunt qualiacũcꝫ ſolatia:
nõ adiutoria mortuoꝝ. Quia
ſi aliqđ pdeſt impio ſepultura
pcioſa oberit pio vilis vl' nulla.
Preclaras exequias in ꝯſpectu
hoim purpurato illi diuiti exhi
buit turba famuloꝝ: ſed multo
clariores in cõſpectu dñi vlce-
roſo illi pauperi miniſteriũ ex-
hibuit angeloꝝ q eũ extulerunt
nõ in marmoreum tumulũ: ſed
in Abrae gremium. Sit tamẽ
cura mortuos ſepeliẽdi ꝛ ſepul-
chra conſtruẽdi quia hec i ſcrip
turis ſanctis inter bona opa đ-
putata ſunt nec ſolũ i corpori-
bus patriarchaꝝ alioꝝcꝫ ſanc-
toꝝ ſed etiã in ipius dñi corpe
q iſta fecerũt laudati ſunt Im-
pleãt igitur homines erga ſuos
officia poſtremi muneris ꝛ ſui
humani leuiamenta meroris:
Uerũ illa q̃ adiuuãt ſpũs đfun
ctorũ. ſ. oblationes: orationes
multo obſeruanti⁹ procurent.

De duob⁹ eque bõis quo-
rum alter plura poſt mor-
tem habet auxilia.

¶ Solz moueri qſtio de duo-
bus vno diuite: altero paupere
pariter ſed mediocriter bonis qui

p dictis ſuffragijs indigē͡t ⁊ meruerunt pariter poſt mortē iuuari. p altero vo. i. p diuite ſpeciales ⁊ cōmunes fiunt orōnes multeq̄ʒ elemoſynarū largitiones. p paupere vero non fiunt niſi cōmunes largitiones ⁊ orōnes. Queritur ergo an tm̄ iuuetur pauper paucioribus ſubſidijs quantū diues amplioribꝰ. Si non pariter iuuatur non ei redditur ſcd̄m merita. Meruit eīn pariter iuuari. qꝛ pariter boni extiterunt. Si vo tantuʒ ſuffragij conſequitur quantum diues: quid ꝓtulerunt diuiti illa ſpēaliter p eo facta? Sane dici poteſt non ei magis valuiſſe generalia ⁊ ſpecialia q̄ʒ pauperi ſola generalia ſuffragia ⁊ tamē p fuerūt diuiti ſpecialia non q̄deʒ ad aliud vel maius aliq̄d ſed ad idem ad qđ generalia vt ex pluribꝰ ⁊ diuerſis cauſis vnū pciperet emolumentū. Poteſt tñ dici aliter illa plura ſubſidia cōtuliſſe diuiti celeriorem abſolutionem: non pleniorem.

Quibus ſuffragijs iuuabūtur mediocriter boni qui in fine inuenientur.

¶ Sed iterū querit̄ de aliquo mediocriter bono qui talibꝰ indigens ſuffragijs in ipſo conſumationis articulo cū reliquis migrabit: ſi ſaluus fuerit. p eo non offertur vlterius ſacrificiū vel oratio vel elemoſyna. nec habebat tante pfectionis merita. que his ſuffragijs non egerent. Nunquid ergo ſaluabit̄? Eſtimo eum quaſi p ignē tranſeuntem ſaluari meritis ⁊ interceſſionibus celeſtis eccleſie. que p fidelibꝰ ſemper intercedit voto ⁊ merito donec impleat̄ chriſtus.

Quomodo ſancti glorificati audiunt preces ſupplicantiū ⁊ quomodo intercedūt pro nobis ad dominum.

¶ Sed forte queris nunquid p̄ces ſupplicantium ſancti audiunt ⁊ vota poſtulantiū in eorum noticiam pueniunt. Non eſt incredibile animas ſanctorū que in abſcondito faciei dei veri luminis illuſtratione letātur: in ipſius contēplatione ea q̄ foris aguntur intelligere: quantū vel illis ad gaudiū vel nobis ad auxilium ptinet. Sicut eīn angelis ita ⁊ ſanctis qui deo aſſiſtunt petitiones noſtre innoteſcunt in verbo dei quod contēplantur. vnde ⁊ dicuntur angeli orōnes ⁊ vota noſtra offerre

deo non quia eum doceant. ſed quia eius voluntatẽ ſuper eis conſulunt. Unde Aug. Angelis qui ſunt apud deū innoteſcunt petitiones noſtre vt quodāmodo eas offerant deo ⁊ de his ↄſulant ⁊ quod deo iubente implendum eſſe cognouerunt. hoc nobis euidenter vel latẽter reportent. Unde ⁊ angelus hominibus ait cū oraretis orõnẽ veſtrã obtuli deo. Ad omnia quidem ſcienda ſufficit deo ſua ꝑfectio habet tamen nuncios.i. angelos. non qui ei q̇ neſcit annunciẽt. Non enī ſunt ulla que neſciat: ſed bonum eorū eſt de operibus ſuis eius conſulere veritatẽ. ⁊ hoc eſt quod ei dicunt nonnulla nunciare. non vt ipſe ab eis diſcat: ſed vt ab eo ipſi ꝑ v̇bum eius ſine corporali ſono nūciant etiã quod voluerit ab eo miſſi ad quos voluerit. totū ab illo ꝑ illud v̇bum eius audientes.i.in eius v̇itate inuenientes. q̇d ſibi faciendum: q̇bus ⁊ quādo nunciandū ſit. Nam ⁊ nos orantes eum non eū docemus quia nouit: vt ait verbū ei⁹: pater veſter q̇d vobis neceſſariū ſit priuſq̄ petatis ab eo. Nec iſta ex ꝑte cognouit. ſed futura omnia temporalia atq̄ in eis etiã quid ⁊ quando ab illo petituri fueramus. ⁊ quos ⁊ de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditur⁹ eſſet ſine initio ante preſciuit. Non ergo dicitur angelus orationes noſtras offerre deo: q̄ſi de⁹ tūc nouerit quid velimus ⁊ quo indigeam⁹ que oīa anteq̄ fiant ſicut ⁊ poſtq̄ facta ſunt nouit. ſed quia neceſſe habet rationalis creatura tẽporales cauſas ad eternam veritatẽ referre ſiue petẽdo q̇d erga ſe fiat: ſiue ↄſulendo quid faciat.

Quod dictū eſt de angelis attribuit ſanctis animab⁹.

¶ Si aūt angeli a deo ꝑ v̇bū eius diſcūt petitiones noſtras ⁊ quid de his implendū ſit ⁊ q̇d nō. Cur non credam⁹ ⁊ animas ſanctorū dei faciẽ contẽplãtiū in eius veritate intelligere p̄ces hominū: ⁊ que implẽde ſint vel nō. Inde eſt ꝙ deus dicit exaudire preces quorundā non ſolū quando effectui mancipat: ſed etiā quando innoteſcit curie angelorū ⁊ ſanctarum animaꝝ q̇d inde futurū ſit vel non: ⁊ quod cognoſcunt in dei voluntate eſſe volunt ⁊ ipſi. Adeo enī ſuꝑne voluntati addicti ſunt: vt nihil p̄ter eius voluntatẽ queant

velle. Intercedunt ergo ad deū p̄ nobis ſancti. ꝛ merito dū illoruꝫ merita ſuffragantur nobis. ꝛ affectu dum vota noſtra cupiunt impleri. Quod tamen nō faciunt niſi in voluntate dei implenda didicerint. Oram⁹ ergo vt intercedant p̄ nobis id eſt vt merita eorū nobis ſuffragētur: et vt ipſi velint bonum noſtruꝫ quia eis volentibus de⁹ vult ꝛ ita fiet. Ex premiſſis ꝯſtat q̄ cū quibuſdā miſericordius agit d̄ns q̄ꝫ eorū pctā meruerint. ſ. cū mediocriter malis: qui ſuffragijs eccleſie iuuantur.



Circa quadrageſimā quintam diſt. quęrit primo. An angeli ꝛ dēmones et animę a ſuis receptaculis egredi valeant.

❡ Pro huius. q. enodatione eſt aduertenduꝫ q̄ in gn̄ali ſolū ſunt duo receptacula. ſ. cęlum et infernus: ſꝫ in ſpeciali aliter loquenduꝫ eſt ante reſurrectionē ſaluatoris et aliter p⁹ reſurrectionē. Nam ante reſurrectionem ſaluatoris infern⁹ habebat. 4. receptacula. Primū circa centrum terrę in quo recipiūtur demones et animę q̄ mortuę ſunt in pctis mortalibus. et immediate iuxta centrū ſunt Lucifer et Judas Scariotes. In ſcd̄o receptaculo recipiebantur aīę purgandę et adhuc recipiunt et vocatur purgatoriū. In tertio recipiebant ꝛ adhuc recipiuntur pueri diſcedentes cum ſolo originali ꝛ vocatur limbus puerorū. In quarto recipiebant patriarchę et prophetę et alij ſancti viri qui mortui ſunt in gratia ſine debito alicui⁹ pęnę ꝛ iſte locus eſt binomius: nam vocat limbus patrum ꝛ ſinus Abrahę. At p⁹ reſurrectionē ſaluatoris ex limbo patrū ſiue ſinu Abrahę ꝛ limbo puerorū factus eſt vnus ſolus limb⁹. Idcirco infernus ſoluꝫ habet nunc tria receptacula.

❡ Cōtra iſtud notabile arguitur ſic. non eſt niſi vnus loc⁹ ad merendum vel demerendū ergo ſoluꝫ debet eſſe vnus locus ad pręmiandum vel ad puniendum. ❡ Ad hoc argumentū r̄ndet negando ꝯñam: rō eſt: q2 ſtatus merendi ꝛ demerendi eſt vnus ſolus ſed ſtatus pręmiationis vel punitionis nō eſt vnus ſolus ſꝫ multi ſunt tales ſtat⁹. ❡ Contra iſtam ſolutionē replicat. ſolum eſt vnus locus pro pręmiatione ſcꝫ cęlum ergo ſolum debet eſſe vn⁹ locus pro punitione. ❡ Ad hanc replicam negatur etiā ꝯña: ꝛ rō eſt: quia vt dicit diuus Dionyſius in quarto ca. de diuinis noibus. bonuꝫ ſolum vno modo fit: ſed malū multis modis. et hoc itidem dicit phus noſter in ſcd̄o libro Ethicorū. Ait eīn. Bonum eſt ex integra cauſa: maluꝫ vero ex ſingulis defectibus. Idcirco infert idem phs q̄ infinitis modis contingit peccare.

❡ Scd̄o arguit ſic. Ideꝫ erat limbus patrum et puerorum ante

reſurectionē ergo notabile falſum:
añs probatur: pro eadē culpa origi-
nali puniebant ſancti patres ⁊ pue-
ri ergo idem debebat eſſe locus pu
nitionis ipſorū. ¶ Ad hoc argumē-
tum rñdet negando añs: et ad pro-
bationē negat ꝯña: rō eſt: qꝛ pueri
puniebant ⁊ puniuntur rōne ſuaruꝫ
perſonarum: quę habent pctā origi
nalia: ſed ſancti patres nō puniebā
tur rōne perſonarū: ſed rōne naturę
humanę cuiꝰ pctm̄ nōduꝫ erat dele-
tum per mortē xp̄i. ¶ Contra iſtam
ſolutionē arguit teſte Aurel. Aug.
in libro Enchiridiō. Mitiſſima eſt
pœna puerorū qui cuꝫ ſolo origina-
li diſcedunt: ſed ſancti patres punie
bantur mitiſſima pœna ergo idem
erat limbꝰ ſanctorū patrū ⁊ deſcen
dentium cum originali: ꝯña probat
Illi qui puniunt eadē pœna habēt
idem receptaculū: ſed ſancti patres
et pueri puniebant eadeꝫ pœna: qꝛ
pœna mitiſſima: ergo idē eſt limbꝰ
ſctōrum patrū ⁊ puerorū deſcendē-
tium cū originali. ¶ Ad hanc repli-
cam rñdetur ꝙ Aug. vt clare cōſtat
loquitur poſt reſurrectionē xp̄i: ⁊ cer
tum eſt ꝙ nūc nulla eſt pœna adeo
mitis vel mitior ꝗꝫ eſt pœna puero
rum diſcedentium cum peccato ori
ginali: ſed ante reſurectionē xp̄i pœ
na ſanctorū patrum erat longe mi-
tior ꝗꝫ pœna puerorū: ⁊ ideo negan
dum eſt ꝙ eadē pœna puniebantur
ſancti patres ⁊ pueri. Nā ſancti pa-
tres ſolū puniebant pœna tempali
ſcꝫ carentia viſionis diuinę ad tem-
pus vſqꝫ reſurrectionis ſaluatoris ⁊
pueri vero ęterna pœna puniunt.
punientur. ſ. ęterna carentia diuinę
viſionis.

¶ Tertio arguit ſic. Limbus
patrum erat ideꝫ cū loco damnato-
rum ergo notabile falſum: añs pba
tur: ſaluator dicitur momordiſſe in-
fernuꝫ per pphetā Oſeę ſed nō mo-
mordiſſet infernū niſi limbus patꝝ
fuiſſet idem cū loco damnatorū er-
go limbus patrū erat idem cum lo
co damnatoꝝ. Inſup in vtroqꝫ ſym
bolo dicitur xp̄s deſcendiſſe ad īfe-
ros: ſed nō deſcendiſſet niſi idē eſſet
locus limbus patrū cum loco dam
natorum ergo ideꝫ eſt locus. ¶ Ad
hoc argumentū rñdet: ꝙ in dicto p.
phetę: ſimilr̄ in ſymbolo capit infer
nus vt cōprehendit illa. 4. recepta-
cula: ⁊ ideo dicitur momordiſſe īfer
num ⁊ deſcendiſſe ad inferos. Naꝫ
deſcendit ad limbuꝫ patrū ⁊ ad pur
gatorium ⁊ liberauit oēs pr̄iarchas
et ſanctos q̄ erant in limbo. ¶ Dif-
ficultas eſt tū an liberauit oēs aīas
quę tunc erant in purgatorio. ¶ Ad
hanc difficultatē rñdet diuus Tho-
mas negatiue ⁊ dicit ꝙ ſolum libe-
rauit illas quę ſatiſfecerant pro pœ
nis debitis peccatis ipſaruꝫ. ¶ Sꝫ
noſter ſympatriotes glioſꝰ Vincen
tius tenet ꝙ ſaluator noſter omnes
aīas liberauit a purgatorio: quas
inuenit ibi detentas: ⁊ hęc opinio vi
detur mihi verior ⁊ melior. Nam ſi
rex terrenus iuſte liberat oēs incar-
ceratos qñ nouiter ingredit aliquaꝫ
vrbem per locū a fortiori ⁊ maiori:
qui eſt rex regum ⁊ dñs dñantium:
quādo nouiter ingreſſus eſt purga-
torium totū expoliauit: ita ꝙ nullaꝫ
aīam reliquit in purgatorio: ſꝫ oēs

ſecum traxit ad glorīā eternā. Iux ta illud apoſtoli ad Colloſenſes.2. ca. Expolians principatus ⁊ ptātes palam triumphans ⁊c.

¶ Quarto arguitur ſic. Solū eſt triplex peccatum.ſ.originale veniale ⁊ mortale ergo ſolum in inferno debet eſſe triplex receptaculum: et per ꝯñs notabile falſum. ¶ Ad h argumentū rñdet negando primā ꝯñam: rō eſt: q2 pctō originali correſpondet duplex pœna vt dictum eſt vna.ſ.ratione perſonę: ⁊ alia ratiōe totius naturę humanę.

¶ Quinto arguitur ſic. Plura ſunt ponenda receptacula in ifer no q̄3.4. ergo notabile falſum: añs probatur: ponendus eſt ſinus Abrahę ⁊ ſinus Abrahę non erat limbus patrum ergo plura ſunt ponēda receptacula in inferno q̄3.4. minor pbatur: in limbo patrū nō videbatur deus ſed in ſinu Abrahę videt de⁹: ergo ſinus Abrahę nō erat limbus patrū: minor probat authoritate Aug. in.9. lib. confeſſionū dicentis ꝙ Nebridius eſt in ſinu Abrahę videns deū. ¶ Preterea eccleſia rogat ꝙ diuus Michael deferat aīas ad ſinum Abrahę: ſed eccleſia nō rogaret taliter ſi ſin⁹ Abrahę eſſet ps inferni ergo ſinus Abrahę nō eſt ps inferni. ¶ Pro huius argumēti ſolutione eſt aduertendū ꝙ ſin⁹ Abrahę idē eſt qꝺ requies Abrahę ⁊ Abraham longe meliorem requiē habet modo q̄3 habuit ante reſurrectionē ſaluatoris ⁊ ideo aliter capitur ſin⁹ Abrahę modo ⁊ aliter capiebat ante reſurrectionem. nam mō capitur pro cęlo empyreo ⁊ añ reſurrectionem capiebatur pro limbo patrum et nunc non eſt talis limbus patrū ſed ex ipſo factus eſt limbus puerorum. Idcirco nunc infernus nō habet niſi.3. receptacula ⁊ poſt diē iudicij ſolum habebit duo.ſ. limbum puerorū ⁊ locū dęmonū: q2 ex purgatorio efficiet idem locus cum loco dęmonum. ¶ Iſto notato rñdet ad formam argumenti negādo añs et ad probationē negat minor: ⁊ ad probationē negatur ꝯña: rō eſt quia aliter capit Aug. ſinū Abrahę ⁊ ſancta mater eccleſia: q̄3 capiebat ante reſurrectionē ſaluatoris. vt dictum eſt in notabili. ¶ Cōtra iſtā ſolutionem arguit authoritate Aug. in.12. ſuper Geneſim dicentis. Nondum inueni inferos alicubi in bonum poſuiſſe ſcripturam ſacram: ſed ſinus Abrahę ſemꝑ capit in bonā partē ergo nūq̄3 ſinus Abrahę fuit ps inferni. ¶ Ad hanc replicam rñdetur ꝙ ſi capiat ſin⁹ Abrahę ſicut modo capitur nūq̄3 fuit pars inferni: quia eſt cęlū empyreū: ſed ſi capiamus ſicut capiebatur ante reſurrectionē ſaluatoris: certum eſt ꝙ erat ps inferni. Et ſalua reuerentia Aug. ego inuenio duo loca in Geneſi vbi ifernus capit in bonā partem. Prim⁹ locus eſt quādo Iacob dixit audita morte falſa Ioſeph: lugens deſcendam ad inferos. Tertius locus eſt qñ fratres ipſius Ioſeph voluerūt ducere Beniamin ad ipſū Ioſeph tunc pro rege egypti pro comparandis frumentis. nam tunc Iacob dixit. vos adducetis canos meos ad inferos. Nā vtrobiq̄3 capiebat ifer

nus in bonā partē. ſ. pro ſinu Abra he: ſiue limbo patrum.

¶ Sexto arguitur ſic. Plura ſunt ponenda receptacula pro mortuis ergo notabile falſum: añs probatur: vltra illa oportet ponere paradiſum terreſtrem ergo plura ſunt receptacula. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur negando añs: et ad probationem negatur ꝙ paradiſus terreſtris debeat poni pro mortuis ſꝫ ſolum capitur pro viuis. Nā Elias ꝛ Enoch non ſunt mortui ſed viuunt in paradiſo terreſtri. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguitur: oēs aīe ſaluādę collocantur in paradiſo terreſtri vſqꝫ ad diē finalis iudicij ergo paradiſus terreſtris debet poni pro aiabus mortuis: añs probat ſancti patres retardabant a gloria paradiſi ante reſurrectionem xp̄i ergo nunc etiam aīe ſaluandorūꝫ retardantur a gloria ęterna vſqꝫ ad diem iudicij finalis in quo debeat reſugere oēs mortui. ¶ Ad hanc replicam rn̄det negando añs: ꝛ ad probationeꝫ negatur ꝯña ꝛ diſcrimen eſt: qꝛ gloria corporis non variat ſtatum nam redundat ex gloria aīe ꝛ ideo idem locus debetur aiabꝯ ante reſurrectionem corpoꝝ ꝛ poſt reſurrectionem ipſorum. ſ. ipſum cęlū. gloria auteꝫ aīe variat ſtatum. Idcirco alius locus debebat aīabus ſanctorū patꝝ ante reſurrectioneꝫ xp̄i ab illo: q̄ debetur ipis poſt reſurrectionē xp̄i: rō eſt: quia aīe ſanctoruꝫ patrū modo ſunt glorioſę ꝛ ante reſurrectionem xp̄i non erant glorioſę.

¶ Vltimo arguit ſic. Aer caliginoſus eſt vnum receptaculuꝫ demonum ergo plura ſunt receptacula: añs probatur expreſſa authoritate Aug. allegantis Apuleium phuꝫ aſſerentē hunc aerē eſſe plenuꝫ malis ſpiritibꝯ: veluti eſt plenꝯ muſcis quando eſt magna copia ipſarum. ¶ Ad hoc argumentuꝫ rn̄det ꝙ iſte aer caliginoſus non deputat diabolis niſi ad tempus: ꝛ propterea non computatur inter alia receptacula. ¶ Iſtis notatis rn̄det ad. q. p aliquas concluſiones: quarum prima eſt iſta. Angeli poſſunt egredi a cęlo et indies egrediunt: Iſta concluſio patet ex multis authoritatibus vtriuſqꝫ teſtamenti.

¶ Secunda concluſio eſt iſta Dęmones poſſunt exire ab inferno et indies exeunt propt exercitiū noſtrum. Iſta concluſio eodē modo p batur ſicut prima. ¶ Tertia cōcluſio eſt iſta. Aīe ſiue ſaluatę ſiue damnatę ſiue in purgatorio exiſtentes poſſunt egredi ꝛ frequenter egrediunt Iſta concluſio probat authoritate diui Hieronymi contra Vigilātiuꝫ et authoritate Aurelij Aug. in li. de cura pro mortuis agenda. ꝛ authoritate diui Gregorij in. 4. lib. dialogorum. narrātis multas apparitiones aīarū: tam beataruꝫ q̄ȝ damnatarum: q̄ȝ exiſtentiuꝫ in purgatorio. Vnum tamē eſt notandum. ſ. ꝙ angeli et aīe beatę toties: quoties volunt exire exeunt: non ſic eſt de ipſis demonibus aut aīabus damnatis aut exiſtētibꝯ in purgatorio: ſed ſolum exeūt qn̄ deus permittit propter inſtructionē noſtrā aut commo

dam aiarum exiſtentiũ in purgatorio: videlicet qñ tales aię exiſtẽtes in purgatorio indigent aliquib⁹ ſuffragijs.

¶ Contra tertiam concluſionem arguit̃ ſic authoritate Auguſt. in lib. allegato dicentis. ſi reb⁹ viuẽtium vterentur aię mortuorũ vt de alijs taceã: meipſum pia mater nulla nocte deſereret: quę terra mariq; ſequta eſt vt mecũ viueret ergo aię beatę vel exiſtẽtes in purgatorio nequeunt exire. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur q Aug. intelligit ꝓpria virtute: ſʒ virtute diuina bene poſſunt. ¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguitur ſequeretur q pœna dęmonũ diminueretur aut pœna aiarũ exiſtentiũ in purgatorio ſine ſatiſfactione conſequens eſt abſurdum ergo ſolutio nulla: ſequela probat̃: qñ veniũt ad nos ſiue ad iſtam infimã regionem aeris nõ puniuntur ergo ſequela vera. ¶ Ad hanc replicã reſpondetur negando ſequelã: ⁊ ad probationeʒ negatur aña. Nã dictũ eſt iaʒ q dęmones ⁊ aię ſecuʒ portant tormẽta Ex iſtis patet quomodo eſt intelligenda illa authoritas quę habet̃ in 13. cap. Job. Qui deſcendit ad inferos non aſcendet.

¶ Queritur ſecũdo circa eandẽ diſti. an ſuffragia viuoꝝ proſint defunctis. ¶ Pro hui⁹. q. Elucidatione ẽ notandũ. p°. q bifariaʒ põt intelligi ſuffragia ꝓdeſſe defunctis vnomodo quo ad remiſſionẽ culpę mortis ⁊ iſtomõ non eſt poſſibile q ſuffragia eccłię ꝓſint ipſis Aliomõ põt intelligi quo ad remiſſionẽ pœnę ⁊ iſtomõ eſt bñ poſſibile. ¶ Secũdo eſt notandũ ⁊ pręſupponendum ex ſuperioribus dictis qꝙ̃libet meritũ eſt meritoriuʒ duplicis pręmij. ſ. pręmij eſſentialis ⁊ pręmij accñtalis. Tertio eſt notandũ q oẽs fideles xp̃iani: qui ſunt in gratia dei vniuntur in radice charitatis. Idcirco ſi vnus ipſoꝝ eliciat aliqđ op⁹ meritoriuʒ oẽs fideles exñtes in charitate ſunt participes illius operł meritorij iuxta illud Regij ꝓphę pſal. 117. particeps ego ſum oĩum timentiũ te ⁊ cuſtodientium mãdata tua. Et de iſta participatione gñalr̃ non eſt ſermo in propoſito. Alia eſt participatio ſpecialis ſm quaʒ intentio viuoꝝ refertur ad mortuos vt puta qñ bonus xp̃ianus vult dare ⁊ realr̃ dat pręmiũ accñtale: quod correſpõdet ſuo merito ⁊ đ tali participatione in ſpeciali eſt ſermo ĩ propoſito.

¶ Iſtis notatis rñdetur affirmatiue ad. q. iſta rñſio probatur authõritate Diui Dionyſij. In vltio Cap. cęleſtis hierarchię ⁊ authoritate Diui Auguſt. in lib. de cura ꝑ mortuis agenda. ⁊ Joannis Damaſceni in ſermone de ſuffragijs mortuorum oẽs eñ hi doctores aſſerunt ſuffragia pro mortuis habuiſſe ab ipſis Apoſtol. initiũ. Pariforma Canõ miſſę approbat iſtam rñſionẽ. Naʒ hẽtur ibi ſecundum Memento. pro defunctis. Inſuper vſus eccłia talia ſuffragia approbat. ⁊ qđ maius eſt ⁊ fortius ſacra pagina expreſſe illđ aſſerit hẽtur eñ in. 12. Cap. 2. Maccabęoꝝ. Sctã ⁊ ſalubris ẽ cogitatio orare pro defunctis vt a peccatis liberentur ⁊c. Pariforma habetur in

eccleſiaſtico ꝙ elemoſyna patris vł matris non erit in obliuione. Et ſic patet ꝙ vere filij ſunt belialilli: qui aſſerut miſſas pro defunctis eſſe inuentas ab auaritia ſacerdotum.

¶ Contra iſtam concluſionē ſiue rñſionem arguit ſic authoritate Pauli ſecunde ad corinth. quinto cap. dicentis. Omnes nos oportet manifeſtari ante tribunal xp̄i: vt recipiat vnuſquiſq; propria corporis: que geſſit. Inſup Apocalipſis. 13. ca. habet. Beati mortui qui in dño moriuntur. Opa eñi illorũ ſequunt illos ergo nõ eſt poſſibile ꝙ opera viuorũ proſint alienis. ſ. defunctis. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñam: ⁊ rõ eſt: q2 ille authoritates intelliguntur quantũ ad retributionē eternã: que eſt premiũ eſſentiale vel punitio eſſentialis: ⁊ nõ intelliguntur quo ad retributionem temporalē: que eſt pena accidentalis vel premiuȝ accñtale. ¶ Contra iſtaȝ ſolutionē arguit ſic. mortui nõ ſunt amplius viatores ergo opera noſtra non poſſunt illis prodeſſe. ¶ Ad hanc replicã negat etiaȝ ꝯñā ſed bene infertur ꝙ nõ poſſunt prodeſſe illis quo ad premiuȝ eſſentiale. ¶ Contra iſtam ſolutionem replicatur. malefacta noſtra nõ nocēt defunctis ergo nec bona ꝓſunt: ꝯña tenet: quia non videt eſſe maior rõ de opibus bonis q̃ de malis. ¶ Ad hanc replicã etiã rñdet negando cõſequentia: ⁊ ad probationē negatur ꝙ non ſit maior rõ ⁊c. ⁊ diſcrimē eſt quia mortui vniuntur per charitatē cum bonis ⁊ non vniunt cuȝ malis.

¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur ſi ſuffragia ꝓdeſſent defunctis non prodeſſent viuis: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probatur: ſuffragia ſunt finiti valoris ergo ſi proſunt defunctis non proderũt viuis. ¶ Ad hãc replicam rñdet negando ſequelam Immo magis proſũt viuis q̃ defũctis: ⁊ ad probationē negat ꝯña: rõ eſt q2 licet ſint finiti valoris habent tamē duplex meritum. ſ. premij eſſentialis ⁊ accidētalis: ⁊ quo ad primum proſunt viuis: ⁊ quo ad ſcḋm defunctis.

¶ Scḋo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ ſacerdos aut laicus exiſtēs in peccato mortali ⁊ faciēs aliqua ſuffragia non iuuaret defunctos: ꝯñs eſt falſuȝ ergo ſequela probat duplici authoritate. Prima eſt Gregorij in paſtorali dicentis. Cuȝ is: qui diſplicet ad intercedendũ mittit ſepe irati animus ad deteriora prouocat Scḋa habet Joan. 9. ca. ſ. Deus peccatores non audit. ¶ Pro huius argumenti ſolutione eſt aduertenduȝ ꝙ duplicia ſunt ſuffregia. Quedam ſunt priuilegiata. vt ſunt illa in quibus includuntur ſacramēta: et talia proſunt: q̃uis fiant a peccatoribus. Idcirco miſſa celebrata a ſacerdote concubinario prodeſt defunctis. ¶ Alia ſunt ſuffragia nõ priuilegiata ſicut vigilie mortuorũ: ſeptē pſalmi penitentiales. ⁊ ſic de alijs oronibus: ⁊ talia ſi fiant a peccatore diſtinguendum eſt. vel fiunt in perſona eccleſie ⁊ tunc proſunt defunctis ſi autem fiant in perſona alicuius iuſti precipientis talia fieri cuã pro

ſunt ſed non tantū ſicut prodeſſent ſi fierent ab habēte grām gratū faciendem. Sed ſi pręcipiens ꝛ dicēs talia ſuffragia ſint in pctō mortali: non proſunt. Similiter ſi talis peccator dicat in propria perſona non proſunt defunctis. ℂ Iſto notato facile eſt rńdere ad argumentum ꝑ diſtintionem. ꝛ ad primā autoritatem Gregorij dicendū eſt ꝙ habet verum: qñ talis intercedit pro ſeipſo. Alia authoritas eſt cuiuſdā ęccl nondū victi vt dicit gloſſa Aug.

ℂ Queritur tertio circa eandē diſt. Quibus defunctis proſunt ſuffragia. ℂ Pro hui⁹. q. intelligentia eſt notandum ꝙ aīę ſe habēt in quadruplici differētia. Quędā em̄ ſunt ſaluatę ꝛ quędā damnatę ꝓpter peccatum mortale: ꝛ quędā damnatę ꝓpter ſolum pctm̄ originale: ꝛ quędā detinentur in purgatorio. ꝛ ſolū eſt controuerſia apud doctores de ſecunda differentia. Nā prępoſitin⁹ tenet ꝙ ſuffragia proſunt aīab⁹ dānatis propter peccatū mortale: ꝛ vt fugeret ab errore Origenis iam cōdemnato aſſerit ꝙ tale iuuamē erit ante diem iudicij: ſed poſt diē iudicij redibunt eadem tormenta ꝛ nulla tunc proderūt ſuffragia. ℂ Sed hęc opinio eſt contra iuſticiam diuinam. Nā poſtꝗ̄ remanet idē pctm̄ in ipſis debꝫ etiam remanere eadē pœna. ℂ Ideo Gilbertus porretanus ponit vnum alium modū. ſ. ꝙ iuuanť aīę dānatę per ſuffragia: ſed tale iuuamen fit per diminutionē pœnę ſcd̄m proportionē geometricam ſic. ſ. ꝙ primū ſuffragiū aufert medietatē pœnę. ꝛ ſcd̄m ſuffragiū medietatem illius pœnę quę remanet: ꝛ ſic cōſequenter de alijs ſuffragijs: ꝛ quia non datur vltima pars proportionalis in ꝯtinuo: ideo ſemper remanebit eadē pęna: ꝗ̄ꝗ̄ multiplicentur ſuffragia. ℂ Sꝫ reuera hęc opinio eſt oīno irrōnabilis ꝛ hęretica. Nā non pōt dari rō: quare ſecundum ſuffragium non aufert tantam pœnā ſicut primum ſi ſit adeo bonum vel melius ꝗ̄ primū. Inſuper ſi non deueniemus ad vltimam pœnā tamen deueniem⁹ ad pœnā inſenſibilem ꝛ imperceptibilē ſicut in continuo poſſum⁹ deuenire ad ꝑtem imperceptibilem: et tunc tales damnati non amplius punientur. ℂ Propterea dn̄s Guilerm⁹ Altiſidorenſis ponit alium modū. ſ. ꝙ ſuffragia proſunt per modū confortationis: verbi grā: ſi aliquis ferret aliquod graue pond⁹ ꝛ ſudaret ꝛ in medio itineris lauaretur facies ei⁹ aqua frigida: vel dareť ei ſemel ad bibendum. ℂ Sed etiā iſte modus nihil valet: qꝛ vel pœna diminueretur per hoc vel nō diminuereť. ſi ſecundum non proſunt. ſi primū tandem tot poſſunt applicari ſuffragia ꝙ oīs pęna tolleretur. ℂ Quare relictis oīb⁹ iſtis modis ponēdę ſunt 4. cōcluſiones ſm̄ mentū oīm aliorum doctorū. Prima eſt iſta. Suffragia non proſunt aīabus beatis. Iſta concluſio probatur authoritate Auguſt. dicentis. Iniuriā facit martyri: qui orat pro martyre. et propter hanc cauſam collecta diui Leonis papę mutata eſt. Nā antea Romana eccleſia rogabat pro aīa

ipſius diui Leonis: modo vero ro-
mana eccleſia rogat ipſam animaʒ
diui Leonis vt intercedat pro nobiſ
ad dñm. Pariforma quādo canta-
batur miſſa de requiē p diuo Tho-
ma cantuariēſi: angeli cecinere Le
tabitur iuſtus in dño. Preterea aię
beate nullo indigēt: ergo ſuffragia
noſtra non proſunt illis. Scđa con-
cluſio eſt iſta. Suffragia viuorū nō
proſunt aiabꝰ damnatis propť pec
catū mortale iſta ꝯcluſio pꝫ authori
tate Diui Grego. in. 34. lib. morali-
um ſiľr Auguſt. dicit ſi ſcirē patrem
meū eſſe damnatū non rogarē ma-
gis pro eo ꝗ̄ pro diabolo inſuper ſi
prodeſſent remitteretꝛ poena dam-
natoꝝ: qđ eſt contra illud Job. In
inferno nlľa ē redēptio. Tertia ꝯꝰ
eſt iſta ſuffragia non proſunt aiabꝰ
damnatis propť ſolū originale. hęc
ꝯcluſio ꝓbatur authoritate Auguſt.
dicentis ſuffragia nō prodeſſe illis
qui ſine fide diſceſſerūt ſꝫ tales aię
nullaʒ habuerunt fidē igitur. non ꝓ-
ſunt eis ſuffragia preterea non vni-
untur nobiſcū p charitatē ipſę neqꝫ
aliquę damnatę aię ergo nullis dā-
natis aiabus ſuffragia poſſunt pro-
deſſe. Quarta ꝯꝰ eſt iſta ſuffragia ꝓ
ſunt aiabus in purgatorio. iſta ꝯclu
ſio patet authoritate Diui Dionyſij
ꝛ ſancti Auguſt. ꝛ Gregorij ꝛ oīum
ſanctoꝝ. pōt etiā probari ſufficien
ti diuiſione ſic. ſ. ſuffragia eccľię ali-
quibus proſunt ex determinatione
pręcedentis. qˡˢ. ꝛ nō proſunt aiabꝰ
btis neqꝫ damnatis ergo aiabus in
purgatorio proſunt.

¶ Contra primam concluſio-
neʒ arguitur ſic ſancta mater eccľa
i quadā collecta miſſę orat dominū
deū ꝙ ſicut ſanctis proſunt ad gľiaʒ
ſacřa ita proficiant nobis ad mede-
lā ergo ſancti in cęlo poſſunt iuuari
p ſuffragia. ¶ Ad hoc argumentuʒ
rńdetur ꝙ ſancta mater eccľia non
intendit de gľia eſſentiali ſꝫ de gľia
accñtali ideo: qꝛ nos celebramus fe
ſtiuitates ipſorum ſanctoꝝ: quę qui-
deʒ feſtiuitates redundant in gľiam
ꝛ honorē ipſoꝝ. Contra iſtā ſolutio
nem arguitur ſancti in cęlo non gau
dent ſolum de bono proprio: ſed de
nřis bonis: iuxta illđ ſaluatoris Lu
cę. 15. Gaudiū eſt angelis dei ſuper
vno peccatore pœnitentiaʒ agente
ergo bona noſtra proſunt ſanctis.
¶ Hęc replica idē concludit cum ar
gumento. ſ. ꝙ proſunt ad gľiam ac-
cidentalē. Nā gaudiū de bonis nřis
non eſt eſſentiale: ſed accidentale.
¶ Contra iſtā ſolutionē arguitur ſa
cramenta nouę legis efficiūt quod
figurant ſꝫ pars hoſtię in calicē miſ-
ſa figurat eos: qui in patria vitā ęter
nam ducunt ergo in ipſis ſacřa effi-
ciunt gřam. ¶ Ad hanc replicam rń
detur negando ꝯñam. Nā nō opor-
tet ꝙ in omnibus efficiant qđ figu-
rant: ſed ſatis eſt in aliquibus. Naʒ
vt Magiſter ſňarum in. 12. diſti. hu-
ius. 4. aſſerit ſm̄ Sergium papam
illa pars in calicē miſſa corpus xpi.
qđ iā ſurrexit monſtrat. ꝛ certum eſt
ꝙ nihil facit in ipſo.

Scđo arguitꝛ ſic. contra ſcđam
concluſionem. habetur in. 12. ca. 2ˡ.
libri Machabeorum ꝙ inuenerunt
ſubtunicis interfectorum denarijs

idolorum: a quibus lex prohibet iu dęos: et immediate ſubiungit quod Iudas Machabęus duodecim milia dragmarum argenti miſit hieroſolymam ad rogandū deum pro ipſis tunc arguitur ſic. Iſti interfecti fuerant damnati et Iudas Machabeus fecit rogare pro ipſis ergo ſuffragia proſunt damnatis: cōſequentia probatur Iudas Machabęus erat vir doctus in lege: quia de tribu Leui et ſacerdotali et erat bonus vir ergo niſi ſuffragia prodeſſent dānatis non iuſſiſſet illa fieri. Iam probatur prima maior: peccauerunt mortaliter iſti interfecti et ſtatim mortui ſunt ergo fuerunt dānati. ¶ Ad hoc argumentū rūdetur duobus modis. Uno modo negando maiorem: et ad probationē negatur iterum maior: ſed ſolum peccauerunt venialiter ex cupiditate auaritię. Alio modo rūdetur concedendo ſcdam maiorem et negatur cōſequentia: et rō ē quia qū viderunt ſe lethaliter lęſos cognouerunt quod hoc erat propter peccata ſua maxie: quia videbāt ſocios ſuos nullo modo lęſos qui nō acceperūt tales denarios idolorum: et ideo penituit eos nimium ergo nō eſt mirum ſi fuerūt ſaluati: et ſi bonus Iudas iuſſit fieri ſuffragia pro eis. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur. Aug. in li. allegato inquit. Ad hoc proſunt ſuffragia vt ſit plena remiſſio. vel ad hoc vt tolerabilior ſit eorū damnatio: ſed ſolum illi ſunt damnati qui in vltimo inferno ſunt ergo damnatis proſunt ſuffragia. ¶ Ad hanc replicam rūdetur: quod Aug. non loquitur ibi de damnatione ęterna ſed ſolum temporali qua damnatę ſunt aīę in purgatorio ad certum tempus. i. condemnatę ſiue iudicatę.

¶ Tertio arguitur contra eandē concluſionem. In vitis patrum habetur et Damaſcenus refert in ſermone de ſuffragijs mortuorum quod ſanctus Macarius inuenta caluarie ſudit orationē quęrens cuius eſſet et ipſum caput rūdit quod cuiuſdā ſacerdotis gētilis idolatrę et affirmauit ſe et alios damnatos orōne Macarij iuuari. ¶ Ad hoc argumentū rūdetur quod multi ſtulti credentes magnificare ſanctos ponunt multas hęreſes in vitis ſctōrum: ideo parua fides ē talibus adhibenda. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur. Ioānes Damaſcenus in ſermone allegato narrat: quod Gregorius oratione ſua ſaluauit Traianum imperatorē: et Traianus fuit damnatus ergo ſuffragia proſunt damnatis. ¶ Hęc replica facile poſſet euitari: dicendo quod eſt mera fabula de Traiano et Gregorio: ſed replicatur. nam apli et alij ſancti et maxime noſter Uincentius ſympatriotes ſuſcitauerūt multa corpa mortuorum: qui mortui ſunt in peccato mortali: et illi qui moriuntur in peccato mortali ſunt damnati in inferno ergo ſuffragia proſunt dānatis. Ergo neceſſariū eſt rūdere aliter quamuis eſſet fabula de Traiano. ſ. quod dñs deus ab ęterno iam nouit pro quibus mortuis ſuſcitandis ſui glīoſi ſancti debēt ſe exorare: et ideo tales mortuos non damnat: ſed ſuſpēdit ſententiā ſuam vſque ad illud tempus in quo vult eos ſuſcitare precibus ſuorum ſanctorum: et proportiona-

biliter ſi hiſtoria Traiani ſit vera: ē dicendum q̄ dñs deus non damnauit Traianum: q2 ab eterno ſciebat diuū Gregorium ſe pro eo fuiſſe rogaturum.

¶ Contra tertiam concluſiōez arguitur ſic. Suffragia eccleſię proſunt pueris in limbo ergo concluſio falſa: añs probatur: pueri detinent ibi pro pctō alieno ergo valde rōnabile eſt q̄ per merita aliena iuuent. ¶ Ad hoc argumentū rñdet negando añs: ⁊ ad probationē negat añs Jmmo detinent pro proprio peccato originali. ſed bene vex eſt q̄ peccatum primi parentis fuit in cauſa: quare pueri peccatū originale contraxerunt. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur ſic. Peccatū originale in iſto mundo delet in paruulis per meritum alienuz ergo in limbo poteſt etiam deleri per meritū alienum. ¶ Ad hanc replicā reſpondet negando ꝯñam: ⁊ rō eſt: quia q̄ diu ſunt in iſto mundo ſunt viatores: et ideo ſunt in ſtatu merendi et demerendi: ſed qñ ſunt in limbo non amplius ſunt viatores: ſ3 ſunt in termino ⁊ extra ſtatum merendi ⁊ demerendi.

¶ Contra quartā concluſionē arguitur ſic. Purgatoriuz eſt pars inferni ergo ſuffragia nō ꝓſunt aiabus exiſtentibus in purgatorio: ꝯſequentia probatur: q2 alias in iferno eſſet redemptio. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur: q̄ illa authoritas Job in inferno nulla eſt redemptio intelligitur de loco damnatorū: qui proprie vocatur infernus: q̄uis interdū capit infernus vt continet .5. receptacula.

¶ Scdo arguit contra candē concluſionē: ſequeret q̄ taliter poſſent multiplicari ſuffragia q̄ aia: q̄ erat obligata manere per vigiti annos in vna die liberaret: imo in vna hora: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela ē nota: ſi pro illa aia fiant multa ſuffragia in vna hora. Jam probat falſitas ꝯñtis. talis aia non eſt ſufficiēter purgata ergo nō liberabit in vna hora: añs probat: talis aia non ſufficiēter ignē purgatorij paſſa eſt: ergo nō eſt ſufficiēter purgata. ¶ Ad hoc argumentū rñdet concedendo ſequelam: ⁊ negando minorē: et ad probationē negat añs: et ad probationem negat iterū añs: rō eſt: quia ſuffragia viuorū cōputant illi: perinde q̄ſi ipſamet aia illa feciſſet q̄ ad ſatiſfactionē. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguit: ſequeret q̄ oia opa meritoria poſſent prodeſſe aiabus in purgatorio: ꝯñs eſt falſum ergo falſitas ꝯñtis probat: ſequeret q̄ indulgētię poſſent illis prodeſſe: ꝯñs eſt falſum ergo. ¶ Ad hanc replicā reſpondetur concedendo ſequelaz et negando minorem: ⁊ ad ꝓbationem conceditur per modum ſuffragij. vt ſuperius declaratuz eſt: ⁊ dūmodo placeat romano pontifici: et negatur minor.

¶ Tertio arguitur ſic. Sequeretur q̄ ſi aliq̄s bonus xp̄ianus moreretur in gr̄a debitor magnę pœnę tpalis ⁊ relinqueret multas pecunias pro ſuffragijs faciendis pro aia ſua ⁊ heredes retinerent pecunias

talis bonus xp̄ianus puniret in purgatorio: ꝯñs eſt falſum igitur ſequela probatur eſt debitor poenę ꝛ ipſe non ſatiſfacit nec aliqs alius ergo punieẗ in purgatorio. Jam probaẗ falſitas ꝯñtis iuſſit illa fieri ergo d̄ debet ſufficere ad hoc ꝙ liberetur. ¶ Ad hoc argumentū r̄ndetur concedendo ſequelā ꝛ negando minorē Et ad probationē negaẗ ꝯña ſed bñ veruꝫ eſt ꝙ ratione illius bonę volitionis: qua iuſſit fieri ſuffragia non tantuꝫ punietur. Inſup meruit p̄mīū eſſentiale. ꝛ heredes punientur a dño deo. ¶ Sed pone ꝙ talis bonus xp̄ianus in propria perſona dedit pecunias aliquibus ſacerdotibꝰ vel religioſis pro talibus ſuffragijs celebrandis ꝛ tales ſacerdotes vel religioſi non curāt ſed faciunt bonū vultuꝫ ex illis pecunijs tunc quęres an talis bonus xp̄ianus punietur in purgatorio. ¶ Ad hoc r̄ndetur affirmatiue ſed tunc plus meruit ꝗ̄ ſi ſolū iuſſiſſet: de p̄mio eſſentiali.

¶ Quarto arguiẗ ſic ſequereẗ ꝙ exequię prodeſſent aīabus ī purgatorio ꝯñs eſt falſum igitur ſequela probaẗ authoritate Athanaſij expreſſe aſſerentis exequias multum prodeſſe defunctis. Inſup patriarchę fuerunt multuꝫ ſoliciti ꝛ curioſi circa ſuas ſepulturas vt patet d̄ Jacob. q̄ fecit Joſeph iurare ſibi ꝙ ſe ſepeliret in duplici ſpelunca Ebrō. Preterea ſepelire mortuos ē opus mię ergo ſi dirigatur in poenā debitaꝫ ipſis aīabus proderit. Jam probatur falſitas ꝯñtis authoꝛᵗᵉ. Augu. in libro de cura pro mortuis agēda dicentis corpori humano quidquid impediẗ non eſt p̄ſidiū ſalutiſ ęterne: ſed humanitatis officiū. Siliꝛ diuus Grego. in. 4. dialogoꝛuꝫ inquit curatio funeris: conditio ſepulturę: pompa exequiaꝝ magis ſunt viuorum ſolatia: ꝗ̄ ſubſidia mortuoꝛuꝫ igitur exequię nō proſunt defunctis ¶ Pro ſolutione huius argumenti eſt aduertendū ꝙ exequię mortuoꝝ ſi fiant propter vanam glīam nullo mō proſunt: ſi ṽo fiant propter deū etiā non proſunt ipſis defunctis ad augmentū glię eſſentialis ꝛ ita itelligūtur authoritates Gregorij ꝛ Auguſtini ſed bñ ꝓſunt defunctis quo ad ſatiſfactionem dummō viui referāt tales exequias ad ſatiſfactioneꝫ ipſorum defunctorum.

¶ Queritur quarto circa eandē diſtin. an ſuffragia: quę fiunt ſpecialiter pro aliquo ſolū ipſi proſunt ¶ Pro huiꝰ. q. intelligentia eſt notandum ꝙ p̄poſituꝰ tenet oia ſuffragia ęqualr̄ oībus prodeſſe ſi ſint ęqualr̄ digni ꝛ ſi inęqualiẗ magis ꝓſunt illis qui ſunt digniores. i. q̄ maiorem hñt charitatem.

¶ Contra iſtam opinionē ar. iuſticia humana exemplata ē a diuina ſed ſ꞉ iuſticiā humanā ſi aliquis debitū ſoluat pro aliquo illū ſolum abſoluit ꝛ nō alios ergo cum ille qui facit ſuffragiū quodammodo debitū ſoluat illius pro quo facit: illi ſoli proderit. ¶ Preterea fruſtra fierēt ſuffragia ī eccl'ia ſpecialiter pro aliquo ꝯñs eſt abſurdum ꝛ ꝯtra vſum ꝛ conſuetudinē vñs ecclię igitur opinio nulla. ¶ Propter iſta alr̄ eſt r̄ñ

dendū ad.q.pro cuius rñſione vlterius eſt aduertendū ꝙ duplex eſt valor ſuffragiorū.ſ.gñalis ⁊ eſt conſolatio quedã:quam habent oēs exñtes in charitate de bono ope meritorio:qꝛ charitas congaudet oī veritati vt aſſerit Apol.pīmę ad Corinth. 13. Cap. ⁊ iſtomodo ſuffragia plus proſunt illi qui ē in maiori charitate ꝙ̃ illi qui eſt ī minori charitate.cauſa eſt qꝛ ratione maioris charitatis maiorē habet conſolationē. Alius ē valor ſpecialis.ſ.ꝑ modum ſatiſfactionis ⁊ recompenſationis alicuiꝰ poenę et ſic ſolū valent illi ad quem applicanł ꝑ intentionẽ facientis talia ſuffragia. ¶ Sed ꝯtra hoc videł ꝙ ille pro quo fiunt ſuffragia maiorem conſolationē habeat ꝙ̃ ille qui eſt in maiori charitate pro quo non fiunt talia ſuffragia qꝛ iſte pro quo fiunt ſuffragia liber. ał a poena aliꝰ vero non. ¶ Ad hoc rñdeł ꝙ verum eſt ꝙ talis pro q̃ fiunt ſuffragia maiorē conſolationē habebit ꝙ̃ aliꝰ ea ratione:qua tale opus eſt ſatiſfactoriū:non tñ ea ratione qua tale opus eſt meritoriū vitę ęternę. ¶ Jſtis notatis rñdetur ad.q.ꝑ duas cōcluſiones. Quaꝝ pīma eſt iſta loquendo de valore gñali pars negatiua.q^{is}. eſt vera. Scḋa ꝯº. eſt iſta loquendo de valore ſpeciali pars affirmatiua q^{is}.eſt vera Ambę.ꝯ^{nes}.patēt ex notabilibus.

¶ Contra ſcḋam concluſionẽ arguitur ſic lumen ſpirituale eſt magis coicabile ꝙ̃ corporale ſed lumē candelę corporale:ꝙ̃uis ſolū candela accēdatur pro vno:ęqualił oībus prodeſt ergo ita erit a fortiori ꝺ valore ſuffragiorum : qui eſt quoddaẽ lumē ſpirituale. ¶ Ad hoc argumētum rñdetur negando ꝯñaẽ ⁊ diſcrimen eſt:qꝛ lumen ſpũale ſuffragiorum cōicatur per modū ſatiſfactionis nō autē lumē cādelę. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguił ſic. ſequeretur ꝙ paupes eēnt deterioris ꝯditionis ꝙ̃ diuites ꝯñs eſt falſum ergo ſeq̃la probał:pauperes nequeūt habere magna ſuffragia ꝓpter defectuẽ pecuniarum ⁊ diuites bene poſſunt habere ergo pauperes ſunt deterioris cōditionis ꝙ̃ diuites. ¶ Ad hāc replicam rñdetur diſtinguendo ſeſequelam.vel quo ad pręmiū eſſentiale comparandū ⁊ ſic negatur illa nec probatur in iſto ſenſu.vł quoad pręmium accidentale cōparandum et ſic conceditur illa ſequela ⁊ negatur minor.

Scḋo arguitur ſic. Suffragia ideo proſunt alicui:quia ille meruit in hac vita:vt poſtea poſſent ſuffragia ſibi ꝓdeſſe ſed ille qui habẽ maiorem charitatem magis meruit ꝗ̃ ſuffragia magis ꝓſunt habenti maiorem charitatē ꝙ̃ minorem habēti maior eſt Aurelij Aug. et magiſter allegat in preſenti diſt. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ꝯñaẽ et rō eſt:quia ille qui habet maiorẽ charitatem: ꝙ̃uis magis meruit in hac vita ꝙ̃ alius:meruit tamē cōditionaliter.ſ.ſi aliqua pro ſe fierent: et ideo ſi nulla pro eo fiunt:nihil ꝓſunt illi. ¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguitur. ſequereł ꝙ ſuffragia pro multis facta non tm̃ valerēt vnicuiꝗ

ꝙ ipſorum ſicut valerent ſi facta eſ
ſent pro paucis: ꝯñs eſt falſuȝ ergo
falſitas ꝯñtis probat: ſequeretur ꝙ
melius eſſet eſſe in vna parochia p
ua ꝙ̄ in vna magna: ꝯñs eſt falſum
ergo. ¶ Ad hanc replicã rñdet cõce
dendo ſequelam ⁊ negãdo minoreȝ
et ad probationem diſtinguendum
eſt. vl' ſi fiant tot ſuffragia in parua
parochia: quot in magna: ⁊ ſic cõce
ditur illa ⁊ negatur minor. vel ſi nõ
fiant ⁊ ſic negat illa ſequela. Unde
regulariter plures miſſę ⁊ plures ꝑ
dicatiões ⁊ plura bona fiunt in ma
gna parochia ꝙ̄ in parua.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequere
tur ꝙ non liceret ſacerdoti celebran
ti pro aliquo addere vnam collectã
pro aĩa patris ſui: ꝯñs eſt cõtra cõeȝ
cõſuetudinem eccleſię ergo ſequela
probatur: talis ſacerdos addendo
vnam collectam vel plures: defrau
dat illum pro quo celebrat ergo nõ
licet tali ſacerdoti addere collectaȝ
patris ſui. ¶ Ad hoc argumentũ rñ
detur diſtinguendo ſequelã. vel ta
lis ſacerdos intẽdit ſolum facere p
ticipem aĩam patris ſui illius colle
ctę quam ipſe addit: ⁊ ſic negat illa
et ad probationẽ negat añs: rõ eſt:
quia totaȝ miſſam dempta collecta
intendit dare illi pro quo celebrat.
Idcirco nullã iniuriam ei facit ſi ad
dit vnam collectam vel duas: et fa
cit participẽ aĩam patris ſui illi⁹ col
lectę vel illarũ collectarum. vl' inten
dit dare aĩę patris ſui vltra collectã
aliqd de valore miſſę ſpeciali: et ſic
negatur illa ſequela. Nam certũ eſt
ꝙ tunc defraudaret illũ pro quo ce
lebrat. ¶ Contra iſtã ſolutioneȝ ar
guitur miſſa eſt infiniti valoris ergo
poteſt facere aĩam patris ſui parti
cipem: añs probat: continetur in ea
xp̄s qui eſt infiniti valoris ergo miſ
ſa eſt infiniti valoris. ¶ Ad hanc re
plicam rñdet negando añs: intelli
gendo de valore quo ad ſatiſfactio
nem et quo ad probationem negat
ꝯña: rõ eſt: quia ſaluator noſter xp̄s
quo ad ſatiſfactionẽ ſolum finite ſa
crificium miſſę acceptat. Idcirco ſi
ſacerdos obliget dicere vnã miſſaȝ
pro ſorte ⁊ vnã alteraȝ pro platone
non ſatiſfacit dicendo vnã: ſed tene
tur dicere duas. ¶ Contra iſtam ſo
lutionem arguitur. Religioſi et ca
nonici recipiunt plures obitus ⁊ ce
lebrando vnuȝ ſatiſfaciũt pro. 4. vl'
5. vel. 10. ⁊ ſic d̄ aliis ergo ſolutio cũ
correlario eſt nulla: añs probat: nul
lam formant conſcientiaȝ recipere
obit⁹ multos ⁊ ſoluȝ celebrare vnũ
ergo ſatiſfaciũt: ꝯña tenet: q2 alias
eſſent in periculoſo ſtatu. ¶ Ad hãc
replicam rñdetur diſtinguendo mi
norem. vel illi qui fundãt tales obi
tus ſciunt conſuetudinẽ ipſorum. ſ.
ꝙ pro. 5. vel. 10. nõ faciunt niſi vnuȝ
obitum: ⁊ ſic conceditur illa ⁊ nega
tur ꝯña: rõ eſt: quia volenti nõ fit in
iuria. vel tales fundatores neſciunt
ꝯſuetudinẽ. ⁊ tũc religioſi vl' canoni
ci tenent dicere multas ⁊ ſi nõ dicãt
peccant mortaliter et fraudant eos
ſi autem dicant ipſis conſuetudinẽ
et conſentiant tunc etiã nulla fit in
iuria ſi vnuȝ celebrent obitũ ꝓ mul
tis. ¶ Circa reſolutionẽ hui⁹. q. du
bitabis. an rector recipiens vnuȝ ſo
liduȝ pro miſſa ⁊ faciens celebrare

pauperem ſacerdotem pro decē denarijs iuſte retineat ſibi duos denarios. ¶ Ad hoc dubium rn̄det negatiue: et de iſto dubio eſt maior difficultas in Francia: q2 pariſijs aliqui dant tres ſolidos pro miſſa ⁊ aliqui duos ſolidos cū dimidio ⁊ aliq̄ duos duodenos p̄ciſe: ⁊ aliqui. 20. denarios ſiue duos carolos: ⁊ aliq̄ mali rectores accipiunt tres ſolidos pro vna miſſa ⁊ dant ſolū ſacerdoti. 20. denarios vel duos ſolidos: ⁊ certū eſt q̄ tales male faciunt ⁊ tenentur ad reſtitutionem: ſed ſi talis rector retineret illum ſolidū vt cum vno alio faceret celebrare vnā aliā miſſam: tunc nō male faceret. Sed ego conſulo q̄ quidq̄d acceperint: dent pauperi ſacerdoti.

¶ Queritur quinto circa eandem diſt. An ſctī audiant et cognoſcant orationes noſtras. ¶ Pro huius. q. declaratione eſt notandū q̄ eſſentia diuina eſt ſufficiens mediū cognoſcendi oīa p̄ſentia: p̄terita: futura ⁊ poſſibilia. Qd̄ patz: nā dn̄s deus videndo ſuam eſſentiā intuetur oīa p̄ſentia: p̄terita: futura et poſſibilia. ¶ Iſto notato rn̄detur affirmatiue ad. q. Iſta concluſio probatur: q2 alias ſctā mater eccleſia non rogaret ſctōs vt ipſi pro nobis intercederent.

¶ Contra iſtam reſponſionē arguitur ſic authoritate Aug. ſup illud yſaie. 43. ca. ſ. Pater noſter es et Abraham neſciuit nos et Iſrael ignorauit nos dicētis. Mortui etiā ſancti neſciunt quid agāt viui: q̄uis ſint filij ſui: ergo ſancti non cognoſcunt orōnes noſtras. ¶ Ad hoc argumentū rn̄detur q̄ yſaias loquebatur pro tempore pro quo Abrahā et Jacob erant in limbo: ⁊ certū eſt q̄ tunc non cognoſcebāt ea que fiebant circa filios ſuos. Et Aurelius Aug. intelligit q̄ ſancti non cognoſcunt ex naturis ſuis propter nimiā diſtantiam que eſt inter ipſos ⁊ nos Nihilominꝰ cognoſcūt per verbū diuinum in quo oīa relucent tanq̄ in ſpeculo: eſt tn̄ differentia: q2 ſpeculum eſt naturale ⁊ non eſt in poteſtate ipſius quin videant oīa que repreſentantur p ipſum. Verbum tn̄ diuinum eſt ſpeculū voluntariū: ita q̄ btī non vident niſi ea q̄ vult oſtēdere. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē ar. In 22. ca. 4. regū dictū eſt regi Joſie. q2 ſicuiſti corā me colligā te ad p̄res tuos vt non videant oculi tui mala oīa: que inducturus ſū in locū iſtū ergo ſctī non cognoſcūt orōnes noſtras. ¶ Ad hoc eodē modo rn̄det: q̄ Joſias deſcendit ad limbū: ⁊ nō vidit mala que paſſi ſunt filij ſui: q̄ ducti ſunt captiui in babyloniā: ſed modo eſt in celo ⁊ oīa illa cognoſcit in verbo. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguit. ſi ſancti nō cognoſcerēt orationes noſtras in verbo diuino: ſeq̄retur q̄ iuuarent nos ſemp ⁊ ꝯtinuo darent nobis concilia: ꝯn̄s eſt cōtra experientiā ergo ſequela probatur: charitas in iſto mundo cōtinuo p̄bet cōciliū ⁊ auxiliū: ſz charitas patrie celeſtis eſt perfectior ergo cōtinuo ſancti iuuant nos. ¶ Ad hāc replicā rn̄det negando ſequelā: ⁊ ad probationē negat ꝯn̄a: rō eſt: quia ſepenumero ſctī vident in verbo di

uino qđ non placȝ ipſi: ideo non fa-
ciunt. nam ſemp̄ cōformant volūta
tes ſuas voluntati diuinę.
¶ Scđo arguit ſic. Solꝰ deus
poteſt cognoſcere cogitationes hoīȝ
Iuxta illud Solomonis. Tu ſolus
deus noſti renes ⁊ corda hoim: ſed
multę ſunt orōnes mētales ergo ta-
les orōnes mentales ſancti non co
gnoſcunt. ¶ Ad hoc argumentuȝ re
ſpondetur negando ꝯñam: ⁊ rō eſt:
quia deus reuelat eis tales orōnes
in verbo. ¶ Contra iſtam ſolutiōeȝ
arguit. ſi ſancti cognoſcerent in ver
bo orōnes nr̄as maxie eſſet vt ipi in
tercederent pro nobis ſed interceſ-
ſio ſanctorum pro nobis eſt ſuperua-
canea ergo ſcti non cognoſcunt orō
nes in verbo: maior eſt lucida ⁊ mi-
nor probat. vl̄ ſancti vidēt in verbo
deum velle facere qđ petimus vl̄ vi
dent deum nolle qđ petimus. ſi ſcḋm
certum eſt ꝙ non rogabūt deū pro
nobis: qꝛ tunc difformarēt volunta
tes ſuas voluntati diuinę qđ eſt im
poſſibile. ſi primum ſine ipſoruȝ in-
interceſſione deus faciet ergo etiaȝ
fruſtra tunc rogabunt deū pro nobiſ
¶ Ad hanc replicaȝ rñdet negando
minorem: ⁊ ad probationeȝ dico ꝙ
non oportet ꝙ ſancti videant aliqđ
illorum: immo interdū dubitant et
neſciunt quid deus eſt facturus: cō-
tingit tamē aliqñ ꝙ vident deū vel-
le facere qđ petimus: ſed etiā vidēt
ꝙ non vult facere ſine orōnibꝰ ipſo-
rum ſanctorum: ⁊ tunc neceſſarium
eſt ipſos ſctōs p̄ nobis intercedere.

Si valde malis det̄ mitigatio pene. Diſtin. XLVI.


SEd querit
hic de val-
de malis.
vtrum ⁊ ip
ſi in aliqua
penarū mi
tigatiōe di
miſericordiaȝ ſentiant vt minꝰ
ꝙ̄ meruerint puniantur. Qui-
dā autumant eos nullaȝ releua
tionem pene habituros. quod
cōfirmant. Iacobi authoritate
dicentis Iudicium ſine miſeri
cordia fiet illi qui non fecit mi-
ſericordiam. Aug. etiā ait. Mi
ſericordia hic iudiciū in futuro.
Idē diſtinguēs quomodo om
nes vie dñi ſint miſericordia. ⁊
veritas ait. Erga ſanctos om̄es
vie di miſericordia: erga iniquos
omnes veritas quia ⁊ in iudi-
cando ſubuenit. ⁊ ita non deeſt
miſericordia. ⁊ in miſerando id
exhibet quod p̄miſit ne deſit ve
ritas. Erga omnes aūt quos li
berat ⁊ ꝯdemnat om̄s vie ſunt
miſericordia ⁊ veritas. quia vbi
non miſeretur: vindicte veritas
datur. Dicens vbi non miſere
tur dat intelligi aliquid a do fie
ri vbi ipſe non miſeret. Sȝ his
occurrit quod ait Caſſiodo. ſu-
per ps. l. loquens de miſericor

dia τ pietate dei. Hec duo iquit res iudicio dei ſemper adiuncte ſunt. Ergo τ in punitione ma-loꝝ non eſt iuſticia ſine miſericordia. Idẽ de iudicio τ miſericordia ait. Hec duo mutua ſo-cietate ſibi iũgũtur. In his breuiter omnia opera dei includit. Aug. quoq; reſpõdẽs illis qui reproborũ ſupplicia finem ha-bitura contendũt. ita illorum repellit opinionẽ aſſerens repro-bos perpetuo puniendos vt eorum ſupplicia mitigari aliqua-ten⁹ non neget. Fruſtra inquit nonnulli eternam damnatoꝝ penã τ cruciatus ſine intermiſ-ſione ꝑpetuos hũano miſeran-tur affectu. atq; ita futuruꝫ eſſe nõ credunt. Non quidẽ ſcripturis aduerſando diuinis. ſed pro ſuo motu dura queq; mollien-do τ in leniorẽ flectendo ſententiã. que putant in eis terribilius eſſe dicta q̃ veri⁹. Non enim inquiunt: obliuiſcetur miſereri deus aut ꝯtinebit in ira ſua miſe-ricordias ſuas. Hoc quideꝫ in pſalmo legitur ſed de his intel-ligitur q̃ ſunt vaſa miſericordie: quia τ ipſi non ꝓ meritis ſuis: ſed deo miſerante de miſeria li-berantur. Aut ſi hoc ad omnes eſtimãt pertinere. non ideo ne-ceſſe eſt vt damnationẽ opinentur finiri poſſe eoꝝ: de q̃bus dictum eſt. Ibunt hi in ſuppliciũ eternũ. Ne hoc modo putetur habitura finẽ felicitas eoruꝫ de quibus econtrario dictum eſt. Iuſti autẽ in vitam eternã. Sꝫ penas damnatorũ certis tẽpo-ribus eſtimẽt: ſi hoc his placet: aliquatenus mitigari. Et ſic q̃ppe itelligi poteſt manere ira dei in illis. i. ipſa dãnatio. Hec eñ vocatur ira dei non diuini ani-mi ꝑturbatio vt in ira ſua. i. manẽte ira ſua non contineat miſerationes ſuas. non eterno ſup-plicio finẽ dando. ſed leuamen adhibẽdo vel interponẽdo cruciatibus. quia nec pſalmus ait ad finiendã iram ſuam vel poſt irã ſuaꝫ. ſed in ira ſua. Que ſi ſola eſſet: alienari a regno dei τ carere magna multitudine dulcedinis dei taꝫ grandis tamen eſt pena vt ei poſſint nulla tormenta que nouim⁹ compari ſi illa ſit eterna: iſta autẽ ſit quãlibet mł tis ſeculis longa. Manebit ergo ſine fine mors ꝑpetua damnatorũ τ ipſa omnibus erit cõ-munis ſicut manebit cõmuni-ter omniũ vita eterna ſanctoꝝ. Ecce ita aſſerit hic penas reproboruꝫ non eſſe finiendas. quod

nõ impꝛobat ſi dicatur eoꝝ ſupplicio aliquod leuamen adhiberi. Unde non incõgrue dici poteſt deuȝ ⁊ ſi iuſte id poſſit. non omnino tm̃ punire malos in futuro q̃tũ meruerunt. ſed eis aliquid q̃tumcunq̧ mali ſint de pena relaxare.

Determinat pꝛemiſſas auctoꝛitates.

¶ Quod ergo dictũ eſt iudicium ſine miſcdia fieri illi qui nõ fecit miſcdiam. ita intelligi põt. Q᷑ iudiciuȝ dãnationis fiet illi qui non fecit miſcdiaȝ pꝛo eo ꝙ fuit ſine miſcdia. vel fiet iudicium ei ſine miſericoꝛdia. liberante ⁊ ſaluante. ꝗ tamen in aliqua pene alleuiatione miſcdiam dei ſentiet. Ita cuȝ dicitur miſcdia hic. iudiciũ in futuro. non negatur quin in futuro ſit miſcdie effectus. ⁊ in electis ꝗ ꝑ miſcdiaȝ ab omni miſeria liberabuntur. ⁊ in repꝛobis qui minꝰ q̃ meruerint cruciabunt. Sed hic nõ ſine cauſa dr̃ fieri dei miſcdia: et iudiciũ in futuro. qꝛ ⁊ hic multis modis miſeretur deus quibus nõ miſerebitur tunc. Uocat eñ deus nunc pctõres ⁊ iuſtificat: qđ tunc non facit: ⁊ tũc reddẽs ſingulis ſm̃ merita ſua: manifeſte iudicabit qui nũc occulte iudicat. Cuius occultum iudiciũ: vt ait Augu. intelligitur pena qua quiſq̧ vel exercetur ad purgationẽ vel mouetur ad ꝯuerſionẽȝ. vel ſi contemnit excecatur ad damnationẽ. Occultum ergo iudicium dei pena dr̃: qua iudicat purgando: conuertendo vel excecãdo. Iudicia quoq̧ dei interdũ appellantur diſpenſationes eius de oĩbus rebus. Unde. Quam incõpꝛehenſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ iudicia eiꝰ abyſſus multa. Iudicium autẽ quo in futuro iudicabit itelligitur ſentẽtia iudicis qua ventilabitur area. i. diuidẽtur localiter boni a malis miniſterio angeloꝝ. ⁊ iſti in vitã ducent: illi in ſuppliciũ mittentur qui nunc ſimul mixti ſunt.

De iuſticia ⁊ miſcdia dei.

¶ Sed quomodo iuſticiã dei ⁊ pietatẽ. i. miſcdiam ſupꝛa Caſſiodoꝛꝰ duas eſſe res dixit. que ſemper adiũcte ſunt iudicio dei Iuſticia eñ dei ⁊ miſericoꝛdia non due res ſunt ſed vna res. i. vna diuina eſſentia eſt. ſicut ſupꝛa pluribus auctoꝛitatibꝰ oſtẽſuȝ eſt. Quia non eſt deo aliud eſſe miſericoꝛdem q̃ miſericoꝛ-

diam: nec iuſtū ꝙ̄ iuſticiam ſed idem prorſus. Nec aliud ē ei eſſe miſericordē ꝙ̄ iuſtum. vel miſericordiam ꝙ̄ iuſticiaꝫ ſed omnino idē: qꝛ non denoīatiue ſed eſſentialiter hec de deo dicunt. Cur ergo dicat ſcriptura de opibus dei q̇dam eſſe miſcḋie: quedam iuſticie? Si eñ iuſticia dī miſcḋia eſt: quecunqꝫ ſunt opa miſcḋie: eſſe videntur iuſticie ꝛ econuerſo. His reſponderi poteſt ſic: illis locutionibus q̇bus hmōi operum fiunt diſtinctiones: vt alia miſcḋie: alia iuſticie: alia bonitati attribuant non diuerſitas ſubiacētis. i. rei his vocabulis ſignificate exprimit ſed varietas ſenſuum ꝛ effectuū in creaturis monſtratur. Cuꝫ eñ dr̄ deus iuſt⁹ vel iuſticia: eſſentia diuina p̄dicat: ꝛ etiaꝫ ꝙ ipſe ſit diſtributor: ꝛ iudex meritoꝝ intelligi datur. Ita ꝛ cuꝫ dr̄ miſericors: eſſentia diuina p̄dicat: ꝛ inſup ꝙ ipſe ſit miſeroꝝ liberator intelligi datur. Similiter cum dr̄ bon⁹ eſſentia diuina p̄dicatur. Et cum dr̄ deus ꝛ inſuper auctor omniū bonoꝝ oſtendit. Ita ꝛ cum dicitur deus: eſſentia diuina p̄dicat ꝛ ipſe timēdus oſtendit. Inde ergo quedam opa miſericordie quedam iuſticie dicūtur: non quin diuina eſſentia hec ꝛ illa operetur: et q̄n hec ꝛ illa ſint opa diuine eſſentie que dr̄ miſcḋia ꝛ iuſticia: ſed quia quedā ſunt quibus iudex et equus diſtributor: quedam q̇bus oſtendit miſerator. Miſericors eniꝫ dr̄ in natura: miſerator in exhibitione: ꝛ in q̇buſdam opibus dr̄ effectus eſſe miſcḋie: in quibuſdam effectus iuſticie non ꝙ aliud efficiat iuſticia: aliḋ miſericordia dei ſi ad eſſentiā referas: ſed qꝛ ex quibuſdam effectibus intelligitur iudex: ex q̇buſdam miſerator. vel vt quibuſdā placet iuſtus ꝛ miſericors. Sed ſḿ hoc occurrit queſtio quō ex alijs oſtendatur iuſtus ꝛ ex alijs miſericors cuꝫ ſit idem ei eſſe iuſtum ꝛ eſſe miſericordem? Si eñ ſḿ eandeꝫ rōnem dr̄ iuſt⁹ ꝛ miſericors: ex eo ope quo intelligit̄ iuſt⁹ intelligitur miſericors ꝛ econuerſo. Sed dixi ſupra qꝛ cum dr̄ deus iuſtus ꝛ miſericors: ita eadē diuina eſſentia ſignificatur. ꝛ ſḿ eam idē predicatur vt etiā quedam diuerſa intelligātur. Intelligimus eñ ꝑ hoc eum eſſe miſeratorem ꝛ iuſtū iudicem. Qḋ euidenter Origenes oſtēdit dicēs. Omnia que dei ſunt xp̄us

eſt: ipſe ſapiētia eius: ipſe forti-tudo. iuſticia. ſanctitas. ipē pru-dentia. Sed cum vnū ſit in ſub-iacenti ꝑ varietate ſenſuum di-uerſis nuncupatur vocabulis. Aliud eñ ſignificat ſapientia: aliud iuſticia. Quando eñ ſa-pientia dr̄: diſciplinis te diuina-rum humanarūq3 reru3 inſtrue-re intelligit. Quando iuſticia: diſtributor vel iudex meritoru3 inſinuat. Ita ꝛ prudentia cum dr̄ doctor ꝛ demonſtrator bo-naꝝ vel malarum rerū vel neu-trarum intelligitur.

Auctoritatibus probat que-dam iuſticie. alia miſericor-die. alia bonitati attribui.

¶ Qđ autem quedā opa miſe-ricordie: quedā iuſticie: queda3 bonitati attribuant in ſcriptu-ris facile eſt repire. Et de miſe-ricordia quidē ꝛ iuſticia mani-feſtū eſt: de bonitate vo ꝛ miſe-ricordia amplius latet. S3 Au-guſt. docet illa opa proprie ad miſericordiā ptinere quibus ali-qui a miſeria liberantur. Ad bo-nitatem vero non ſolu3 illa: ſed facturam ꝛ gubernationē natu-ralium. ita dicens. Ad miſeri-cordiam pertinet ꝙ a peccatis mundat: et de miſeria liberat. Ad bonitatē vero ꝙ celū et ter-ram ꝛ oia valđ bona creauit vt eſſent. Idem. Celi non indigēt miſericordia: vbi nulla eſt miſe-ria: i terra hoīs abūdat miſeria et ſupabundat dei miſericordia. Miſeria ergo hoīs et miſcđia dei plena eſt terra non celi. q nō indigent miſcđia: indigēt tamē regente dn̄o. Oia eñ indigent dn̄o: ꝛ miſeria ꝛ felicia: q2 ſine il-lo miſer non ſubleuat: felix non regitur. Item alibi. Miſcđia ē erga miſeros. Bonitas erga quoſlibet. Interdu3 tn̄ miſcđia large accipitur vt bonitas.

Quođ vniuerſe vie dn̄i dicā-tur miſericordia ꝛ veritas.

¶ Poſt hec conſiderari opor-tet: ꝛ quo ſenſu vniuerſe vie dn̄i dicantur miſericordia ꝛ veritas. Hoc multiplicē recipit expoſi-tionem. Uniuerſe eni3 vie dn̄i miſcđia ꝛ veritas q̇bus ad nos venit. vt ait Aug. ſup pſal. itel-ligunt duo aduentus. Primꝰ in quo manifeſta3 ꝛ multiplicē miſericordiam nobis exhibuit: et ſcđs in quo requirendo meri-ta iuſticiā exhibebit. Uniuerſe etiam vie dn̄i. i. quibus ad dn̄m aſcendimus ſunt iuſticia qua a malo declinamꝰ ꝛ miſcđia qua bonum facimꝰ. In his eñ duo-bus oē bonu3 meritum includi

tur. Sed cum ſuperius Caſſio
do. dixerit in his duobus oĩa
opera dei includi merito. queri
pt an in omni ope domini hec
duo mutuo ſibi iungãtur. Qui
buſdam placuit nõ in omni ope
domini hec duo concurrere ſm
effectum dico nam ſm eſſentiã
non diuiditur miſericordia a iu
ſticia: ſed vnum eſt. Veruʒ ſm
effectum non in omni opere do
mini dicunt eſſe miſericordiaʒ ꝛ
iuſticiam ſed in quibuſdam fa-
tentur tm̃ miſcdiam: in alijs iu
ſticiam: atq; in alijs miſcdiaʒ ꝛ
iuſticiam. Fatent̃ tñ dñum oĩa
que fecit miſericorditer agere ꝛ
iuſte: referẽtes ratonẽ dicti ad
dei voluntatẽ que iuſticia eſt et
miericordia: non ad effectus mi
ſericordie et iuſticie qui ſunt in
rebus. Alijs autem videtur ꝙ
ſicut dicitur deus omnia opera
ſua iuſte facere ꝛ miſericorditer
ita concedendũ ſit in omni ope
re dei iuſticiam eſſe et miſericor
diam. i. clementiam ſm effectũ
vel ſignum: quia nulluʒ op⁹ dei
eſt in quo non ſit effectus vl' ſi-
gnũ eqtatis ꝛ clemẽtie ſiue oc-
culte ſiue apte. Aliqñ eĩm mani
feſta ẽ clemẽtia ſiue benignitas
ꝛ occulta eqtas: aliqñ ecõuerſo.



Ueritur prio
arca. 46. diſ.
vtrum deus
propter ſuaʒ
ineffabilẽ mi
ſericordiã pu
niat demões
ꝛ damnatos
citra condig-
num? ¶ Ad hanc difficultateʒ rũdet̃
affirmatiue ꝛ probatur authoritate
pſalmiſte dicentis. Non ſcðm pctã
noſtra fecit nobis: neq; ſm iniquita
tes noſtras retribuit nobis. Inſup
de⁹ non põt obliuiſci id qð ſibi ẽ ꝓ-
prium ſed oſtendere miſericordiaʒ
in omnib⁹ operibus eſt propriũ dñ
vt patʒ per illam collectã. Deus cui
proprium eſt miſereri ſemꝑ ꝛ parce
re ꝛc. ergo deus in punitione demo
num ꝛ damnatorum oſtendit ſuam
miſericordiam ꝛ per ꝯñs punit eos
citra condignum.

¶ Contra iſtã rñſionẽ arguit̃.
authoritate Joannis in. 18. ca. Apo
caliy. dicentis. Quãtuʒ glorificauit
ſe ꝛ fuit in delicijs: tantum date illi
tormentum ꝛ luctuʒ: ꝛ duplicate ei
duplicia ſm opera eius. ꝛ Mathei
7. habetur. Qua mẽſura menſi fue-
ritis: eadẽ remetiet̃ ꝛ vobis. ꝛ pſal.
4. habetur. Suſcepit de manu dñi
duplicia pro omnib⁹ peccatis ſuis.
¶ Pro harum authoritatum intel-
ligentia eſt aduertenduʒ ꝙ propor-
tio pœne ad culpam põt conſydera
ri dupliciter. Uno mõ in gñali: ita
ꝙ ille qui grauius peccauit grauius
punitur: ꝛ qui parum peccauit parũ
punitur. Alio modo põt conſidera-

ri ſpecialiter ⁊ adhuc bifariã. Uno modo abſolute. ⁊ alio mõ includendo miſericordiam dei mediãte qua mitigatur pœna. ¶ Iſto notato rñdetur ꝙ authoritates duę primę procedunt gñaliter ⁊ ſpecialiter ſecũdo modo: non autẽ primo mõ ſpecialr Ultima authoritas intelligitur quo ad durationẽm tpis: ⁊ quia damnati no ſolum puniunt in aĩa ſed in corpore quoqꝫ.

¶ Scdõ arguit ſic. Dñs deus punit pueros baptizatos vltra condignum ergo rñſio nulla: añs pbat pueri baptizati non ſunt debitores alicuius pœnę vel culpę: qr liberati ſunt per ſacrũ baptiſma ab oĩ pęna et culpa ⁊ tamẽ dñs deꝰ dat illis febres et multos alios morbos ergo dñs deꝰ punit eos vltra condignũ. ¶ Ad hoc argumẽtũ rñdet negãdo añs: ⁊ ad probationẽ dico ꝙ illę pœnę debentur naturę humanę. Nam natura humana propt peccatũ primi parentis incidit in multas pęnalitates: a quibus pueri nullo modo ſunt liberi: ꝗuis ſint exempti a peccato originali ⁊ pęna debita ipi peccato originali. ¶ Cõtra iſtã ſolutionem arguit. pueri diſcedentes cum ſolo originali puniunt a dño dõ ad condignum ergo ſolutio nulla: añs probatur: peccato originali ſolũ debetur carentia viſionis diuinę: ⁊ tali pœna puniũtur ipſi paruuli diſcedentes cũ ſolo originali ergo pueri tales puniunt ad condignuꝫ. ¶ Ad hanc replicam reſpondet negando añs: ⁊ ad probationẽ negat maior. loquẽdo abſolute: immo maior pœna debet pctõ originali. ſ. annihilatio. Iuxta illõ yſaię. 43. Miſericordię dñi: qr non ſumus conſumpti.

¶ Tertio arguitur ſic. Quodlibetꝰ pctm̃ mortale deus punit vltra condignumꝰ ergo rñſio nulla: añs probatur: quodlibꝫ pctm̃ mortale eſt tẽporaneum ⁊ quodlibet tale deꝰ punit pœna ęterna ergo quodlibꝫ peccatum mortale deus punit vltra cõdignum. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando añs: ⁊ ad probationem negatur ꝯña: et rõ aſſignat ab aliquibus: qr pctõres voluerũt ſemper peccare. ſed iſta rõ eſt contra ex pe[...]tiam. Nã certũ ꝙ nõ oẽs pec[...]ores voluerũt ſemp peccare: immo aliqui pctõres proponunt in ſenectute agere pniam ⁊ ſeruire deo: et decipiunt. nam moriunt añ ſenectutem in pctis ſuis. Propterea aſſignantur duę alię rõnes. Pria eſt: quia pcm̃ eſt contra obiectum infinitum. ſ. contra dñm deum. Scda rõ quia ſemp in damnatis manet reatus culpę. Rationabile ẽ ergo poſtꝗ̃ ſemper remanet reatus culpę: ꝙ ſemper etiam maneat pœna correſpondens tali culpę. ¶ Contra iſtã ſolutionem arguitꝰ. ſequeret ꝙ deꝰ ęqualiter puniret inęqualiter peccantes: ꝯñs eſt abſurdum ergo ſequela probatur: oẽs damnatos punit pœna ęterna ⁊ nulla pœna ęterna ẽ maior altera pœna ęterna ergo inęqualiter peccãtes ęqualit punit. ¶ Ad hanc replicam rñdet negando ſeqlam: ⁊ ad probationeꝫ diſtiguit minor. vel intenſiue ⁊ ſic negatur illa. vel extenſiue ⁊ quo ad durationem

et ſic conceditᷣ illa ⁊ negatur ꝯña: nō
eſt: q2 lic3 oēs pœnę ęternę ſint ęqua
les quo ad durationē: cu3 hoc tamē
vna eſt acerbior altera.

¶ Quarto arguitur ſic. Diu⁹
Anſelmus in lib. Cur deus hō inq̄t
Non eſt iuſtum vt deus creaturā rō
nalem quā fecit ad beatitudinē om-
nino perire ſinat ſed quelib3 creatu
ra rōnalis eſt creata ad beatitudinē
ergo nō eſt iuſtū ꝙ aliqua talis ęter
naliter damnetᷣ. ¶ Ad hoc argumē-
tum rñdetᷣ: ꝙ beatus Anſelm⁹ vult
dicere ꝙ non eſt decens: ꝙ tota na-
tura humana damnaretur. ſed ex h̄
non ſequitur ꝙ nō eſt decēs aliqua3
ſingularē creaturam rōnalē damna
ri. ¶ Contra iſtam ſolutionē argui-
tur. Oīs pœna tā dęmonū q̄3 hoim
aliq̄n terminabit ergo ſolutio nulla
aīs probatur. Sapientę. xi. ca. hē-
tur. Miſereris oim dñe: q̄m oia po-
tes. ⁊ ad romanos. xi. habetᷣ. Con-
cluſit deus oia ſub pctō vt oim miſe
reretᷣ ergo dñs deus habebit tandē
miam de damnatis ⁊ dęmonib⁹: et
per ꝯñs aliq̄n pœna ipſoru3 termi-
nabitur. ¶ Ad hanc replica3 rñdetᷣ
negando aīs: ⁊ ad probationē cōce
ditur pria ꝯña et negatᷣ vltima: im-
mo dico ꝙ ſemꝑ dñs deus miſeretᷣ
dęmonum ⁊ damnatorū. Nā ſemꝑ
eos punit et puniet cum miſericor-
dia. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguitᷣ
A iuſto iudice non infertᷣ pœna niſi
ad emendationē ergo tandē dęmo-
nes ⁊ damnati liberabuntur. ¶ Ad
hanc replicam rñdetur negādo aīs
immo aliq̄n fertur ſententia a iuſto
iudice ad exemplum aliorū. vt pat3
quando datur ſententia mortis.

¶ Quinto arguitᷣ ſic. Geneſis
6. ca. habetᷣ. Non permanebit ſpūs
meus in hoīe inęternu3 q2 caro eſt⁹.
et in hac authoritate accipitᷣ ſpirit⁹
pro indignatione ergo tande3 indi-
gnatio contra hoies damnatos ceſ-
ſabit. ad hoc argumentum rñdetᷣ ꝙ
authoritas intelligitᷣ reſpectu toti⁹
naturę humanę ⁊ nō intelligitur re-
ſpectu ſuppoſitorum. ¶ Cōtra iſtā
ſolutionē arguitur. Illud qđ dictu3
eſt de pœna damatoru3 eſt prophe-
tia comminationis: ſed non oport3
ſemper adimplere prophetiā cōmi-
nationis ergo non eſt neceſſariu3 di
cere ꝙ ęternaliter punientur. ¶ Ad
hanc replicā rñdetur ꝙ ꝓphetie cō-
minationis intelliguntᷣ conditiona-
liter. ſ. niſi egerint pœnitentia3: mō
dęmones ⁊ dānati non poſſunt age
re penitentiam: idcirco ꝑpetuo cru-
ciabuntur. ¶ Contra iſtā ſolutionē
arguitur. Angeli ⁊ ſancti in cęlo cō-
tinuo rogant dñm deū pro damna-
tis ergo tandem liberabuntᷣ: aīs ꝓ-
batur: charitas ꝑfecta in lege xpia-
na facit orare pro inimicis: ſ3 ange-
li ⁊ viri ſancti in cęlo habent charita
tem perfectā ergo angeli ⁊ viri ſctī
in cęlo rogāt pro damnatis ⁊ dęmo
nibus qui ſunt inimici ipſoꝝ. ¶ Ad
hanc replicam rñdetᷣ negando aīs
et ad probatione3 dico ꝙ maio ⁊ b3
verum quādo tales inimici nō ſunt
in termino ſed ſunt viatores: ſ3 q̄n
inimici ſunt in termino charitas nō
facit orare pro talibus modo dęmo
nes et damnati non ſunt viatores:
ſed in termino.

De ſentencia iudicij.
Diſtinctio. XLVII.

Olet etiam queri qualiter dabitur iudicij ſentētia. Sed non eſt perſpicuū id explicare. Non enim ſcriptura aperte diffinit an voce illa ꝓferantur. Venite benedicti ꝛ Ite maledicti. an virtute iudicis ita fiet conſcientijs ſinguloꝝ atteſtantibus. vt mō dr̄ futurū vt iudicis potentie effectꝰ: ipſius dictione ſignificetur. Illa etiam: Eſuriui ꝛ non dediſtis mihi mā ducare. ꝛ huiuſmodi magis cō ſcientijs exprimēda plurimi putant ꝙ v̓bis quia apl's in momento ꝛ in ictu oculi miſterium ꝯſummandū tradit. Sed illud ad reſurrectionis ſtatū tm̄ referunt non ad iudiciū qui alij iudicij ſniam ꝛ malorum increpationes et bonorum premia verbis exprimenda aſſerunt.

Quod iudicabunt ſancti ꝛ quomodo.

¶ Non autē ſolus xp̄s iudicabit. ſed ꝛ ſancti cū eo iudicabūt nationes. Ipſe enim apl'is ait. Sedebitis ꝛ vos ſup duodecī ſedes iudicātes duodecim tribus iſrael. Nec eſt putanduȝ ꝙ duodecim apoſtolis tm̄ hoc ꝓmiſerit xp̄us. Ubi eniȝ ſedebit paulus qui plus oībus laborauit ſi non ibi ſedebunt niſi. xij; Per duodecim ergo ſedes perfectio tribunalis. i. vniuerſitas iudicantium intelligit̄. ſ. oīs ꝑfecti ꝙ relictis oībus ſecuti ſunt xp̄m. Per duodecim tribꝰ vniuerſitas iudicandoꝝ. Iudicabunt v̓o eos ſancti nō modo cooperatione: ſed etiam auctoritate ꝛ poteſtate. Unde. Gladij ancipites in manibus eoꝝ. i. ſnīa de bonis ꝛ de malis in poteſtate eoꝝ. Si vero querit̄ que erit eoꝝ ptās vel auctoritas in iudicando: Puto non ante ſciri ꝙ videatur: niſi diuina reuelatione quis didicerit.

De ordinibus eoꝛuȝ qui iudicandi erunt.

¶ Erunt autē quattuoꝛ ordines in iudicio. Due ꝗppe ſunt partes electoꝝ. ſ. ꝛ reproborū. vt Greg. in moralibus ait. Sȝ bini ordines eiſdem ſingulis ꝑtibus ꝯtinent̄. Alij eñ iudicantur ꝛ peunt: alij non iudicant̄ ꝛ pereunt. Alij iudicantur ꝛ re-

gnant: alij non iudicantur ꝛ regnant. Iudicantur ꝛ peunt q̄bus dñica inclamatiõe dicetur Eſuriui ꝛ nõ dediſtis mihi mā. ꝛc. Non iudicant̃ ꝛ peunt quibus dñs ait. qui non credit iaȝ iudicatus eſt. Eoꝝ eñ dāna tio toti eccleſie nota eſt ꝛ certa. ꝛ ideo dicunt̃ tunc nõ iudicari: quia ad conſpectũ diſtricti iudicis cum apta dānatione ſue infidelitatis accedẽt. Qui v̇o ꝓfeſſionem fidei ſine opibus habent iudicabunt̃ ꝛ pibunt. i. redarguent̃ vt peant. Qui v̇o nec fidei ſacramenta tenuerũt: increpationem iudicis in ſe fieri non audient: quia infidelitatis ſue tenebris preiudicati: ei⁹ quẽ deſpexerãt inuectione redargui nõ merent̃. Illi autẽ ſaltem vba iudicis audient q̄ ei⁹ fidem ſalteȝ v̇bo tenuerunt. Illi aũt in damnatione ſua eterni iudicis nec v̇ba pcipient: qui eius reuerentiam nec v̇bo tenus ſuare voluerunt ꝛ ideo illi iudicandi. ſȝ iſti non iudicandi dicunt̃. Ex electoꝝ v̇o pte alij iudicantur ꝛ regnant ſcȝ qui vite maculas lachrymis tergunt: ꝛ elemoſynarum ſuperinductione operiunt quibus iudex veniens in dextera conſiſtentibus dicet. Eſuriui ꝛ dedi. mi. man. Alij autem non iudicant̃ ꝛ regnant: q̄ etiaȝ precepta legis perfectiori virtute tranſcendunt: qꝛ non hoc ſolum qđ lex precipit implere cõtenti ſunt: ſed ꝛ qđ ad perfectionem conſulit̃ implere ſtudent. De quibus propheta ait. Dominus ad iudicium veniet cuȝ ſenatoribus populi ſui. Et Salomon de eccleſie ſponſo loquẽs ait. Nobilis in portis vir eius quādo ſederit cũ ſenatorib⁹ terre. Et Iob ait. Non ſaluat impios ꝛ pauperib⁹ iudicium tribuit. Hi ergo recte ſub generali iudicio non tenẽtur: ſed iudices veniunt: quia ꝛ p̄cepta generalia viuẽdo vicerunt: ꝛ omnibus relictis xp̄m ſequti ſunt. Recte pauperibus iudiciũ tribuit: qui quāto huic mũdo magna humilitate deſpecti ſunt: tāto tunc maiori culmine ptātis excreſcent. De talibus dr̃. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut ꝛ ego vici et ſedi cũ patre meo in throno ei⁹ Vincens dñs cũ patre in throno ſedit: quia poſt paſſionis certamẽ ꝛ reſurrectionis palmam ꝙ patri eſſet equalis: omnibus claruit. Nobis v̇o in throno filij ſedere: eſt ex eiuſdem filij po

teſtate iudicare. Quia eñ iudicandi ꝑncipatū ex eius v̉tute ꝑcipimus. quaſi in throno ei⁹ reſidem⁹. Ex his apparet ꝙ etiā ꝑfectiores ſancti cum xp̄o iudicabūt poteſtate: ⁊ quare q̇dā dicūtur iudicādi alij nō iudicādi.

De ordine iudicij ⁊ miniſterio angelorum.

❡ Cum autem in euangelio legat: ꝙ dn̄s mittet angelos ſuos q̇ colligent de regno ei⁹ omnia ſcandala: ⁊ mittēt iniquos i caminum ignis. Et itē. Exibunt angeli ⁊ ſeparabūt malos d̄ medio iuſtorū ⁊ mittent eos in caminū ignis. Et itē. Mittet angelos ſuos cū tuba ⁊ congregabunt electos a quattuor vētis: ⁊ ꝓpheta dicit. Congregate illi ſanctos eius. Miniſterio āgelorum illa impleri dubitandum non eſt. Domino eñ veniente ad iudicium ꝑcedet ante euꝫ ignis quo cōburetur facies mundi huius: ⁊ peribit celū ⁊ terra. non ƀm ſubſtantiaꝫ. ſed ƀm ſpeciem q̄ immutabit: celuꝫ quidē aereum non ethereū. Tm̄.n. aſcendet ignis in iudicio q̄tuꝫ aſcenderūt aque in diluuio. Ille autē ignis malis qui reperti fuerint viui: erit conſumptio: bōis vero non. vt ait Auguſti. Hoc erit incendiū mundi ſanctis: q̄d fuit camin⁹ tribus pueris. In quibus ſi aliquid purgandum fuerit per illum ignē purgabit. Alijs v̇o nullam ingeret moleſtiā. Purgato v̇o ꝑ ignē mundo: ⁊ ad iudiciū veniete domino emittet vox illa magna qua reſurgent omnes mortui: ⁊ tūc miniſterio angelorū ventilabit area: quia boni ꝯgregabuntur ibi de quattuor partibus mūdi angelico miniſterio: quo ⁊ rapient obuiam xp̄o in aera: reprobis in terra quā dilexerūt remanentibus. Et tunc ꝑconia illa bonoꝝ. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare. ⁊ increpatiōes ille maloruꝫ. Eſuriui ⁊ non dediſt. mi. mā. ⁊c. ꝓferent vel ſono vocali vel alio modo. Deniq̄ꝫ ꝓferet ſnīa ſuꝑ vtroſq̄ꝫ. Venite benedicti: ⁊ ite maledicti ⁊c. Et miniſterio angeloꝝ virtute dei cooperante: mittentur mali i caminū ignis: hoc eſt in infernū.

Si p⁹ iudiciū d̄mōes ꝑerūt hominibus ad puniendūꝫ.

❡ Et ſolet queri vtrū in inferno malis ad puniendū ꝑſint demones poſt iudiciū: quos carnifices tortoreſq̄ꝫ aiarum ſcri-

ptura appellat? Ap̄ls dicit: ꝙ xp̄s tunc euacuabit omnē principatū ⁊ poteſtatem ⁊ v̓tutem. Dū eīm durat mundus angeli angelis: demones demonibꝰ: homines hominibus preſunt. Sed omnibus collectis: iā omnis p̄latio ceſſabit. Hinc q̄dam putant poſt iudiciuꝫ demones non habere poteſtates cruciandi hoīes ſicut modo. Sꝫ vt demones virtute dei cruciari ſine creature miniſterio aſſerunt ſic reprobos homines ibi non per operationem demonū. ſed v̓tute diuina tm̄ eternis ſubiici cruciatibus. Premiſſa tamē auctoritas non id cogit ſentire: que ⁊ ſi aſſerat tūc nec demones demonibus nec homines hominibꝰ preeſſe: non diffinit tamē an demones preſint hominibus ad torquendū: vñ quibuſdam videtur eos ſic conſtare hominibus tortores in pena ſicut extiterunt incentores in culpa.

CIrca .47. diſt. queritur primo. An ſententia iudicij vl'is erit vocalis ❡ Ad hanc difficultatez reſpondent doctores dubitatiue pro maiori pte. Tamen diuus Thomas tenet partem negatiuam. ⁊ doctor ſubtilis declinat ad partē affirmatiuam: ⁊ q2 nō ſunt authoritates neqꝫ rōnes cōcludentes magis de vna pte q̄ꝫ de alia

❡ Idcirco rñdetur per duas cōcluſiones Quarū prima eſt iſta. Iudicium vl'e erit. Iſta concluſio ꝓbat̄ authoritate ſaluatoris Ioan. 5. ca: dicentis. Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionē vite: q̄ vero mala egerunt in reſurrectionē iudicij. Similia verba habent̄ apud alios euangeliſtas. nec pro iſta concluſione eſt aliqua rō niſi ſola authoritas ſacre ſcripture. Scd̄a concluſio eſt iſta. Sententia iudicij vl'is erit vocalis. Iſta concluſio perſuadet̄: q2 ſcd̄m oēs ſaluator iudicabit ſm̄ humanitatez ergo magna eſt apparētia ꝙ ipſe proferet verba. ſ. Venite benedicti ⁊c. ⁊ ite maledicti ⁊c.

❡ Contra primam concluſionem arguitur authoritate ſacre ſcripture. Habet̄ Naum. 1. ca. Non iudicabit deus bis in id ip̄ꝫ. ergo poſt q̄ꝫ homo in morte iudicat̄ no eſt apparentia ꝙ iterū iudicetur in iudicio vniuerſali. ❡ Ad hoc argumentū rñdetur ꝙ quilibꝫ homo eſt ſingularis perſona ⁊ pars nature humane ſeu totius gñis humani: ⁊ ſic licet ſit iudicatus tanq̄ꝫ pſona ſingularis ſpecialiter: oportet tñ ꝙ iudicet̄ gñal'r et vniuerſaliter qñ totū humanum genꝰ iudicabitur: ⁊ authoritas prophete intelligit̄ ſpecial'r. ❡ Contra iſtaꝫ ſolutionē arguit̄ i nullo iudicio executio precedit ſniam: ſed in iudi

cio vniuerſali executio pręcedit ſen-tentiam: q2 iam demones ꝛ damnati in inferno cruciantur ergo nõ erit vniuerſale iudiciũ. ¶ Ad hãc repli-cam rñdetur negando minorẽ: ꝛ ad probationem dico ꝙ ſententia iudi-cij vniuerſalis erit ſeparatio malo-rum a iuſtis. vt expreſſe ſaluator noſter inquit. ꝛ talis ſeparatio nõ pręcedet ſententiam iudicij vlis: ꝙ erit ſententię executio. ¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguit. Ideo debz fieri iudicium de aliquibꝰ: q2 dubium eſt de illis: ſed vnuſqſqꝫ erit certus de ſua ſaluatione vel damnatione conſcientia reddente teſtimoniuz ergo non fiet iudicium. ¶ Ad hanc replicam rñdetur: ꝙ ꝗuis vnuſqſqꝫ erit certus de ſeipſo non tñ de alijs ꝛ iõ oportet ꝙ oĩm ſententia oĩbus nota ſit.

¶ Queritur ſcðo circa eandez diſt. vtruz aliqui iudicabunt cuz xp̃o in vniuerſali iudicio. ¶ Pro huius quęſtionis enodatione eſt notandũ ꝙ iudicare multifariam capitur in ſacra pagina. Uno mõ capit cauſaliter ſiue compatiue: ita ꝙ illud dicitur iudicare vñ apparet aliqs iudicandus: et ſm hoc aliq dicunt iudicare per compatonẽ iquantũ ex cõparatione aliorũ aliqui iudicandi oſtendunt: ꝛ iſto mõ cœpit ſaluator noſter qñ dixit Matthei. 12. Uiri niniuitę ſurgent in iudicio cũ gñatiõe iſta et condemnabũt eam. Alio mõ capit iudicare interpretatiue. vt puta qñ aliqs conſentit iudicanti approbando ſententiã eius. et iſto mõ ſolum conuenit iudicare bonis. Sed primo modo iudicare cõuenit oĩbꝰ malis. ꝛ iſto ſcðo mõ capit Sapientię. 3. ca. qñ dicit. Sancti iudicabũt nationes. Tertio mõ capitur iudicare ꝑ ſimilitudinẽ. ꝛ iſto mõ aſſeſſores dicuntur iudicare ꝛ ꝓportionabiliter ſancti qui erunt propinq̃ ſaluatori nr̃o dicunt iudicare ſicut aſſeſſores. Quarto mõ capit iudicare vt idem eſt ꝙ continere leges: per quas fiunt iudicia: ꝛ hoc modo conuenit proprie apoſtolis ſcðz Ricardum de ſancto victore. Nã apoſtoli in cordibus ſuis habebũt decreta diuina: per quę ſaluator noſter iudicabit. ꝛ iſto modo cepit ſaluator noſter qñ dixit apoſtolis Matthei. 9. ca. Uos qui ſequti eſtis me ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. ſimilit capitur Apocaly. 20. ca. qñ dicit. Iudiciũ ſedit et libri aperti ſunt. i. corda aploꝝ in quibus cõtinẽt decreta diuina: ſed q2 iudicare iportat actionẽ in aliuz procedentẽ. Ideo ꝓprie iudicare dicit qui ſententiã in aliuz fert loquendo. ꝛ hoc modo ſolet cõtingere bifariã. Uno modo ex propria authoritate. ꝛ iſto modo cõuenit ſoli xp̃o. Alio modo authoritate aliena: ꝛ nihil aliud eſt ꝗ ſententias alterius latã pronunciare: ꝛ iſto mõ cõuenit viris perfectis. ¶ Iſtis notatis rñdet ad. q. per aliquas cõcluſiones. Quarũ pria eſt iſta. Solus xp̃s authoritate propria iudicabit. Iſta concluſio probat: q2 quelibet creatura iudicatur authoritate aliena. ſ. domini dei Secũda concluſio eſt iſta: capiendo iudicare alijs modis iudicabunt multi cuz xp̃o. Iſta

concluſio patet ex authoritatib⁹ allatis in notabili.

¶ Contra ambas concluſiões arguitur ſic. Angeli iudicabunt cū xp̄o ergo cōcluſiones nullę: añs probatur Matthęi.25.cum venerit fili⁹ hoīs in maieſtate ſua et oēs angeli cum eo ergo angeli iudicabunt cū xp̄o. ¶ Ad hoc argumentū rn̄det q angeli iudicabunt. ſ. approbando ſniam ſaluatoris noſtri ſed nō iudicabunt alijs modis ⁊ ex illa authoritate Matthęi non infert niſi q iudicabunt ſcḋo mō. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguit. Illi angeli: qui ſunt de ordine thronorū iudicabūt oībus modis: quibus apoſtoli iudicabunt ergo ſolutio nulla: añs pbat ideo tales angeli dicunt throni: qꝛ per eos deus iudicia diſcernit ergo oībus illis modis: quib⁹ iudicabūt apoſtoli iudicabunt angeli. ¶ Ad hanc replicam rn̄det negando añs et ad probationē concedo q nunc p eos iudicia diſcernit ſed in die iudicij per apoſtolos diſcernet.

¶ Scḋo arguit ſic. Null⁹ erit executor ſententię ſaluatoris ergo fruſtra ſaluator iudicabit: añs pbat ſi aliqui erunt exequtores maxime erunt dęmones: ſed dęmones ſunt maiores peccatores q̄ hoīes ergo dęmones non erunt exequtores.

¶ Hoc argumentū petit difficultatem. ſ. an dęmones ſint tortores reſpectu hoīm damnatorū: ⁊ q̄uis nō habeatur pro certo rn̄ſio huius difficultatis: pro maiori tn̄ pte credūt doctores q dęmones torquebūt homines damnatos poſt diē iudicij. rō eſt: qꝛ damnati per pctā ſua fecerunt ſe ſe ſeruos dęmonū. Iuxta illud ſaluatoris Ioā.8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: ⁊ ideo licꝫ dęmones ſint maiores peccatores nihilominus qꝛ ſubiecerūt ſe ipſis dęmonibus: ab ipſis dęmonib⁹ torquebuntur: ⁊ dęmones erunt tortores reſpectu pœnaꝝ ipoꝝ: q̄ fuerūt incentores culpę. teſte diuo Greg.

¶ Contra iſtam ſolutonē arguit: boni angeli non pręmiabūt bonos viros ergo dęmones non punient malos viros: ꝯña probat qꝛ ſicut dęmones fuerunt incentores culpę reſpectu malorum hoīm: ita angeli boni fuerunt incenſores bonorū operuꝫ reſpectu bonorum hoīm. ¶ Ad hāc replicam rn̄detur negando ꝯñam: et ad probationē dico q eſt magnū et latum diſcrimen qꝛ boni viri per bona opa reddūt ſe ęquales angelis: ⁊ ideo non debēt ab eis pręmiari ſed a dn̄o deo. mali autē viri per peccata ſua reddūt ſe ſeruos dęmonum. Ideo rōnabile eſt q puniant a dominis ſuis.

¶ Tertio arguitur ſic. Ioannis.5.ca. habet q pater oē iudiciū dedit filio ſuo ergo ſolus xp̄s iudicabit. ¶ Ad hoc argumentū facile rn̄detur ex notabili q authoritas itelligitur de iudicio facto authoritate propria.

¶ Quarto arguitur ſic. Angeli iudicabunt eodeꝫ modo ſicut apoſtoli: ergo concluſiones nullę: añs probatur. Matthęi.22.ca. promittitur a ſaluatore noſtro aplīs ęqualitas angelorum ergo ſi apoſtoli iu

dicabunt angeli iudicabunt eodem modo. ¶ Ad hoc argumentũ rñdetur negando añs: ⁊ ad probationez negatur ꝯña: ⁊ rõ eſt: qꝛ angeli non ſunt hoĩes neqꝫ habent corpa ſimilia corpori ſaluatoris: ⁊ ideo in iudicio diſcurrẽt ſeparãdo bonos a malis ⁊ non ſedebunt ſicut apoſtoli.

¶ Queritur tertio circa eandẽ diſt. quę pſonę iudicabunť. ¶ Pro huius. q. intelligentia eſt aduertendum ꝙ ſaluatoꝛ noſter pro oib⁹ ſufficienter fudit ſanguinẽ licet non in omnibus effectũ habuit propť impedimentũ i aliquibus inuentum: ⁊ ideo in iudicio erũt cõmixti boni et mali idcirco ꝯueniens eſt ꝙ fiat oĩz diſcutio vt appareat qui ſunt boni ⁊ qui ſunt mali. ¶ Iſto notato rñdeť ad titulum. q. per vnicã concluſiõez quę talis eſt. Oẽs hoĩes tam viui ꝙ̃ mortui iudicabunť a ſaluatore nr̃o. Iſta concluſio patet expreſſa auctoritate apoſtoli ſcḋę ad corinth. 5. ca. dicentis. Oẽs aſtabim⁹ ante tribunal chriſti: vt referat vnuſqſqꝫ propria corporis que geſſit ſiue bona ſiue mala.

¶ Contra iſtam concluſionez arguitur ſic. Soluz iudicabunť filij iſrael ergo non oẽs hoĩes iudicabũtur: añs probať authoritate ſaluatoris Matthęi nono ca. dicẽtis. Uos qui ſequti eſtis me ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes. 12. tribus iſrael. ¶ Ad hoc argumentũ reſpondetur negando añs: ⁊ ad pbationez dico ꝙ ſaluatoꝛ noſter nõ dicit ꝙ ſolũ apli iudicabũt. 12. tribus iſrael: et per illas. 12. tribus intelligit oẽs hoĩes qui vocati ſunt in ſortem illarum. 12. tribuuz. ¶ Contra iſtam ſolutionez arguitur. Pueri ꝙ receſſerunt ante vſum rõnis nõ iudicabunť: ergo non oẽs hoĩes iudicabuntur: añs probať: ideo fiet iudicium vt fiat diſcutio de meritis vel demeritis ipſorum ſed ipſi nihil fecerunt meriti aut demeriti ergo tales pueri nõ iudicabunť. ¶ Ad hãc replicam rñdeť negando añs: et ad probationem dico ꝙ licet nihil fecerunt mali aut boni nihilomin⁹ hoc non conſtat oĩbus alijs: idcirco opꝫ ꝙ appareat oĩbus quare tales pueri ſunt ſaluati vel damnati. ¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguitur. Iã aliqui pueri ſunt ſaluati ⁊ ſunt certi de ſua beatitudine ergo de talibus nõ fiet iudicium: ¶ Ad hoc negať ꝯña: propter cauſam dictam.

¶ Scḋo arguiť ſic. Nulli homines habentes vſum rationis iudicabuntur ergo cõcluſio falſa: añs probať: vel tales crediderũt in xp̃z vel non crediderunt. ſi primũ: non iudicabuntur. iuxta illud ſaluatoris Joan. 3. Qui credit in eum nõ iuditur. ſi ſm iam ſunt iudicati. iuxta illud eiuſdẽ capitis allegati. Qui nõ credit iam iudicatus eſt. ergo nulli hoĩes iudicabunť. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negãdo añs: ⁊ ad probationẽ dico ꝙ ly iudicabitur in prima authoritate capitur pro iudicio damnationis: ⁊ hoc eſt veruz ꝙ boni non iudicabunť illo iudicio dãnationis: ⁊ propterea negatur ꝯña dando vtramqꝫ partẽ diſiũctiuę ad ſenſum dictuz rõ eſt: qꝛ mali fecerũt

aliqua bona ⁊ boni etiā fecerūt aliq̄ mala: ⁊ opoꝛtꝫ talia eſſe oib⁹ nota. vt iuſticia diuina oībus innoteſcat.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur ꝙ angeli non iudicarentur in iudicio ꝯñs eſt falſuꝫ ergo fallitas cōſequetis ꝓbaꝶ authoꝛitate apoſtoli pꝛīe ad Corinth. 6. dicentis. Ne ſcitis qꝛ angelos iudicabim⁹. ¶ Ad h̄ argumentum rñdetur cocedeno ſequelā ⁊ negando minoꝛeꝫ: ⁊ ad pꝛobationeꝫ dico ꝙ apl's loquitur de iudicio cauſaliter ⁊ nō ſicut capitur in in pꝛopoſito. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguitur. dęmones iudicabuntur ergo angeli iudicabunꝶ: ꝯñs tenet: quia nō videtur maioꝛ rō de dęmonibus q̄ de angelis: ⁊ añs ꝓbaꝶ habetur Marci pꝛīo ca. ꝙ dęmō exclamauit ad chꝛiſtum. Quid veniſti ante temp⁹ perdere nos: ergo in iudicio iudicabunꝶ. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negado añs: ⁊ ad ꝓbationem dico ꝙ dęmō non dicebat illa verba niſi timens ꝙ ſaluatoꝛ ipſ̄ꝫ clauderet in inferno. Nā dęmones habenꝶ ex permiſſione diuina vſq̄ꝫ ad dieꝫ iudicij ꝙ poſſunt venire ad iſtam imſimā aeris regioneꝫ pꝛopꝶ exercitium noſtrū. Quare timēs talem incarcerationem clamabat ad chꝛiſtum ne ſe incarceraret.

¶ Queritur quarto circa eandem diſt. an mundus ſit purgand⁹ per ignem eiuſdem ſpeciei cum noſtro igni. ¶ Pꝛo hui⁹. q. ītelligētia eſt aduertendū ꝙ antiqui doctoꝛes poſuerūt ꝙ ignis qui purgabit mūdum diſtingueꝶ ſpecie ab igne nr̄o. ¶ Sed hoc videtur eſſe contra illō Geneſis. 3. ſ. ꝙ dñs deus requieuit ab oi opere ⁊c. Nā ſcdm oēs doctores dñs deus non creauit nec creabit nouam ſpeciem vltra illas quas creauit in pꝛīcipio. ¶ Alij doctoꝛes dixerunt ꝙ ignis deſcēdet ab. ſphera ſua. ſ. a concauo oꝛbis lunę ⁊ purgabit iſtū mundū inferioꝛeꝫ. ¶ Sꝫ deſcenſus videtur eſſe contra ignis naturā. ¶ Ideo alij doctoꝛes dixerunt ꝙ circa finē mundi erunt aliquę nubes cōcauę: ⁊ ex reflexione radiorum ſolarium qui reuerberabuntur et reflectentur gñabiꝶ ignis in terra qui purgabit mundum. ¶ Sed hoc non videꝶ verum: quia tunc aſtrologi poſſent naturaliter cognoſcere talium nubiū productionē ⁊ radioꝛuꝫ ſolarium reflectionē. ¶ Pꝛopterea diuus Thomas ⁊ ſanctus Bonauētura ⁊ cęteri doctoꝛes ſequnꝶ Aurelium Aug. in. 20. lib. de ciuitate dei dicentem ꝙ ſicut mundanarū aquarum in vndatione factū eſt diluuiū ita mundanoꝛū ignium cōflagratione figura hui⁹ mundi peribit. ¶ Idcirco confoꝛmiter ad Aureliū Auguſtinum ponunꝶ. 3. concluſiones rñſiue ad. q. Quarū pꝛima eſt iſta. mundus purgabitur per ignē. Hęc concluſio pꝫ authoꝛitate pꝛincipis apoſtoloꝛuꝫ in vltimo ca. 2ᵉ. canonicę dicentis. Celi ardentes ſolueꝶ ⁊ elementa ignis ardoꝛe tabeſcēt. Et regius pꝛopheta inq̄t ignis in cōſpectu eius ardebit ⁊ in circuitu tempeſtas valida. ⁊ ſequitur in eodē pſal. De iudicio aduocauit cęlū de ſurſuꝫ et terram diſcernere populū ſuum. ¶ Scd̄a cōcluſio eſt iſta. Ignis cōflagrationis erit eiuſdē ſpeciei cum

noſtro igni. Iſta concluſio patet ex authoritate Auguſtini allegata. et Gloſſa ſuper ſeptimū ca. 1e. ad Corinth. idem aſſerit. Inſup pria purgatio facta eſt per aquam eiuſdem ſpeciei cum noſtra ergo ſcda purgatio fiet per ignem eiuſdē ſpeciei cuz noſtro igni. Scda concluſio eſt iſta. Ignis pręcedet diē iudicij. Iſta cōcluſio probat authoritate Dauid dicentis. Ignis ante ipſum pręcedet.

¶ Contra primā concluſionē arguitur ſic illa quę ſunt in mundo nō ſunt immunda ergo mūdus nō indiget purgatione añs probat authoritate. Angeli dicētis Petro Actuū. 10. quod deus creauit tu ne cōe dixeris. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negando añs ⁊ ad probationez dico ꝙ angelus loquebat ibi figuratiue. Nā p ſerpentes ⁊ illa animalia bruta intelligebant gentiles prędeceſſores nři vt pȝ legenti illō Cap. cū alijs ſequētibus. ¶ Contra iſtaz ſolutionē arguitur in Elemētis nulla ē culpa ergo nō indigēt purgatione. ¶ Ad hāc replicā rñdetur negando ꝯñam ⁊ rō eſt. Nam iō: qꝛ hoīes peccauerūt in eis reputātur inmūda: ſicut ſi aliquis polluat eccleſiaz reputat ecclia immunda. i. non digna recipe ſacramēta ſic etiā Elemēta reputant immunda propt peccata: quę hoīes commiſerunt.

¶ Scdo arguitur ſic ſequeretur ꝙ ignis etiā purgaret ꝯñs ē falſum igitur ſequela probatur totus mundus purgabit ⁊ ignis eſt pars mundi ergo ignis purgabitur. Iaz probat falſitas ꝯñtis. ſi ignis purgaretur ſequeret ꝙ purgaretur per aquā ſȝ hoc nō eſt dicenduz qꝛ aqua potius extinguet ignē ꝙ̄ purgabit. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur cōcedendo ſequelā ⁊ negando minorez. ⁊ ad probationē negatur ſequela. ſȝ ignis nř purgabitur p maiorē ignē. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguit purgatio debet fieri propt perfectionē ſed talis perfectio tollit qñ deſtruit forma mixti: qꝛ quęlibet forma mixti ē perfectior ꝙ̄ ſit forma Elemēti ergo talis purgatio non ē ponenda. ¶ Ad hanc replicā rñdetur diſtinguendo ꝙ fiat propt perfectionem vel intelligendo de pfectione ſimplr et ſic negat vel propt perfectionē ipſius Elemēti et ſic conceditur. Naz licet forma mixti ſit perfectior ſimplicit tñ Elementa ſunt perfectiora in ratione Elementoꝝ qñ ſunt puriora. ¶ Contra iſtā ſolutionē arguit multa ſunt quę poſſunt purgari ab aqua ⁊ aqua tpe diluuij purgauit ergo in die iudicij etiā purgabit: ¶ Ad hāc replicā rñdetur negando ꝯñam ⁊ rō ē vltra authoritates ſacrę ſcripturę ꝙ ipſa aqua tpe diluuij iō purgauit: quia tunc ardor luxurię regnabat: at mō non ſolū peccatū luxurię ſed frigiditas terrę regnat ⁊ regnabit dicēte ſaluatore nřo. multoꝝ refrigeſcet charitas. Nā hoīes mō ⁊ in fine mūdi non amāt niſi pecunias ⁊ iō cōuenient ꝯtra talem frigiditatē dñs deus mittet ignē qui eos cōburet.

¶ Tertio arguitur ſic ſequeretur ꝙ ignis purgaret cęlos ꝯñs eſt falſum igitur ſequela patet authoritate regij prophē dicentis. Opera

manuū tuaꝝ ſunt cęli ipſi periſbunt tu autē permanes. ⁊ in. 3. Cap. 2. canonicę diui Petri hẽtur cęli ardentes ſoluenṫ ⁊ Elementa ignis ardore tabeſcent. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negando ſequelā: ⁊ ad probationē dico ꝙ illę authoritates intelligunṫ de aere. Nā multocies vocaṫ cęlū aer. ¶ Contra iſtaꝫ ſolutionē arguitur cęli purgabunṫ ⁊ non niſi ab igni ergo ignis purgabit cęlos maioꝛ probaṫ cęli indigēt purgatione ſicut mūdus iſte inferioꝛ ergo ſi iſte mūdus inferioꝛ purgabiṫ etiam cęli purgabunṫ añs pꝛobaṫ cęli facti ſunt immūdi ꝓpṫ peccatū diaboli ⁊ complicū eius: qꝛ in ipſis cęlis peccauerūt ergo eodē modo indigent purgatione cęli ſicut mund⁹ iſtę inferioꝛ. Hęc replica neceſſario concludit ꝙ facta eſt purgatio immediate poſtꝗ̄ diuus Michael expulit Luciferum ⁊ cęteros dęmones vel ſi non eſt facta tunc fiet qñ mundus iſte inferioꝛ purgabiṫ: ſꝫ nō fiet per ignem: ſed virtute diuina: et nō amplius mouebunṫ cęli ſed qeſcēt. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur Apocaly. 21. ca. habeṫ pꝛimū cęlum et pꝛima terra abijt ergo deſtruentur cęli per ipſum ignem. ¶ Ad hãc replicam rñdetur negando ꝯñaꝫ: et rō eſt: quia illa authoritas itelligiṫ quo ad ad virtutem.

¶ Quarto arguiṫ ſic. Ignis non purgabit ſupꝛemā regioneꝫ aeris ergo non purgabit quatuoꝛ elementa ⁊ per ꝯñs non purgabit totū iſtum mundū: añs pꝛobatur: ignis non aſcendet niſi quantū aquę diluuij aſcenderunt: ſed aquę diluuij nō aſcenderunt vſqꝫ ad ſupꝛemā regionem aeris ergo ignis non aſcendet vſqꝫ ad regionem aeris ergo ignis non aſcendet ad illam regioneꝫ ⁊ ꝑ ꝯñs non purgabit illaꝫ: maioꝛ patꝫ authoꝛitate Gloſſe ſup. 3m. ca. 2e. canonicę Petri. Idē aſſerit Gloſſa ſuper pꝛimū ca. ſcḋę ad Teſſalonicēſes. ¶ Ad hoc argumentū rñdeṫ negando ꝯñam. nam licet non purget elementū aeris quo ad ſupꝛemā regionem purgabit illḋ tñ quo ad alias regiones: ⁊ hoc ſufficit poſtꝗ̄ ſupꝛema regio aeris nō indiget purgatione. ¶ Contra iſtā ſolutionem arguitur. ſi ignis purgaret duas regiones aeris. ſ. infimā in qua habitamus ⁊ mediaꝫ in qua ſunt nubes ſequeretur ꝙ eas conſumeret et in ſuam naturā tranſmutaret: ꝯñs eſt falſum ergo falſitas ꝯñtis pꝛobaṫ: ſequeretur ꝙ etiam conſumeret ſupꝛemam regionē: ꝯñs eſt falſum: qꝛ tunc elementuꝫ aeris non maneret poſt diem iudicij ergo ſequela ꝓbatur: ignis tunc haberet ſupꝛemā regionem aeris in medio. Naꝫ ſupꝛa ipſam eſt ſphera ignis in cōcauo oꝛbis lunę ergo eam totalr̄ conſumeret. Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelā: nam dñs de⁹ nō concurret: nam ſi concurreret ignis totam regioneꝫ aeris in ſuam naturam tranſmutaret.

¶ Quito arguiṫ contra ſcḋaꝫ concluſionem. Nihil ꝯſumit ſeipm̄ ſed ignis cōflagrationis conſumet noſtrum ignē ergo ignis conflagrationis non erit eiuſdē ſpeciei cū nr̄o

minor patz per Gloſſam ſup vltimũ ca. ſcḋe canonicę Petri dicentez q̄ ignis conflagrationis .4 .elementa conſumet. ¶ Ad hoc argumentũ rñ detur negãdo maiorem: immo cotidie videmus q̄ maior ignis conſumit minorẽ depurgando eũ. ¶ Cõtra iſtam ſolutionez arguitur. Ille ignis conflagrationis habebit aliã virtutem q̄ iſte ⁊ aliũ motum ergo diſtinguitur ſpecie cũ iſto. ¶ Ad hãc replicã reſpondetur concedendo q̄ habebit aliam virtutẽ intelligendo de virtute diuina: nego tñ q̄ habebit aliũ motũ. Nam ignis noſter ſcḋm varias materias diuerſimode mouetur vt facile erit videre in hac vrbe valentia qñ celebrabitur feſtũ diui Dionyſij. ſz ſi itelligeretur de virtute naturali negandũ eſſet illḋ et illud oporteret aſſumere vt pña valeret. ¶ Contra tertiã concluſionem arguitur ſic: authoritate Aug. in vigeſimo de ciuitae dei ponẽtis mundi conflagrationẽ poſt iudiciũ ergo cõcluſio falſa. ¶ Ad hoc argumentum rñdet q̄ Aug. ibi loquitur opinatiue: q2 ipſemet poſtea aſſerit q̄ non eſt poſſibile ſcire quo ordine talia fiant. Nihilominus Petr⁹ comeſtor i ſcolaſtica hiſtoria ponit ordinem ⁊ cœpit ex Hieronymo q̄ habuit ex ãnalibus iudeorũ. habetur eñi in illis ãnalib⁹: q̄ .15. mirabiles dies pręcedent diẽ iudicij. In pria illaruz eleuabit mare .15. cubitis ſuper altiſſimos montes. In ſcḋa deſcendet tm̄ q̄ videri non poterit. In tertia redigetur in priſtinum ſtatuz. In quarta piſces clamabũt. In .5. aues non guſtabunt. In .6. flumina ignea ſurgẽt ab occaſu et comburẽt mare. In .7. fient mirabiles cometę ⁊ impreſſiones in ſuprema regione aeris. ſ. caſtra ardentia: acies ardentes cum haſtis ⁊ alijs armis: et ciuitates ardẽtes. ⁊ ſic de alijs. In 8. erunt magni terremotus qui magna ędificia proſternent. In .9. oẽs petre ſcindent. In .10. oẽs arbores ⁊ plãtę ſudabũt rorẽ ſanguineũ In 11. oẽs mõtes ꝯplanabũt In .12. oĩa alia ſilueſtria clamabunt ⁊ nõ comedent. In .13. ſepulchra expellent cadauera. In .14. hoĩes exibunt de latibulis ⁊ cauernis tanq̄ amentes et ſtulti. In .15. oẽs hoĩes morientur ⁊ reſurgẽt in igne conflagrationis cũ alijs mortuis lõge antea defũctis.

De forma iudicis.
Diſtinctio. XLVIII.



Solet etiaz queri i qua forma chriſtus iudicabit. In forma vtiq̄ ſ̄ui iudicabit: q̄ oibus in iudicio appebit vt videant mali in quẽ pupugerunt. Diuinitatem vͦ ei⁹ mali non videbũt. Vñ Yſaias. Tollat impius ne videat gl'iam dĩ. Humanitatẽ videbũt vt timeant: diuinitatem vero non: ne gaudeant. Diuinitas eniz ſine gaudio videri non poteſt.

Quod apparebit tunc ĩ forma ſerui.

¶ Sed cuz in forma humana conſtat eum appariturũ: querit an in forma illa glorioſa appareat ſicut vere eſt: an in forma q̃lis in paſſione extitit. Quidam putant a malis talez videri qualẽ crucifixerunt id eſt infirmaz. quia dicit ſcriptura vt videant in quẽ pupugerunt. Sed apte Augu. dicit formam ſerui glorificatã a bonis ⁊ a malis tunc videri ſic. Cum in forma ſerui glorificata iudicantez viderint boni ⁊ mali. tolletur impius vt nõ videat claritatẽ dei que deus eſt quã ſoli mundo corde videbunt. quod erit eis vita eterna. Forma ergo humana ĩ xp̃o glorificata videbitur a cunctis: vnde ⁊ xp̃s dr̃ iudicaturus: quia filius hoĩs eſt. Ita eniz legitur in euangelio Johãnis: ⁊ poteſtatem dedit ei iudiciuz facere. quia fili⁹ hoĩs eſt. Non q̧ ipſe ex virtute hoĩs ſit iudicaturus vel q̧ ip̃e ſolus ſine patre ⁊ ſpũſctõ iudicium ſit factur⁹: ſed qr ipſe ſolus in forma ſerui iudicans bonis ⁊ malis videbitur. Cũ ergo pater nõ iudicat quẽq̃. ſed oẽm poteſtatẽ d̃dit filio: nõ ita eſt intelligendũ quaſi filius ſolus iudicet ⁊ non pater ſʒ quia forma filij humana cũctis in iudicio apparebit: nõ in forma infirma ſʒ glorioſa. Judicabit aũt ex virtute diuinitatis nõ ſine patre ⁊ ſpũſancto: ⁊ apparebit terribilis impijs: et mitis iuſtis. Erit eniz terror malis ⁊ lumen iuſtis.

Quare ẜm formaz ſerui dr̃ xp̃s ſuſcitaturus corpora.

¶ Et ſicut dicit xp̃s ẜm formã ſerui iudicaturus ꝑpter cauſaz premiſſam: ita etiam dicit ſuſcitaturus corpora mortuoꝝ ẜm humanitatẽ cum tamen virtute diuinitatis ſit ſuſcitatur⁹: nõ humanitatis. Sed hac rõne illud dicitur: quia in humanitate ſuſcepit quod ẽ cauſa noſtre reſurrectionis. id eſt paſſionẽ ⁊ reſurrectionez. Jdõ ei aſcribitur ẜm hoiem ſuſcitatio mortuorũ Unde aug. Per verbuz filium dei fit animaꝝ reſurrectio. Per verbũ factũ in carne filium hoĩs fit corpoꝝ reſurrectio. Jtẽ. Judicat ⁊ ſuſcitat corpora nõ pater: ſed filius ẜm diſpẽſationem humanitatis in qua minor patre eſt chriſtus: in eo q̧ eſt fili⁹ dei eſt vita que viuificat animas.

in eo q̄ eſt filius hominis: iudex. Ecce ſm formā hūanitatis dr̄ ſuſcitatur⁹ corpa ꝛ iudicaturꝰ. Judicaturus autē qꝛ illa forma cunctis in iudicio appebit: ꝛ ſuſcitaturus quia in eadē forma meritū ꝛ cauſam reſurrectionis noſtre ſuſcepit. Et quia ſm eandē formam vocē dabit qua mortui de monumentis reſurgent ꝛ procedent ſm q̄ deus ē. Uiuificat aīas non pater tantū quia non tm̄ paſ vita eſt: ſed ꝛ filius cum eo ꝛ ſpūſſanctus eadem vita eſt q̄ pertinet ad aīam non ad corpꝰ. Corpus eīnnon ſentit vitā ſapientie: ſed anima q̄ illuminatur a lumine eterno. Licet ergo chriſtus potētia diuinitatis viuificet animas ꝛ ſuſcitet corpora ꝛ iudicet: nō ocioſe tamen ꝛ preter rationē ei ſm formā dei tribuitur viuificatio animaꝝ ꝛ ſm formam ſerui iudiciū ꝛ reſuſcitatio corporum.

De loco iudicij.

¶ Putant quidā dominū deſcenſurum in vallez ioſaphat in iudicio: eo q̄ ipſe ꝑ Johelē prophetam ſic loquitur. Congregabo omnes gentes: ꝛ deducaꝫ eas in vallē ioſaphat: ꝛ diſceptabo ibi cum eis. Jn cuius capituli expoſitione ita repi. Hoc quidaꝫ pueriliter intelligunt q̄ in valle que eſt in latere montis oliueti deſcenſurus ſit dominus ad iudiciū: quod friuolum eſt: quia non in terra: ſed in ſpacio huius aeris ſedebit contra locū montis oliueti ex quo aſcēdit: ꝛ ſicut Johānes chriſoſtomus dicit. Angeli deferent ante euꝫ ſignū crucis: vnde in euangelio veritas dicit. Et tunc apparebit ſignum filij hominis ꝛc. Joſaphat aūt interpretatur iudicium domini. Jn vallē ergo Joſaphat. id eſt iudicij domini cōgregabuntur oēs impij. Juſti vero non deſcendent in vallem iudicij. i. dānationē ſed in nubibus eleuabunſ obuiam xp̄o.

De qualitate luminarium ꝛ temporis poſt iudicium.

¶ Ueniente autē ad iudicium dn̄o in fortitudine ꝛ poteſtate magna. ſol ꝛ luna dicuntur obſcurari: non ſui luminis priuatione. ſed ſuperueniēte maioris luminis claritate. Uirtutes quoq̄ celorū. ideſt angeli dicuntur moueri: nō metu damnationis vel aliqua perturbatione pauoris: ſed quadā admiratione coꝝ que viderint. Uñ Job. Colū

ne celi pauent aduentum eius. Ante diem vero iudicij ſol ⁊ luna eclipſim patientur: ſicut Johel teſtatur dicens. Sol ↄuertetur in tenebras ⁊ luna in ſanguinẽ ante ꝙ veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. Magnus vero dicitur propter magna q̄ ibi fient. Cum autẽ factuꝫ fuerit celuꝫ nouũ ⁊ terra noua: tunc erit lux lune ſicut lux ſolis: teſtante Eſaia: ⁊ lux ſolis ſeptẽpliciter. i. ſicut lux ſeptem dierũ quia ꝙtum luxit ſol in p̄ma cõditione ſeptẽ dierum ante peccatum primi hominis: tantũ lucebit poſt iudicium. Minorata enim fuit lux ſolis ⁊ lune aliorũq; ſiderũ per peccatuꝫ primi hois. ſꝫ tunc recipiet ſol mercedem ſui laboris: quia ſeptempliciter lucebit ⁊ tunc non erit viciſſitudo diei ⁊ noctis. ſed tantuꝫ dies. Unde Zacharias. Et erit dies vna que nota eſt domino: non dies neq; nox: ⁊ in tempore veſpere erit lux quia tunc nõ erit veritas diei ⁊ noctis q̄ modo eſt. ſed continua dies ⁊ lux. Yſaias tamen videtur dicere ꝙ tunc non luceat ſol vl' luna loquens congregationi ſanctorum. Non erit tibi inquit amplius ſol ad lucendum per diẽ: nec ſplẽdor lune illuminabit te: ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam. Sed his verbis non negat ſolem ⁊ lunam tunc lucere: ſed ſignificat his qui tũc erũt in eterna beatitudine: nullum lucis vſum preſtare: quia vt ait Hieronymus ſuper eundem locum. Celi terreq; ſolis atq; lune nobis ceſſabit officium ⁊ erit ipſe dominus lumen ſuis in perpetuum. Poteſt etiam intelligi illud Yſaie ea ratione dictum: quia ſol et luna tunc non habebunt ortum ⁊ occaſuꝫ ſicut nunc: vnde Iſidorus illd̓ Yſaie quaſi expone͂s ait. Poſt iudicium ſol laboris ſui mercedem ſuſcipiet. Unde propheta. Lucebit ſeptempliciter et non veniet ad occaſum nec ſol nec luna. ſed in quo creati ſunt ſtabunt: ne impij in tormentis ſub terra poſiti fruantur luce eorum. Unde Abacuc. Sol ⁊ luna ſteterunt in ordine ſuo. Ecce aperte dicit ſolem ⁊ lunam tunc lucere. ſed ſtabiliter permanere: vbi etiam ſignificat infernum eſſe ſub terra. Si vero queritur quis ſit vſus lucis ſolis et lune tunc. Fateor me ignorare quia in ſcripturis non memini me legiſſe.

CIrca.48am. di
ſtinctionē q̄rit
primo an xp̄s
iudicabit ſecū
dum humani
tatez. ¶ Pro
huius.q. enu
cleatione ē no
tanduz q̄ ma
gna eſt differentia inter iſtas duas
ſcz xp̄s iudicabit in forma humana
xp̄s iudicabit ſcd̄m formā humanā
Iſta eñ eſt concedenda xp̄s in hūa
nitate creat:et iſta eſt neganda xp̄s
ſcd̄ m humanitatē creat. Nā ad ve
ritatem prię.ſufficit q̄ xp̄s creet et
habeat humanitatē. Ad veritatem
vero ſcdę requiritur q̄ humanitas
xp̄i creet veluti ad ỽitatē iſtius. Ae
thiops eſt albus ſcd̄m dētes requi
ritur q̄ Aethopis dentes ſint albi.
¶ Scd̄o eſt notandū q̄ ad hoc q̄ ali
quod iudiciū ſit firmū ⁊ ꝑpetuuz re
quiruntur duo. Primū authoritas
in ſententiando. Scd̄m poteſtas in
retribuendo.et hęc duo ſanctiſſima
trinitas humanitati xp̄i cōtcauit:de
dit eñ ei authoritatē qꝛ dedit ei do
minium ſuꝑ oīa creata teſtante prī
cipe apl̄orū Actuum.2. Dñm fecit
deus hunc Ieſum.ꝛc. dedit etiaz ei
poteſtatem ſubijciendo oīa creata
ei. Iuxta illud pſal. Oīa ſubieciſti
ſub pedibus eiꝰ. ⁊ Matthęi vltimo
ca.ipſemet xp̄s dicit de ſeipſo. Da
eſt mihi oīs poteſtas in cęlo ⁊ in ter
ra. Actuū.10.cap.habet. Ipſe eſt q̄
eſt conſtitus iudex viuorū ⁊ mortuo
ruz ⁊ qꝛ poteſtas iudiciaria reſpicit
illa duo.ſ.authoritatē ⁊ poteſtatez:
ideo iudiciaria poteſtas eſt in deo ꝑ
naturāz ⁊ in humanitate xp̄i ꝑ grāz
et per ꝯñs in xp̄o ſm̄ diuinitatez ta
lis poteſtas iudiciaria eſt per natu
ram:⁊ in eodem xp̄o ſm̄ humanita
tem talis poteſtas iudiciaria eſt ꝑ
gratiam:et qꝛ diuus Thomas ſim
pliciter concedit q̄ poteſtas iudicia
ria eſt in xp̄o ſm̄ humanitatē doctor
ſubtilis ipſuz reprehendit ſed eius
rep̄henſio non militat contra diuuz
Thomam. nam bene pōt cōcedi il
lud ſine diſtinctione:q̄uis clariꝰ rñ
detur cū diſtinctione: quā quidē di
ſtinctionē etiam tangit diuus Tho
mas in tertia ꝑte ſuę ſummę:⁊ etiā
in quarto ſententiarū.q.pria articu
lo prio in rñſione ad primū argumē
tum. Propterea rūdet ad.q. ꝑ ali
quas concluſiones. ¶ Quaruz pria
eſt iſta. In xp̄o ſcd̄m humanitatem
non eſt pīcipalis et naturalis ptās
iudiciaria. Iſta concluſio patet: qꝛ
talis poteſtas ſoluz conuenit deo ⁊
nulli creaturę. Scd̄a cōcluſio ē iſta.
In xp̄o eſt poteſtas pīcipalis ⁊ na
turalis iudiciaria ſcd̄m diuinitatez
Iſta concluſio patet ex notabilibꝰ
Tertia concluſio eſt iſta. In xp̄o ſe
cundum humanitatez eſt ptās iudi
ciaria ſcd̄aria ⁊ commiſſa: ⁊ pōt vo
cari talis poteſtas excellentię ſicut
dictū eſt ſuperius in materia ſacra
mentorum. Iſta concluſio patet au
thoritate Ioannis in.5.ca.dicentis
Poteſtatē dedit ei facere iudicium
quia filius hoīs eſt.

¶ Queritur ſcd̄o circa eandez
diſt. an xp̄s iudicabit in humanita
te glorioſa. ¶ Pro huius.q.intelli
gentia eſt notandum q̄ ſaluator no

ſter in pūmo ſuo aduentu venit vt p oībus apud patrē ſatiſfaceret: ideo neceſſarium fuit vt appareret in forma noſtrę īfirmitatis: alioqn nō potuiſſet pro nobis ſatiſfacere nam iudęi non potuiſſent tūc ipſuȝ crucifigere. In ſcđo vero aduētu ſaluator noſter veniet vt iuſticiam dei patris ſui in hoīes exequatur. Idcirco decet vt gloriam ſuaȝ oībus oſtendat. ¶ Iſto notato rñdeť ad .q. affirmatiue: iſta concluſio probať authoritate ſaluatoris noſtri Lucę. 21. ca. dicētis. Tunc videbunt filiū hoīs venientem in nube cū poteſtate magna et maieſtate. ſed poteſtas ⁊ maieſtas pertinent ad gloriam ergo ſaluator noſter in forma glorioſa iudicabit.

¶ Contra iſtam reſponſioneȝ arguiť ſic. Saluator noſter iudicabit in forma infirmitatis noſtre ergo rñſio nulla: aſīs probať. Gloſſa ſuper illud Joan. 19. c. videbunt in quem transfixerant. inquit ꝙ ſaluator noſter in ea carne vēturus eſt in qua crucifixꝰ eſt: ergo apparebit in forma in firmitatis noſtre. ¶ Ad h̄ argumentū rñdetr negando aſīs: ⁊ ad probationeȝ negatur ꝯña: rō eſt nam ꝗuis ſaluator habebit eandeȝ carnem in qua crucifixus eſt: non tñ illa caro eodem mō ſe habebit. Nā in die iudicij erit lucida: īpaſſibilis: agilis: ⁊ ſubtilis. immo clarior ſole ⁊ qñ crucifixꝰ eſt talis caro erat paſſibilis ⁊ non clara ⁊ non agilis neqȝ ſubtilis. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguitur ſic. illa caro retinebit cicatrices ergo erit paſſibilis aſīs patȝ expreſſa authoritate Joan. chryſoſtomi ſuper. 24. cap. Matthęi illud aſſerentis. ¶ Ad hanc replicā rñdetur negando ꝯñam: rō eſt: qr ſaluator noſter tales cicatrices retinebit ad maiorē gloriam ſuā ⁊ maiorē ignominiā iudęorū vt videant ꝙ ipſe eſt quē ipſi crucifixerūt. Juxta illud zacharię allegatū. Uidebūt in quē transfixerunt. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſaluator noſter in ea forma debȝ apparere: que ab oībus videri poteſt: ſed forma glorioſa non poterit videri a dęmonibus et malis ergo non iudicabit in forma glorioſa: minor probať: illō qđ conceditť ⁊ promittiť iuſtis in p̄miū non dabitur malis. Sed videre xp̄i humanitatem glorioſam promittitur iuſtis ⁊ conceditur: immo angeli teſte principe apoſtolorum in pri mo ca. ſuę primę canonicę. Deſyderabant proſpicere ipſam ante eiꝰ reſurrectionē ergo nō conceditť malis videre humanitateȝ xp̄i glorioſam. ¶ Ad hanc replicam rñdetur negādo minorē: ⁊ ad probationeȝ negať maior ⁊ rō eſt: qr videre humanitatem xp̄i glorioſaȝ bonis erit multū delectabile ⁊ gaudioſum: ſed ipſis dęmonibꝰ ⁊ iudeis ⁊ malis erit valde moleſtū ⁊ triſtabile. Nam mirabilis pœna eſt videre inimicū ſuuȝ in maieſtate ⁊ glīa ⁊ potentia ⁊ triūpho. ¶ Sed adhuc inſurges authoritate Gloſſę ſuper. 5. ca. Joan. dicētis ꝙ ſaluator noſter in ea forma veniet in qua eſt iudicatus. ¶ Ad hoc facile rñdetur ꝙ Gloſſa intelligit ꝙ veniet in natura humana: ſed aliter ſe habebit ꝗ̄ ſe habebat: qñ ſaluator iudicatus eſt vt declaratum eſt.

¶ Queritur tertio circa eandē an diuinitas xp̄i videbitur a malis.

¶ Ad hanc difficultatē rñdet̄ ab oībus doctoribus negatiue. ſed eſt cōtrouerſia inter eos an poſſit videri diuinitas xp̄i a malis ſine delectatione. et diuus Thomas tenet partem negatiuam. Doctor ſubtilis ⁊ noiales tenent partē affirmatiuam. Durandus tñ mediat diſtinguēdo. vel de potentia dei ordinata ⁊ ſic tenet partem negatiuā cum diuo Thoma vel de potentia abſoluta ⁊ ſic tenet partem affirmatiuam cum doctore ſubtili ⁊ noialibus. et quantum ad iſtud membrū optime dicit. nam viſio dei ⁊ delectatio ſunt due res omnino diſtincte ⁊ habētes diuerſa ſubiecta ergo dñs deus pōt quālibet earum deſtruere reliqua cōſeruata ⁊ per ꝯñs pōt deſtruere delectationē cōſeruādo viſionē ſui: ſed de primo membro dubium eſt: ⁊ quia non poſſunt fieri argumenta magni pōderis magis pro vna parte q̄ pro alia: ideo illa miſſa facimus.

De differētia manſionū in celo ⁊ i iferno. di. XLIX.



¶ Scđo arguitur ſic. ſi anima xp̄i concurreret partialiter ad ſuã btitudinē ſequeret ꝙ nõ haberet ma-iorem beatitudinem ꝙ̃ angeli: ꝯñs eſt hereticũ ergo opinio ē heretica: ſequela probat: aia xp̄i non eſt tãte actiuitatis ſicut minimꝰ angelus ergo non põt habere tantã beatitudinem: quantã habēt angeli. ¶ Idē argumentũ põt fieri de virgine glorioſa. ¶ Ad hoc argumentũ rñdet

pedimenti.ſ.illius appetitus:quē habet ad corpus.

¶ Alia eſt opinio oīm aliorū doctorum tenentium partē negatiuam. ¶ Sed contra iſtā opinionē eſt magiſter ſententiarū in preſenti diſtinctione. ⁊ allegat Aug. dicentē ꝙ amplior erit beatorū cognitio pᵒ diē iudicij. Pariformā allegat Hieronȳ. dicentē ꝙ paracto iudicio ampliorem gloriā ſuę claritatis deᵒ demōſtrabit electis. ¶ Ad iſtas authoritates datur Gloſſa Aurelianenſis quę deſtruit textū: ideo magis mihi placet opinio diui Thomę ⁊ Bonauenture ꝗ̃ aliorum.

¶ Queritur quarto circa eandem diſt. An beatitudo ſit ppetua et ſecuritas ſit de eſſentia eiᵒ. ¶ Ad primam partē.q. rñdetur ab oībus catholicis affirmatiue. Patet hęc rñſio authoritate ſaluatoris dicētis Matthęi.18. iuſti erunt ſicut angeli dei. ⁊ Matthę.25. clarius aſſerit idē ſaluator dicens. Ibunt iuſti in vitā ęternam. ⁊ regius pħa. Beati q̄ habitant in domo tua dn̄e in ſecula ſeculorum laudabunt te. ¶ Ad ſcđaꝫ partē.q. rñdetur ꝙ ſi capiaꝛ ſolum pro viſione dei vel fruitione dei vl' pro ambabus ſimul: ſecuritas non eſt de eſſentia beatitudinis:quia illa duo poſſunt eſſe ſine ſecuritate. ſin autē accipiaꝛ beatitudo ſicut capitur a Boetio in tertio lib. de cōſolatione. vt eſt ſtatus oīm bonorum aggregatione perfectus: tunc ſecuritas eſt de eſſentia beatitudinis ꝗ̃ ponitur eſſe dos reſpectu aīę. Naꝫ aliqui doctores ſicut ponunt dotes corporis ita ponunt dotes aīę. ſ. viſionem: fruitionē: tentionē: ⁊ ſecuritatem. Aliqui noīant ipſam tentionem fruitionem: ⁊ ideo aliter numerant dotes aīę. Nā addunt dilectionem dei: ⁊ loco tentiōis ponūt fruitionem. ¶ Et ſi quęras quid eſt ſecuritas? Rñdetur ꝙ eſt reuelatio diuina mediante qua reuelat dn̄s deᵒ vnicuiq; beato ꝙ ęternaliꝛ videbit eſſentiam diuinam et fruetur ipſa: et ſi aliquis vellet ponere plures dotes aīę facile poteſt ponere ideo de iſtis parum eſt curandum.

¶ Queritur quinto circa eandē diſtinctionē vtrū hoīes ex puris naturalibus eſſentiā diuinā videre valeant. ¶ Pro huius.q. intelligētia eſt aduertenduꝫ ꝙ duobus modis poteſt intelligi titulus. q. Uno mō de oculo corporali. Alio mō de oculo mētali ſiue de intellectu. Iſto notato rñdetur per tres concluſiones Quarum pria eſt iſta. Nullᵒ homo pōt videre oculo corporali eſſentiā diuinam. Iſta concluſio probaꝛ authoritate diui Ambroſij ſuper Lucam dicentis. Nec corporalibᵒ oculis deus quęritur nec circūſcribiꝛ viſu nec tactu tenetur. Patet etiā authoritate diui Hieronymi dicentis. Non ſolum deitatē patris ſed nec filij nec ſpūſſancti oculi carnis aſpicere poſſunt ſed oculi mētis: de quibus diciꝛ beati mundo corde. ⁊ alibi inquit Idē Hierony. Res incorporales corporalibus oculis nō videntur. ¶ Idē aſſerit Aureliᵒ Aug. in libro de videndo deū. Scđa concluſio eſt hęc. Nullᵒ hō ex puris na

turalibus pōt videre deum. Iſta cō
cluſio patet authoritate beati pauli
apoſtoli ad Romanos.6.dicentis.
Gratia dei vita ęterna. patet etiam
authoritate Clementis.5.romani
pontificis in Clementina ad noſtrū
extra de hereticis.li.5.etiam ferme
oīm doctorum ponentiū lumē glīę
requiri ad viſionez eſſentię diuinę.
Tertia cōcluſio eſt iſta. Quilibz hō
beat⁹ oculo intellectuali videbit eſ-
ſentiam diuinā. Iſta concluſio pro-
batur authoritate ſaluatoris Ioā.
14.dicentis. Si quis diligit me dili
getur a pare meo ꝛ ego diligā illuz
et manifeſtabo ei meipſuz: patz etiā
authoritate aplī prīę ad Corinth.
13.ca.dicentis. Uidem⁹ nūc in ſpe-
culo ꝛ ęnygmate tunc autē facie ad
faciem. ꝛ Ioan.in.3.ca.prīę canoni
cę inqt. Cum apparuerit ſimiles ei
erimus ꝛ videbimus eū ſicuti eſt.

¶ Contra primam concluſio-
nem arguitur ſic. Oculus corpora-
lis glorificatus eſt maioris virtutis
ꝙ oculus nō glorificatus: ſed aliqs
oculus non glorificatus videt eſſen
tiam diuinaz ſine lumine glorię er-
go a fortiori oculus glorificat⁹ cor-
poralis pōt videre eſſentiaz diuinā
minor patz multiplici authoritate.
Prīa habetur Gen̄.32.ca. vbi Ia-
cob dixit vidi dn̄m facie ad faciez et
ſalua facta eſt aīa mea. ſz videre fa-
cie ad faciem eſt videre per eſſentiā
vt inquit apl's prīę ad Corinth.13.
ca.ergo minor vera. Scd̄a authori
tas habet Exodi.33. vbi habetur.
Loquebatur dn̄s ad Moyſen facie
ad faciem ſicut ſolet loqui amic⁹ ad
amicum. Tertia authoritas habet
yſaię.6.ca.ſ. Uidi dn̄m ſedentē ſup
ſolium excelſuz ꝛc. Quarta authori-
tas habet in.12.ca.ſcd̄ę ad Corinth.
de beato Paulo. Pro ſolutiōe hu-
ius argumēti eſt notanduz illud qđ
inqt diuus Dionyſi⁹ in.4.ca.cœle-
ſtis hierarchię. dicit enim ꝙ oēs ta-
les loqutiones vbi habetur facie ad
faciem debent intelligi de viſione ꝑ
quandam ſimilitudinē ꝛ egregie di
cit. Nā certū eſt ꝙ ille quē vidit Ia-
cob non erat deus. nam luctauit cū
eo ꝛ fortior ipſo fuit: ꝛ abſurdum eſt
dicere ꝙ Iacob luctauerit cuz dn̄o
deo. pariforma ille qui loquebatur
Moyſi erat angelus: et lex data eſt
ipſi Moyſi per angelū ꝛ non imme
diate a deo. vt teſtat diu⁹ Stepha-
nus in actibus apoſtolorum. ꝛ pro-
pterea dicit Gloſſa ordinaria ſuper
paſſum allegatū ꝙ illud.ſ.loqueba
tur dn̄s ad Moyſen facie ad faciez
intelligebatur ſcd̄m opinionez vul-
gi. Nā filij iſrael ſimplices ꝛ plebei
ita credebāt ꝙ dn̄s lquebat facie ad
faciē Moyſi ſicut ſolet loq amic⁹ ad
amicuz: ſz in rei vitate angel⁹ loqba-
tur ipſi Moyſi. Idcirco hanc excel-
lentiam habet lex euangelica ſupra
legem veterez qz lex euangelica da-
ta eſt immediate a dn̄o deo.ſ.a ſal-
uatore nr̄o qui eſt verus deus. Lex
autem vetus non immediate a deo
ſed ab angelo data eſt. Idcirco di-
xit diuus Matthe⁹ Matthei.5.ca.
Aſcendit Ieſus in montē ꝛ aperuit
os ſuum. Nā voluit denotare iſtam
excellentiā legis euangelicę vt egre
gie gloſſant Aug. ꝛ Chryſoſtom⁹ ꝛ
cęteri doctores ſancti. Nihilomin⁹

diuus Aug. in libro de videndo deũ aſſerit Moyſen et Paulum vidiſſe eſſentiam diuinã. Idem aſſerit ſup Geneſ. Ex illo tñ ca. allegato Exodi. 33. non infertur q̃ Moyſes viderit eſſentiam diuinã. Naȝ ibi habetᷓ q̃ Moyſes petijt a dño videre eſſẽtiam diuinã: ꝛ dñs rñdit: non poteris videre faciem meã: nõ eñ videbit me hõ ꝛ viuet: ꝛ ſubiungit. Ecce inquit eſt locus apud me ꝛ ſtabis ſuper petrã: cũq̧ tranſibit gloria mea ponam te in foramine petrę ꝛ protegam dextera mea donec tranſeam: tollamq̧ manũ meam ꝛ videbis poſteriora mea faciem autẽ meã videre non poteris. ꝛ ſic terminatᷓ predictum ca. Quare conſtat q̃ ex illo capitulo nihil elicitur de viſione eſſentię diuinę. Immo potius concluditᷓ q̃ Moyſes non vidit eſſentiaȝ diuinam. Attñ Numeri. 12. ca. dñs deus defendens Moyſen contra Mariã ſororem eius inquit. Moyſes palã et non per ænygmata ꝛ figuras videt deum. ꝛ propter iſtud dictũ dñi dei aſſerit diuus Aug. Moyſen vidiſſe deum: ſed certe hoc codeȝ mõ põt gloſari ſicut alia dicta et maxie quia diuus Paulus nõ audet aſſerere de ſeipſo in ca. allegato q̃ viderit deum in corpore. Nã expreſſe dicit neſcio an in corpore an extra corpus: ſed illo dato videlicet q̃ Moyſes ꝛ Paulus viderunt deũ: dicendum eſt q̃ non vtebantᷓ ſenſibꝰ corporeis: et tunc gloſſanda eſt illa authoritas. ſ. non videbit me homo ꝛ viuet. i. qñ homo videbit me: nõ exercebit operatiões vitales proportionabiliter eſt gloſſanda illa authoritas Joannis primo ca. Nemo vidit deum vnq̃. ſ. exercendo operationes vitales: ſed ſi aliquis vellet de vtroq̧ negare q̃ viderit deum facile poſſet gloſſare authoritates p̃ter authoritatẽ Auguſtini ſaltem in corpore. Mirabile tamẽ videtur q̃ aliqui doctores nolunt cõcedere de beata virgine q̃ viderit eſſentiaȝ diuinam et tamen bene concedunt de Paulo ꝛ Moyſe ego tamen credo firmiter q̃ ſi Moyſes ꝛ Paulus viderunt eſſentiam diuinaȝ: q̃ glorioſa virgo clarius ꝛ excellentius vidit eſſentiam diuinam q̃ȝ ipſi duo ſimul ſumpti. Nam ſecundum omnes doctores et pręcipue Hierony. Nulla eſt gratia alicui pure creaturę cõceſſa: quin excellentius cõceſſa ſit beatę virgini. Ait eñ diuꝰ Hieronymꝰ in ſermone de aſſumptiõe virginis ad Euſtochiuȝ virginem. Nihil eſt candoris: nihil eſt ſplendoris: nihil eſt numinis: quod nõ reſplẽdeat in virgine glorioſa. Idcirco Albertus magnus ſuper Miſſus eſt ꝛ Alexãder ſuper Cantica dicunt. pie credẽdum eſt q̃ mater Jeſu pluries admiſſa eſt ad contemplandam ĩuitiue diuinitatem filij cuius lux reſplẽdebat in carne. Ex iſtis patet reſpõſio ad argumentum.

¶ Contra tertiam concluſionem arguitur ſic. Angeli in principio ſuę creationis viderunt res in verbo: ꝛ non poterant illas videre: niſi viderent eſſentiam diuinam: ꝛ nondum habebant lumen glorię: q2 nõ fuerunt creati beati ergo angeli ex puris naturalibus viderunt eſſentiã

diuinam: prima pars antecedentis patet authoritate Aurelij Auguſtini ſuper Geneſim illam expreſſe aſſerentis. ¶ Ad hoc argumentū reſpondetur negando primā partem antecedentis: ꝛ ad probationem dico ꝙ Auguſtinus intelligit ꝙ angeli viderūt res in verbo in principio ſuę creationis. i. per quaſdam ſimilitudines creatas a verbo diuino in mentibus angelorū. ¶ Contra iſtā iſtam ſolutionē replicatur. Diabolus tempore Job vidit eſſentiā diuinam ergo a fortiori angeli ex puris naturalibus poſſūt videre eſſentiam diuinam: antecedēs probatur Job. 1. ꝛ 2. ca. habetur. Cum aſſiſterent filij dei: affuit etiam inter eos ſathan: ꝛ ſecundum Gregorium aſſiſtentes dicūtur illi qui intima dei contemplatione perfruunt ergo ſathā vidit deum in tali cōtemplatione. ¶ Ad hanc replicam reſpondet negando antecedēs: ꝛ ad probationem dico ꝙ in illa authoritate Job non capitur aſſiſtere ſicut capit Gregorius: ſed ſolum capitur ibi aſſiſtē tia pro preſentia ratione cuius dñs deus aliquid prouidebat. ¶ Cōtra iſtam ſolutionem arguitur. Angeli et dęmones ꝛ homines vident iſta corporalia ex ſolis naturalibꝰ ergo a fortiori ex ſolis naturalibus poſſunt videre eſſentiam diuinam: conſequētia probatur: quia eſſentia diuina eſt magis intelligibilis ꝙ̄ ſint iſta corporalia. ¶ Ad hanc replicā reſpondetur negādo conſequentiā: et ad probationē dico ꝙ ꝙ̄uis eſſentia diuina ſit magis itelligibilis ex parte ꝙ̄ ſint iſta corporalia non tamen ex parte noſtra propter indiſpoſitionem noſtram. Jdcirco anteqū ꝙ̄ intellectus creatus poſſit videre eſſentiam diuinam requiritur ꝙ diſponatur: et talis diſpoſitio fit per lumen glorię: quod quidem lumen non poteſt haberi ex ſolis naturalibus: ſed neceſſarium eſt: ꝙ dominꝰ deus producat tale lumen glorię.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur ſic. ſequeretur ꝙ ſancti cōprehenderent deum: conſequēs eſt contra ſacram paginam dicentē ꝙ deus eſt incomprehenſibilis cogitatu: et contra Aurelium Auguſtinū in lib. 83. queſtionum. ꝛ contra Damaſcenum in ſuo primo libro ergo concluſio falſa: ſequela patet authoritate apoſtoli priç ad Corinth. 10. dicentis. Sic currite vt comprehendatis. ¶ Ad hoc argumentū rñdetur negando ſequelam: ꝛ ad probationem dico ꝙ Paulus capit comprehenſionem large pro receptiōe glorię: et non capit ſtricte. ¶ Cōtra iſtam ſolutionē arguitur. ſequeretur ꝙ nullus beatus melius intelligeret eſſentiam diuinam ꝙ alius conſequens eſt contra illud ſaluatoris. Jn domo patris mei māſiones multę ſunt. ergo ſolutio nulla: ſeq̄la patet authoritate Joannis allegata in probatione tertię concluſionis. patet etiam authoritate Auguſtini in lib. allegato dicentis. Eandem rem non pōt vnus alio magis intelligere. ¶ Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ꝛ ad probationem dico ꝙ Joan. ꝛ Aug. intelligunt quo ad modum eſſendi:

quia oēs intelligunt talem rem eſſe non tamē intelligunt quo ad modū intelligendi. ¶ Contra iſtaʒ ſolutionem arguitur procedendo quo ad modum intelligendi nō eſt poſſibile vnum beatū intelligere eſſentiaʒ diuinā meliꝰ q̄ȝ alius btūs itelligat ergo ſolutio nulla: añs probaꝶ: optimus modus intelligendi deuʒ eſt per eſſentiam eius: ſed quilibet beatus intelligit deuʒ per eius eſſentiā ergo oēs beati ęqualiter intelligunt deum quo ad modum intelligendi ¶ Ad hanc replicam rñdetur negādo añs: ꝛ ad probationem negatur ꝯña: ꝛ rō eſt: qꝛ licet cognoſcere deū per ſuam eſſentiaʒ ſit melioꝛ modꝰ q̄ȝ alij. nihilominꝰ inter modos cognoſcēdi deum per eſſentiam vnus eſt altero melioꝛ: ſicut q̄libet homo melior eſt aſino: nihilominus inter hoies vnus altero eſt melioꝛ. Ita eſt de modo cognoſcēdi deum ꝑ eſſentiam.

¶ Scđo arguiꝶ contra eandē concluſioneʒ. ſeqnereꝶ ꝙ oēs ſancti viderent oia: que deus in ſeipſo videt: ꝯñs eſt falſum: qꝛ tunc ipſuʒ cōprehenderent ergo concluſio falſa: ſequela probaꝶ authoritate Iſidori i li. de ſūmo bono dicētis. Angeli in verbo dei oia ſciunt anteq̄ȝ fiāt et ſcti erunt ęquales angelis Mathęi. 22. ergo ſequela vera. ꝛ Gregorius in. 4. dialogoꝝ ait. Quid eſt q̄đ ibi neſciant vbi ſciēte oia ſciunt. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ſequelam: ꝛ ad primam probationem non ſequiꝶ ex aucthoritate Iſidori ꝙ angeli ſciūt oia ſimpliciter: ſȝ bene ſequitur ꝙ futura ſciāt: et adhuc hoc non eſt verū de oibus angelis: ſed bene eſt veruʒ de angelis ſupremę hierarchię. ¶ Ad alteram authoꝛitateʒ dico ꝙ Gregoriꝰ intelligit de his: q̄ pertinent ad gloriam ipſoꝝ ꝛ nō de omnibus vl'r.

¶ Queritur ſexto ꝛ vltimo circa eandem diſt. an differant aurea ꝛ et aureola: ꝛ fructus. ¶ Pro huius queſtionis dilucidatione eſt aduertendum ꝙ cuilibet merito vt dictuʒ eſt ſuperius correſpondet duplex p̄mium. ſ. eſſentiale ꝛ accñtale. Pręmium eſſentiale eſt beatitudo eſſentialis quę conſiſtit in clara dei viſione ꝛ fruitione ſiue amore dei ſuper oia ꝛ metaphoꝛice dicitur corona ſiue aurea: tam ex parte meriti q̄ȝ p̄mij. Naʒ ex parte meriti dicitur corona ſiue aurea ideo: qꝛ meritū elicitur cum quadam pugna. Nā teſte Iob. 7. ca. Militia eſt vita hois ſup terram. ꝛ victoꝛibus iure naturę debetur corona ſiue aurea: ſimil'r ex ꝑte pręmij. Nā per hoc efficitur ꝑticeps diuinitatis: ꝛ perꝯñs regię poteſtatis. Iuxta illud Apocaly. 3. ca. Qui vicerit dabo ei ſedere in throno meo: ſicut ego vici ꝛ ſedi in throno patris mei. ſimil'r habetur Apocaly. 5. ca. Feciſti nos deo noſtro regnum et ſacerdotes. Inſuper teſte Joan. in. 1. ca. et Apoſt. ad Romanos. Beati ſunt filij dei ergo heredes: ꝛ per ꝯſequens coheredes xp̄i: et xp̄s eſt rex ergo et quilibȝ beatus eſt rex celoꝝ. Aliud eſt premium accidentale. ſ. q̄đcunq̄ȝ pręmiuʒ q̄đ non eſt eſſentiale. Alterius eſt no-

tandum q̃ fructus interdũ capitur
pro fruitione dei que eſt dos aie: vt
dictũ eſt. aliqñ capitur pro illo: qđ
reficit mentẽ ſpiritualiter: ⁊ ſic idẽ
eſt fructus qđ virtus. Tertio modo
capitur pro quocũq; premio: quod
homo habet ratione bonorum ope-
rum: ⁊ ſic beatitudo eſſentialis dice-
tur fructus: ſed nullo iſtorũ modo-
rum capitur in propoſito. Quarto
modo capit̃ pro quodã gaudio: qđ
beatus habet de bona diſpoſitione
quam habuit eliciendo opera meri-
toria: et iſto mõ capit̃ in propoſito.
Sed aureola eſt gaudium de operi-
bus ratione potiſſime victorie habẽ-
tibus contra tres cões hoſtes. ſ. car-
nem: mundũ ⁊ demonẽ. Nam per
virginitatẽ vincitur caro: per mar-
tyrium vincitur mundus: per bonã
doctrinam vincitur demõ. ¶ Iſtis
notatis reſpondet̃ per tres conclu-
ſiones Quaꝝ prima eſt iſta. Aurea
et aureola: ⁊ fructus mirabiliter dif-
ferunt. Iſta cõcluſio probat̃. Aurea
eſt beatitudo eſſentialis. Fruct⁹ eſt
gaudiũ de bona diſpoſitiõe. Aureo-
la eſt gaudiũ de operibus ⁊c. ergo
mirabiliter differunt. Secunda cõ-
cluſio eſt iſta. Aureola ſolum debet̃
tribus generibus perſonarũ. ſ. mar-
tyribus: doctoribus et virginibus.
Iſta concluſio patet ex notabilib⁹.
Nã ſolum talia genera perſonarũ
habent victorias potiſſimas contra
tres cões hoſtes. Tertia concluſio
eſt iſta. Fructus oibus bonis con-
feretur: intelligendo de illis. qui ha-
buerunt in hac vita perfectũ vſum
rationis. Iſta concluſio patet quia
omnes tales gaudebũt de bona di-
ſpoſitione: quã habuerunt erga bo-
na opera meritoria.

¶ Contra primam concluſio-
nem arguitur ſic. Aureola non dif-
fert a fructu ergo pria concluſio fal-
ſa: antecedens probat̃: eidem meri-
to non debentur diuerſa premia: ſ;
virginitati debetur fructus centeſi-
mus ⁊ debetur aureola ergo aureo-
la ⁊ fructus ſunt idem. ¶ Ad hoc ar-
gumentum rñdetur negando añs:
et ad probationem negatur maior:
intelligendo de premijs accidenta-
libus: ſed maior habet veruꝫ de pre-
mijs eſſentialibus: modo aureola
et fructus ſunt premia accidentalia
¶ Contra iſtam ſolutionẽ arguitur
Fructus centeſimus debetur mar-
tyrio ⁊ martyrium eſt opus virgini-
tate excellentius ergo non debetur
fructus centeſimus virginitati: ma-
ior patet expreſſa auctoritate Aure-
lij Aug. in lib. de virginitate. ¶ Ad
hanc replicaꝫ reſpõdetur negando
pñam. Nam dictũ eſt q̃ eidem me-
rito varia correſpondent premia ac-
cidentalia: tamen diuus Thomas
adeo ſtricte capit fructuꝫ: q̃ ſolũ cõ-
uenit tribus virtutibus. ſ. caſtitati
coniugali: viduali ⁊ virginali. Gloſ-
ſa tamẽ ſup illud. 13. ca. Mathei in
qualibet virtute aſſignat fruct⁹ cor-
reſpondẽtes: ⁊ q2 diſputatio eſt ad
nomen ideo non eſt curandũ. ¶ Cõ-
tra iſtam ſolutionẽ arguitur. Bea-
tus Paulus ad Galathas. 5. ponit
12. fructus ergo ſolutio nulla. ¶ Ad
hanc replicam rñdetur negando cõ-
ſequẽtiã: rõ eſt: q2 aliter capit Pau-
lus fructuꝫ q̃ᵹ capiamus in preſenti

diſt. ¶ Et ſi arguas fructus eſt premium accidentale ſuper additū aureę ergo eſt aureola: negatꝰ ꝯña: rō ē quia aliter deſcribiꝰ aureola. vt dictum eſt in notabilibus. ¶ Contra iſtam ſolutionē arguiꝰ. ſicut excedit viduitas caſtitatē coniugalē: ita virginitas excedit viduitatem: ergo ſicut duplo maioꝛ fructꝰ debeꝰ viduitati ꝙ̄ caſtitati cōiugali: etiaȝ duplo maioꝛ fructus debebiꝰ virginitati: ꝙ̄ viduitati: ꝯñs eſt manifeſte falſū quia caſtitati coniugali ſoluȝ debeꝰ trigeſimus fructus: ꝛ viduitati debetur ſexageſimꝰ fructꝰ: qui eſt duplo maioꝛ ꝙ̄ triceſimus: ꝛ virginitati ſolum debetur centeſimus fructꝰ qui nō eſt duplo maioꝛ ſexageſimo ergo ſolutio nulla. ¶ Ad hāc replicam rñdetur negādo añs: rō eſt: qꝛ caſtitas coniugalis ſolū inclinat ad continendū a non ſuo ꝛ viduitas inclinat ad ꝯtinēdū a nō ſuo ꝛ a ſuo: ꝛ virginitas inclinat pꝛo oī tempoꝛe ad continendū a quolibet: nī miruȝ ergo ſi fructus viduitatis in maioꝛi pꝛo poꝛtione excedat fructū caſtitatis coniugalis: ꝙ̄ fructus virginitatis excedat fructū viduitatis. Nam non in tāta pꝛopoꝛtione virginitas excedit viduitatē in quāta excedit viduitas caſtitatem coniugalem.

¶ Contra ſcđam concluſioneȝ arguitur ſic. Quattuoꝛ ſunt ponēdę aureole ergo concluſio falſa: añs ꝓbatur: quattuoꝛ ſunt ꝟtutes cardinales ꝛ tribus illarū coꝛreſpondēt aureolę. ſ. foꝛtitudini rōne martyrij: tēperantię rōne virginitatis: pꝛudētię rōne doctrinę: ergo quartę ꝟtuti cardinali quę eſt iuſticia pręclariſſima oīm virtutū coꝛrñdet quarta aureola. ¶ Ad hoc argumentū rñdeꝰ negando añs: ꝛ ad pꝛobationeȝ negatur añs. nam pꝛudentię nulla aureola coꝛreſpondet: nā doctrina nō ſpectat ad ipſaȝ pꝛudentiam: ſed dato adhuc antecedēte ꝯña nō valet: rō ē quia iuſticia eſt virtus gñalis: ideo non opoꝛtet ꝙ ſpecialis aureola ei coꝛreſpōdeat: immo illę tres coꝛreſpondent: nam aliq̈s actus martyrij eſt actꝰ iuſticię: ſimilr̄ aliq̈s actꝰ tēꝑantię eſt actus iuſticię: parifoꝛma aliq̈s actus docendi.

¶ Scđo arguitur contra eandem cōcluſionē. ſi aureola debereꝰ alicui virgini maxime debereꝰ beatę Marię: q̄ ꝟgo ꝟginū per excellētiam dicitur: ſed nō debeꝰ beatę marię ergo nulli virgini debetur: maioꝛ pꝛobatur: nō habuit pugnā cuȝ carne btā virgo ergo non habuit victoriam contra carnē: ꝛ per ꝯñs nō debetur ei aureola. ¶ Propꝰ hoc argumentum aliqui doctoꝛes antiqui aſſeruerūt ꝙ beata virgo non habȝ aureolam virginitatis: ſed habȝ aliquid excellentius aureola. Alijs vero doctoꝛibꝰ antiquis hoc non placet: idō dixerūt ꝙ fuit aliqualis pugna rōne fomitis in carne virginis glorioſę: ſed hoc eſt impiū ꝛ abſurdum. ¶ Idcirco aliter rñdeꝰ ad foꝛmam argumenti negando minoꝛē: et ad pꝛobationem concedo ꝙ non habuit pugnā cuȝ carne foꝛmaliter: habuit tamē ęquiualenter: qꝛ demō maledictus loco carnis eā temptauit propter magnam opoꝛtunitateȝ

nam dormiebat cū Joſeph: nihilominus glorioſiſſime triūphauit ⁊ caput ipſius demonis contriuit: nimirum ergo ſi habeat aureolā virginitatis meliorē ⁊ excellentiorē q̄ aliqua pura creatura habeat.

¶ Tertio arguitur ſic. ſequeretur ꝙ ęqualiter merentes inęqualit̄ deus pręmiaret: ꝯñs eſt hęreticum et contra iuſticiam diuinā ergo concluſio falſa ſequela probat̄: volo ꝙ aliqua virgo habeat ęquale meritū cum diua magdalena: tunc talis virgo et beata magdalena ęqualr̄ meruerunt ⁊ non ęqualr̄ pręmiabūtur ergo ſequela vera: minor patet: quia talis virgo habebit aureolā virginitatis ⁊ diua Magdalena non habebit. ¶ Ad hoc argumentuꝫ rñdetur ꝙ q̄uis ſequela non ſit incōueniēs de pręmio accidētali. vt patet de illis qui volunt capere indulgentias efficaciter vt vnus capit ⁊ aliꝰ nō capit: qꝛ dat aureū falſuꝫ ignorās. At tamen in propoſito falſum eſt ꝙ talis virgo ⁊ diua magdalena: meruerunt ęqualiter intelligēdo tā de pręmio eſſentiali: q̄ accidentali. Nam ſemper talis virgo habꝫ de antipodio meritum aureolę v̾ginitatis accidentale.

¶ Quarto arguitur ſic. ſequeretur ꝙ virgo ſi corrūpat̄ violenter non haberet aureolam virginitatis ꝯñs eſt contra illud diuę Lucię ad Paſcaſiuꝫ: ſi inuitā me violaueris corona mihi duplicabit̄. ergo cōcluſio nulla: ſequela probat̄: talis non amplius erit virgo ⁊ aureola debet̄ virginibus ergo nō habebit aureolam virginitatis. ¶ Ad hoc argumētum rñdetur negando ſequelā ⁊ ad probationē diſtingo ꝙ talis nō amplius erit virgo. vel corpore ⁊ ſic cōcedo ⁊ negatur ꝯñs. vel mente ⁊ ſic negatur illud. Nā qñ diximꝰ ꝙ virginibus dat̄ aureola intelligimꝰ de virginibus mentalibꝰ. ¶ Cōtra iſtā ſolutionē arguit̄. poſito ꝙ talis violenter corrupta habeat cōplacentiā illius violentię ⁊ poſtea pęniteat eā illius cōplacentię ⁊ moriat̄ cum tali pñia tunc talis habebit aureolam ⁊ non eſt virgo nec corde nec mente: ergo ſolutio nulla: maior probatur: talis virgo violenter corrupta ꝑ cōplacentiā perdidit virginitatē mentalem: ⁊ virginitas mētalis amiſſa eſt recuperabilis per pœnitentiam ergo talis virgo eā recuperabit per pœnitentiā. ¶ Ad hanc replicā pōt reſpōderi bifariā. Vno modo ꝙ talis per pniam recuperauit virginitatem poſtq̄ virginitas mētalis nō fuit amiſſa per actū exteriorē. Alio modo pōt rñderi ꝙ non poteſt recuperare virginitatē qñ perdidit virginitatem corporalē: ⁊ qualitercunq̧ reſpōdeatur facile eſt loqui conſequenter.

¶ Quinto arguit̄ ſic. naturali neceſſitati nō debet̄ aureola ſed aliqui ſunt frigidi a natura vel caſtrati qui ſunt virgines ⁊ moriuntur virgines ergo talibus nō debet̄ aureola. ¶ Ad hoc argumentuꝫ rñdet̄ ꝙ eunuchis ſiue frigidis a natura nō debet̄ aureola niſi habeant voluntatē ſeruandi virginitatē ⁊ talis volūtas

ſiue volitio eſt in poteſtate ipſorum et non a natura. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguit. inquiſitiue: vel cuilibet actui virginitatis debet aureola vel alicui tm̄. Nullū iſtoꝝ eſt dandum ergo non debetur virginitati: minor probat: volo ꝙ aliqua virgo poſt talē actum virginitatis peccet peccato ſuperbię ⁊ moriatur: tūc talis nō habebit aureolā virginitatis: quia erit dānata ergo nulli actui virginitatis ab ipſa elicito debetur aureola. ¶ Ad hanc replicam rūdetur negando minorē: ⁊ dico ꝙ cuilibet actui virginitatis ſi eliciatur ex grā et propter deum debet aureola virginitatis: et ad probationē negatur pnīa: ⁊ datur manifeſta inſtantia. nā cuilibet actui meritorio: quē elicuit maledictus Judas ante ꝓditionē debebatur vita ęterna et certū eſt ꝙ Judas neqꝫ habuit neqꝫ habet neqꝫ vnqꝫ habebit vitā ęternā ſed ęternos cruciatus: rō eſt qꝛ poſuit impedimentum eliciendo proditionem: ita etiam talis virgo poſuit obſtaculū per pctm̄ ſuperbię: nī mirū ergo ſi nunqꝫ habebit aureolā. ¶ Sed qres vtrū illa quę proponit ſeruare virginitatē per vnū annū vel duos vel tres ⁊ nō determinat ſe quid factura eſt poſt tale tempus et morit in gratia ante finē talis tēporis: an habebit aureolam? ¶ Ad hoc rūdet affirmatiue: ſꝫ talis aureola nō erit adeo magna ſicut erit aureola illius quę vouit perpetuā virginitatem. ¶ Quęres vlterius vtrum illa quę proponit ſeruare virginitatem vſqꝫ ad viceſimū annū ⁊ poſt vigeſimum annū intendit nubere an habebit aureolam. ¶ Ad hoc reſpondetur negatiue.

¶ Sexto arguit ſic. Viduitati debetur aureola ergo concluſio falſa: antecedens probatur: viduę habent maiorem difficultatem in ſeruando caſtitatem ꝙ̄ virgines: ergo ſi virginibus debetur aureola: a fortiori viduis debebitur: antecedens probatur auctoritate philoſophi in libro de animalibus. dicentis ꝙ iuuenes corruptę magis appetunt venerea propter memoriā delectationis ꝙ̄ virgines. ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur negando antecedens: ⁊ ad probationem negatur ſimpliciter antecedens: et ad ꝓbationem dico ꝙ philoſophus intelligit ſecundum quid. ſ. quo ad illā circunſtantiam: ſed ſimpliciter maiorem habent difficultatē virgines. Nam nitimur inuetitum ſemper cupimuſqꝫ negatum. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur ſic. ſequeretur ꝙ voto obedientię ⁊ paupertatis deberetur aureola: conſequens eſt cōtra concluſionem: ergo ſolutio nulla: ſequela probatur: vota obedientię et paupertatis habent maiorem difficultatem ꝙ̄ votum virginitatis ergo ſi voto ꝟginitatis debetur aureola: a fortiori votis obedientię et paupertatis debebit aureola. ¶ Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequelam: ⁊ ad probationem negatur conſequentia. ſed bene concedo ꝙ debetur aliquid quod eſt maius aureola. ſ. iudiciaria poteſtas. Nam boni religioſi qui ſeruauerūt tria vota ſedebunt cum chriſto iudi

cantes non ſolum duodecim tribus
iſrael: verū et omnes homines ſim
pliciter.

¶ Septimo arguitur ſic aliquod
martyrium eſt de neceſſitate ſalutis
ergo non debetur ei aureola: conſe
quentia tenet: quia aureola ſolū de
betur virtuti. Inſuper martyrium ab
alio infertur ergo non debetur ei au
reola. ¶ Ad iſta duo reſpondetur ꝙ
aureola debetur volitioni: qua aliquis
vult pati mortem propter honorem
chriſti: ⁊ talis volitio eſt in mera po
teſtate viri chriſtiani. ¶ Contra iſtā
ſolutionem arguitur ſic. ſequeretur
ꝙ ſi aliquis reciperet vulnus letha
le propter chriſtum et poſtea mira
culoſe ſanaretur et moreretur in pa
ce ꝙ tali deberetur aureola marty
rum: conſequens eſt falſum ergo mi
nor probatur: talis non eſt martyr:
ergo non debetur ei aureola. ¶ Ad
hanc replicam reſpondetur cōcedē
do ſequelam et negando minorem
et ad probationem negatur conſe
quentia: ⁊ ratio eſt: quia eccleſia nō
reputat aliquem martyrem niſi mor
tem oppetat propter chriſtum: quia
ſolum iudicat de exterioribus: ſed
dominus deus qui intuetur corda
hominum aliter iudicat. ¶ Contra
iſtam ſolutionem arguitur ſic. ſeque
retur ꝙ cuilibet chriſtiano morienti
in pœnitentia deberetur aureola cō
ſequens eſt manifeſte falſum: ergo
ſequela probatur teſte diuo Grego
rio. pœnitentia eſt vna ſpecies mar
tyrij: ergo cuilibet tali debetur au
reola. ¶ Ad hanc replicam reſpon
detur negando ſequelam: et ad pro
bationem dicitur: ꝙ diuus Grego
rius capit martyrium large et non
ſtricte ſicut capitur in propoſito.
¶ Sed quęres de innocentibus qui
fuerunt occiſi propter chriſtum: an
habebunt aureolam martyrij. ¶ Ad
hoc reſpondetur negatiue: quia ip
ſi nulla opera fecerunt: quorum de
beāt habere gaudium.

¶ Octauo arguitur ſic. Præ
dicatoribus non debetur aureola ſi
ue doctoribus ergo concluſio falſa:
antecedens probatur: prędicare et
docere non ſunt actus alicuius vir
tutis ergo non debetur eis aureola
Inſuper doctrina adquiritur per hu
manum exercitium ergo non debe
tur eis aureola. ¶ Ad hoc argumē
tum reſpondetur negando antece
dens: et ad probationem primam
negatur antecedens. Immo ſunt
actus charitatis. nam prędicare et
docere imperantur a charitate: et
ſunt etiam opera miſericordię.
¶ Ad alteram probationem nega
tur conſequentia: et ratio eſt: quia
non datur aureola pro humana do
trina: ſed pro volitione: qua aliquis
vult prędicare aut docere propter
honorem chriſti. ¶ Contra iſtam
ſolutionem arguitur ſic. ſequeretur
ꝙ cuilibet doctori deberetur aureola:
ſiue theologo: ſiue medico: ſiue phi
loſopho: ſiue logico: ſiue gramma
tico: ſiue iuriſperito: conſequens eſt
falſum: igitur falſitas conſequentis
probatur. Sequeretur ꝙ regentes
grammaticorum haberent aureo
lam conſequens videtur eſſe falſum igitur ⁊c.

¶ Ad hanc replicam rñdetur concedendo ſequelã: dummõ doceat vel prędicet ad ędificationẽ proximi et in gratia: ⁊ ad probationẽ concedit iterum ſequela cũ eiſdẽ circunſtantijs ⁊ negatur minor. ¶ Cõtra iſtaꝫ ſolutionẽ arguitur. ſequeret ꝙ cuilibet volenti pręđicare deberetur aureola ꝯñs eſt falſuꝫ ergo falſitas cõſequentis probat. ſequeretur ꝙ cuilibet vetulę vel ruſtico volẽti pręđicare deberetur aureola: ꝯñs eſt abſurdum ergo. ¶ Ad hanc replicã rñdetur negando ſequelã: ſed ſoluꝫ debetur illi: qui vult pđicare efficacit et ꝗuis ſint multi dicentes ꝙ ſi haberent ſcientiam pręđicarẽt et facerent mirabilia: tales tñ non habent volitiones efficaces ſed velleitates ſicut ſomnia. docet eñ experiẽtia ꝙ videmus multos dicentes ꝙ ſi haberent beneficia pinguia. ſ. ep̃atus canonicatus decanatus aut prępoſituras: ſuſtentarent pauperes ſcolaſticos in vniuerſitatibus ⁊ darẽt dotes orphanis ⁊ mirabilia facerent. et qñ adipiſcunt talia pinguia bñficia nõ curant niſi comedere ⁊ bibere et ludere taxillis: ⁊ inueſtigare vbi ſit aliqua pulchra mulier. ¶ Cõtra iſtam ſolutionẽ arguitur. docere et pręđicare ſunt actus ſuperbię ergo non debet eis aureola: añs probat authoritate Pauli dicentis. Scientia inflat. ¶ Ad hanc replicaꝫ rñdet negando antecedens vñr: ſed bene concedo ꝙ in aliquib⁹ tales actus ſunt act⁹ ſuperbię. ſꝫ in multis alijs ſunt actus charitatis: ⁊ qñ vident ſe taliter exaltatos reddũt ⁊ habent ⁊ agũt gratias dño deo. Et ꝓpterea ſubiungit apoſtolus. Sciẽtia inflat charitas ędificat. ¶ Dubitabis cui debetur maior aureola: pręđicanti: an legenti in theologia. ¶ Ad hoc dubium rñdetur ꝙ legenti in theologia debetur maior aureola dũmõ tot lectiones legat: quot ali⁹ ſermones facit.

¶ Nono arguitur ſic. ſequeret ꝙ xp̃o deberet aureola: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probatur: fuit virgo martyr ⁊ doctor ergo ei debetur aureola. ¶ Ad hoc argumentuꝫ rñdet diuus Thomas negãdo ſequelam: ⁊ ad probationẽ negat ꝯñam: et dat rõnem: q͛ aureola eſt nomen diminutiuum ⁊ addit vnã particulã diffinitiõi aureolę. ſ. quãdã ꝓformitatem: ⁊ conſequenter dicit ꝙ habet aliquid aureola excellentius: ⁊ quia hoc eſt omnino certare de noĩe melius eſt dicere ꝙ xp̃s habet aureolas ſecunduꝫ humanitatẽ: nec diminutio aliquid facit: q͛ xp̃s vocat ſe vermẽ pſal. xxi. ideo non curandũ eſt de diminutione noĩs ꝙ aureola ſit nomẽ diminutiuum.

¶ Decimo arguitur ſic. ſequeretur ꝙ angelis deberetur aureola ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probat teſte diuo Hieronymo. In carne ꝓter carnem viuere poti⁹ eſt vita angelica ꝙ̃ humana ergo angelis debetur aureola. ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ſequelam: et ad probationẽ negat ꝯñs: rõ eſt: q͛ virginitas eſt naturalis ipſis angelis. Idcirco dicit Hierony. ꝙ virginitas eſt cognata angelis. ¶ Cõtra iſtam ſolutioneꝫ arguit. angeli nos

docent ꝛ erudiunt ergo ipſis debet aureola rõne doctrinę. ¶ Ad hãc replicam rñdetur negando ꝯñaꝫ rõ ē: quia docere ꝛ erudire nos: eſt de rõne ſtatus angelici.

¶ Undecimo arguit ſic. ſeq̄retur ꝙ corporibus noſtris humanis deberetur aureola ꝯñs eſt falſuꝫ ergo ſequela probat: corpora nr̃a patiuntur labores in martyrio et in p̄dicando ergo ipſis debetur aureola ¶ Ad hoc argumentum rñdetur negando ſequelam: ꝛ ad probationeꝫ negatur ꝯñs: ſed bene habebunt aliquid correſpondens aureolis. Naꝫ ex aureolis aiç aliqd redundabit in corpora noſtra proportionabile aureolis: ſed aureola nullo modo erit in corporibus: quia nõ ſunt capacia gaudij.

¶ Duodecimo arguit ſequeretur ꝙ aureola virginũ eſſet potiſſima inter oẽs aureolas: ꝯñs eſt falſum ergo ſequela probat Apocalyp. 14. habetur de virginibus ꝙ ſequuntur agnum. ſ. ſaluatorẽ noſtruꝫ quocunqꝫ ierit: et ꝙ nemo alius poteſt dicere canticũ qđ ꝟgines cantabãt ſimiliter Cyprianus martyr ait de virginibus ꝙ ſunt illuſtrior pars ſiue portio gregis xp̄i. ¶ Ad hoc argumentum rñdet negando ſequelã immo dico ꝙ aureola potiſſima eſt aureola martyrum ꝛ deinde doctorum ꝛ infima eſt virginũ: ꝛ ad pbationem datis auctoritatibus nihil ſequitur propter duas cauſas. Prima eſt quia in pria authoritate non capitur virgo ſicut capitur in propoſito. vt pꝫ intuenti gloſſam ſuper illum paſſuꝫ. Scđa cauſa eſt qꝛ multi martyres etiam ſunt virgines et multę virgines fuerunt martyres ꝛ oporteret comparare aureolas et non perſonas.

Si mali in inferno peccabunt. Diſtinctio. L.

Hic oritur q̄ſtio ex p̄miſſis ducẽs originem. Supra ei Aug. loquens de malis in inferno dãnatis: ꝛ bonis in celo glorificatis. dicit: ꝙ nec bonis voluntas: nec malis facultas eẽ peccandi poterit. Et de bonis q̄dem ꝯſtat: ſꝫ de malis a q̄bus voluntatẽ malaꝫ non remouet q̄ritur: quõ ſit verũ eos nõ poſſe peccare: imo quõ verũ ſit eos n̄ peccare cũ malã habeant voluntatẽ. Quidã autumant illaꝫ voluntatẽ non eſſe pctm̄. ſꝫ ſupplicium tm̄. Alij vero pctm̄ eſſe fatent ſed p illud eos nõ mereri aliquã penam: qꝛ nõ eſt ibi loc⁹ merendi. Illud ergo pctm̄ dicũt non eſſe merituꝫ ſupplicij ſꝫ ſupplicium mali meriti quod in hac vita preceſſit. De hoc autẽ Augu. ita dicit. Temp⁹ acquirendi vitam eternã in hac tan‑

tñ vita de⁹ hoibus ḋdit vbi voluit etiam penitentiaꝫ eſſe fructuoſam: ideo hic pnia fructuoſa eſt: quia põt hic homo depoſita nequitia bene viuere ⁊ mutata volũtate: merita ſimul operaqꝫ mutare ⁊ ea gerere que ḋo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit: habebit quidem pniam in futuro ſeculo de malis ſuis: ſed indulgentiã in conſpectu dñi nõ inueniet. quia ⁊ ſi erit ſtimulus penitudin[is]: tamẽ nulla erit ibi correctio voluntatis. A talibus eñ ita culpabitur iniq̃tas ſua: vt nullaten⁹ ab eis poſſit vel diligi vel deſiderari iuſticia. Voluntas eñ eoꝝ talis erit vt habeat ſup in ſe malignitatis ſue ſuppliciũ nñqꝫ tñ recipere poſſit bõitatis affectũ. Quia ſicut illi q̃ cuꝫ xp̃o regnabunt nullas in ſe male voluntatis reliquias habebunt ita illi q̃ erunt in ſupplicio eterni ignis cum diabolo ⁊ angelis eius deputati. ſicut nullã habebunt vlterius requiẽ: ſic bonã nullaten⁹ poterunt habere voluntatẽ. Et ſicut coheredibus xp̃i dabitur perfectio gratie ad eternam gloriã. ita conſortibus diaboli cumulabit ipſa malignitas penam. quãdo exterioribus ḋputati tenebris: nullo illuſtrabuntur interiori lumine veritatis. Ex his apparet reprobos in inferno penitentiaꝫ ſic geſturos: vt per eam prauam voluntateꝫ non deſerant. ⁊ illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pene: per quam tamen non merebuntur: quia nullus meretur niſi in hac vita.

Quare dicuntur tenebre exteriores.

¶ Hic queri põt quare ille tenebre quib⁹ inuoluent̃ mali in gehenna dicunt̃ tenebre exteriores. Quia tũc mali penit⁹ extra lucẽ corpalem ⁊ ſp̃ualeꝫ. ſcꝫ dñi erunt. Nunc eñ ⁊ ſi patiant̃ tenebras in cecitate mentis. non tñ penitus extra lucem dei ſunt nec corpali luce priuantur. De hoc Aug. ſic ait. Ira dei ⁊ in iudicio erit: et hic ẽ in cecitate mẽtis cũ dant̃ mali in reprobũ ſenſuꝫ. Ibi exteriores tenebre erũt: q̃ꝛ tunc pctõres penitus erunt extra deũ. Quid eſt eñ penitus eſſe extra deũ niſi eſſe in ſumma cecitate. Si quidẽ habitat deus lucem inacceſſibilẽ. He autẽ tenebre hic iam incipiũt in peccãte cũ ab interiori dei luce ſecluditur. ſed non penit⁹ dũ in hac

vita eſt. Ecce quare ibi pecca-
toꝛ dr pati exteriores tenebras
τ nõ hic. qꝛ ibi ſeducetur peni-
tus a luce dei quod nõ hic. Sꝫ
quomõ intelligẽda eſt illa ſedu
ſio. An quia non videbunt deũ
per ſpeciez. Sed nec aliquis vi
det hic deuz per ſpeciem. An ꝑ
diſſimilitudinẽ quam facit pec-
catum inter deum τ hoiem. Sꝫ
et hic multi per grauia pctã elõ
gantur a deo. An qꝛ deũ odiũt
ita vt velint eũ non eſſe. Sed τ
hic multi deum oderũt: de qui
bus ſcriptum eſt. Superbia eo
rum qui te oderunt aſcẽdit ſem
per. Que eſt ergo illa elõgatio.
Sane interiores tenebre itelli-
gi poſſunt quedam malignitas
odij τ voluntatis que tunc ex-
creſcet in mentibus reproboꝛũ
et quedaz obliuio dei: quia toꝛ
mentoꝛum interioꝛũ τ exterio-
rum doloꝛibus adeo afficientur
et turbabuntur. vt ab illis ad co
gitandum aliqd de deo vix vel
raro vel nunq̃ mentẽ reuocẽt.
Ut qui nimio premunt̃ ponde
re: a deo ſtupeſcũt τ turbantur
vt interim in alia cogitationem
non extendant: ſed illuc tendit
impetus cogitationis vbi ſenti
tur vis doloꝛis. Sed in hac vi
ta nullus adeo malus eſt: vt pe
nitus ſeducat̃ a cogitatõe dei:
qui nec perdit appetitũ beatitu
dinis τ quemdam boni amorẽ
quẽ naturaliter habet rationis
creatura. Illas autẽ exteriores
et pꝛofundiſſimas tenebras re
pꝛobos ꝑpeſſuros poſt iudiciũ
dicit Aug. opponens de illo di
uite qui in inferno poſitus ele-
uans oculos vidit Abraã τ in
ſinu eius lazarum: cuius com-
paratione coact⁹ eſt ꝯfiteri ma
la ſua vſq3 adeo vt τ fratres ro
get ab his pꝛomoueri. Qđ an-
te initium factum legitur: ſꝫ p⁹
iudicium in pꝛofundioꝛibus te
nebris erunt impij: vt nullã dei
lucem videbũt cui cõfiteantur.

De animabus damnatoꝝ. ſi quam habent noticiaz eorum que hic fiunt.

¶ Preterea q̃ri ſolet ſi repꝛo-
boꝛum aie que nunc in inferno
cruciantur noticiam hñt eoꝛuz
que circa ſuos in hac vita gerũ
tur: τ ſi aliquo modo dolẽãt ſu
per infoꝛtunijs ſuoꝛũ caroꝛuz.
Hãc queſtionẽ Aug. cõmemo
rat ex parte eaz explicans: ex ꝑ
te vero inſolutã relinquẽs. Ait
eñ. Queret aliqs an vllus do-
loꝛ tangit moꝛtuos de his que
in ſuis poſt moꝛtem ꝯtingũt vl'

quomō ea q̄ circa nos aguntur nouerint ſpiritus defunctorū. ¶ Cui rn̄deo magnā eſſe queſtionem nec in preſenti diſſerendā. Verūtamē dici poteſt: q̄ eſt cura mortuis de ſuis caris. vt de diuite legitur qui dū tormenta apud inferos pateretur: leuauit oculos ad Abraā: ꝛ inter alia dixit. Habeo eñ quinq; fratres mitte aliquem ex mortuis vt teſtetur illis ne ꝛ ipſi veniāt i hūc locū tormentoꝝ. Habent eniꝫ mortui curā de viuis quos ſciunt viuere quia nec in locis penarum vident eos. vbi diues ſine fratribus erat. nec in requie beatorum vbi Lazarū ꝛ Abraaꝫ q̄uis longe agnoſcebat. Nō tamen ideo conſequens eſt eos ſcire que circa caros ſuos aguntur: hic vel leta vel triſtia.

Quō accipienda ſunt que d̄ Lazaro ꝛ diuite leguntur.

¶ Si quis autem querat quō intelligatur qd̄ de Lazaro ꝛ diuite legitur. Audiat Auguſtini rn̄ſum dicentis. Si q̄s putat aīas corpe exutas locis corpalibus cōtineri cū ſint ſine corpe non deerunt q̄ faueant ꝛ diuitē ſitientē in loco corpali fuiſſe cōtendant: ipſamq; aīam corpeaꝫ preparaſſe linguam ꝛ ſtillam d̄ Lazari digito cupijſſe. Sꝫ melius eſt dubitare de occultis: q̄ꝫ litigare de incertis. diuitem in ſupplicio pauperē in refrigerio eſſe nō dubito. Sed quō intelligatur diuitis lingua: digit⁹ Lazari flamma inferni ſin⁹ Abrahe ꝛ hmōi: vix a manſuetis ꝛ cōtentioſis nunq; inuenitur.

Si ſe vident boni ꝛ mali.

¶ Queri etiā ſolet vtrū viciſſiꝫ ſe videāt illi qui ſunt in inferno ꝛ illi q̄ ſunt in gl̄ia. Sicut ſancti tradūt ꝛ boni malos: ꝛ mali bonos vident vſq; ad iudicium. Poſt iudiciū v̄o boni videbūt malos: ſed nō mali bonos. Vn̄ Greg. Infideles in imo poſiti añ diē iudicij fideles ſup ſe in requie attendunt quoruꝫ gaudia poſt ꝯtemplari non poſſunt.

De chaos īter bonos ꝛ malos.

¶ Sed cum ſcti malos in tormentis videant: nonne aliqua cōpaſſione erga eos mouētur. Nōne eos de tormentis liberari cupiunt. Recole illud euangelium qd̄ Abraam diuiti rn̄dit. Inter nos ꝛ vos chaos magnū firmatuꝫ eſt vt hi q̄ volunt hinc tranſire ad vos non pn̄t.

necq̧ inde huc trāſmeare. Quid eſt illud chaos int̄ bonos ⁊ malos: niſi hinc iuſticia: inde iniq̄tas q̄ nullatenus ſociari valent. Adeo em̄ ſcti dei iuſticie addicti ſunt vt nulla compaſſiōe ad reprobos trāſire valeant: nulla ꝑ eis inter ſanctos fiat interceſſio. Quō ergo inde volunt aliq̄ trāſire ad illos ſed non pñt. Q2 ſi dei iuſticia admitteret: nō fieret eis moleſta liberatio eoꝝ. Uel ita dicunt velle ⁊ non poſſe: nō q2 velint ⁊ non poſſunt: ſ3 q2 ⁊ ſi vellent non poſſent eos iuuare. De hoc ita Grego. ait. Sicut reprobi a penis ad gloriam ſanctoꝝ tranſire volunt ⁊ non pñt: ⁊ ita iuſti p miaꝫ mente ire volūt ad poſitos in tormētis vt eos liberent ſed non poſſunt: q2 iuſtoꝝ aīe ⁊ ſi in nature ſue bonitate miam habent: iam tunc auctoris ſui iuſticie cōiuncte tanta rectitudine conſtringuntur: vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur.

Quod viſa impiorum pena non minuit beatoꝝ gloriā.

¶ Poſtremo queritur an pēa reproboꝝ viſa decoloret gloriā beatoꝝ: an eoꝝ beatitudini proficiat. De hoc ita Grego. ait. Apud animum iuſtoꝝ non obfuſcat beatitudinē aſpecta pena reproboꝝ: q2 iā vbi compaſſio miſerie nō erit minuere btōꝝ leticiā non valet ⁊c. Et licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant: ad maiorē tñ gloriā vident penas maloꝝ quas p grām euaſerunt q̄a q̄ dei claritatē vident nil in creatura ag. ē qd videre nō poſſint. Non eſt aūt mirandū ſi ſancti iam imortales reprobos videant mentis intelligentia: cum ꝓphete mortales adhuc videre hec oia meruerunt. Egredientur ergo electi nō loco ſed intelligētia vel viſione manifeſta ad videnduꝫ impiorum cruciatus: quos videntes non dolore afficientur: ſed leticia ſaciabūtur agētes gratias de ſua liberatione viſa impioꝝ ineffabili calamitate. Uñ Eſaias impiorū tormēta deſcribens. ⁊ ex eorū viſione leticiam bonoꝝ exprimēs ait. Egredientur electi. ſ. ⁊ videbunt cadauera viroꝝ qui preuaricati ſunt in me: vermis eoꝝ non morietur. ⁊ ignis nō extinguetur ⁊ erunt vſq̧ ad ſacietatē viſionis omni carni. id eſt electis. Letabitur enim iuſtus cum viderit vindictam.

¶ Hic de pedibus ſedentis ſu

per ſoliū excelſum quoſ ſeraphi in duabus alis velabāt ſcriptori ꝛ ſi non auditori commemoraſſe ſufficiat. quia facie exorſus ſedentis: ꝑ media ad pedes vſ ꝗ via duce peruenit.



Irca. 50ᵉᵐ. et poſtremā diſtinctionē queritur prio. An omnis voluntas damnatorū ſiue demonū ſiue hominum ſit mala et peccatum? ℂ Pro huiꝰ. q. intelligentia eſt notandum ꝙ oēs doctores conueniunt in hoc. ſ. ꝙ damnatus ſiue demon ſiue hō non pōt elicere actum meritoriū: ſed mirabiliter digladiantur de actu moraliter bono. nā diuus Thomas tenet ꝙ nullus damnatus pōt elicere actū moraliter bonū et reſpondet affirmatiue ad queſtionem.

ℂ Contra iſtam opinionē arḡ. Damnati bonū ꝛ optimū concupiſcunt. ſ. eſſe viuere ꝛ intelligere. teſte diuo Dionyſio in. 4. ca. de diuinis noībus ergo nō oīs voluntas damnatorū eſt mala. ℂ Ad hoc argumentum rñdet diuus Thomas ꝙ diuus Dionyſiꝰ procedit de concupiſcentia ſiue voluntate naturali et non de libera: ꝛ titulus. q. intelligitur de libera voluntate. ℂ Cōtra iſtam ſolutionē arguiṫ ſic. aliq̄ dānati libere volunt ꝙ ſui proximi nō damnenṫ ꝛ talis volitio eſt bona ergo intelligendo de voluntate libera opinio eſt nulla: maior patet de diuite epulone: qui Lucę. 16. procurabat ne fratres ſui dānarenṫ. ℂ Ad hanc replicā rñdet diuꝰ Thomas ꝙ oēs damnati vellēt oēs angelos et hoīes eſſe damnatos: ꝛ qꝛ cognoſcunt ꝙ aliq̄ hoīes erunt ſaluati bñ volunt ꝙ cōſanguinei ſui ſint de numero ſaluandoꝝ: ſed hoc eſt propṫ malum finem: ne pœna eorum augeatur ꝛ non tantū crucienṫ: ꝛ ideo talis voluntas eſt mala. ℂ Contra iſtam ſolutionem arguiṫ. aliq̄ damnati habent bonos habitꝰ ergo poſſunt elicere mediantibus talibꝰ habitibus bonos actꝰ moralr. ℂ Ad hanc replicā rñdetur a diuo Thoma ꝙ tales habitus non remanent in ipſis damnatis: ꝗuis habuerint eos in hoc mundo. vel ſi tales habitus remanēt ſunt ligati propter obſtinationem ipſorum.

ℂ Scđo arguitur ſic. Dānati cōteruntur de pctis ſuis ergo eliciunt actꝰ moraliter bonos: añs ꝓbatur: agunt pœnitentiam ergo cōteruntur de peccatis ſuis: añs ꝓbaṫ duplici authoritate. Pria habetur Sapientię. 5. ca. ſ. intra ſe pœnitentiam agentes. Scđa habeṫ in. 9. li. Ethicoꝝ. ſ. pęnitudine repleṅṫ praui. ℂ Ad hoc argumentū rñdeṫ negando añs: ꝛ ad probationē negaṫ iterum añs: procedendo de pnia vera: ꝛ authoritates procedūt de pnia falſa ꝛ non de pnia vera. ℂ Contra iſtam ſolutionē arguiṫ. ſequeretur ꝙ continuo damnati demererentur ꝯñs eſt falſū ergo ſequela patꝫ: qꝛ

continuo eliciunt volitiones: q̄ ſunt mala et peccã. ¶ Hec replica adeo bene militat contra alterã opiniõẽ ſicut contra iſtã ideo ab ambabus eodem modo rñdet. ſ. ꝙ licz peccẽt continuo damnati: nõ tñ imputabiliter ideo non demerent nouã penã quia dñs deꝰ ex ſua mia infinita nõ vult imputare talia peccata ad nouam pœnã: ſed ad illam: quam infliget in die iudicii. ¶ Et ſi arguas ad hic: damnati diligunt ſuos conſanguineos ⁊ benefactores ⁊ talis dilectio eſt bona ergo non oisvoluntas eſt mala. ¶ Ad hoc facile rñdet diuus Thomas negando minorem: quia talis dilectio non habet bonuz ſed malum finem.

¶ Alia eſt opinio doctoris ſubtilis ⁊ ferme oim noialiũ tenentiũ ꝙ dãnati ſiue demones ſiue hoies poſſunt elicere actus moraliter bonos: ⁊ ſm iſtã opinionem rñdet negatiue ad titulum. q. ¶ Contra iſtã opinionez arguitur ſic. Nemo ſine auxilio dei ſpeciali põt elicere actuz moraliter bonũ: ſed dñs deus nunq̄ȝ auxiliabit ſpecialiter damnatis. ergo damnati nõ poſſunt elicere actum moralr̃ bonũ. ¶ Ad hoc argumentuz facile rñdet doctor ſubtilis negando maiorẽ: ſed illa cõceſſa ab aliis doctoribus negatur minor: dicunt em̃ ꝙ ſicut deus ſpecialiter auxiliatur hoi exiſtenti in peccõ mortali: qñ dat elemoſynã propter deũ: ita non inconuenit ꝙ auxilietur ſpecialiter damnato ad eliciendum actum moraliter bonuz. ¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur. ſequeretur ꝙ poſſent damnati vere pœnitere ⁊ deteſtari peccata propter deuz ꝯñs eſt abſurdũ ⁊ hereticuz ergo ſolutio nulla: ſequela probat: dñs deꝰ adiuuat eos ſm iſtã opinionẽ ad actus bonos moraliter ergo etiã iuuabit eos ad eliciendas veras penitẽtias ⁊ cõtritiones peccatorũ. ¶ Ad hanc replicam rñdet negando ſeq̄lam: ⁊ ad probationem negat ꝯñs: nõ em̃ oportz ꝙ ſi iuuat ad aliquos actus moralr̃ bonos: ꝙ propterea iuuet ad oẽs. ¶ Contra iſtã ſolutionem arguit: beati non poſſunt elicere actus moraliter malos ergo dãnati nõ poſſunt elicere actus moraliter bonos. ¶ Ad hãc replicã rñdetur negando ꝯñam: rõ eſt: q: deꝰ nũq̄ȝ concurret cũ beatis ad actus malos: propter tñ ſuaȝ infinitã bonitatem bene vult concurre cuȝ damnatis ad aliquos actꝰ moralr̃ bonos.

¶ Queritur ſcḋo circa eandeȝ diſt. an damnati ſiue demones ſiue hoies volunt deũ ⁊ ſeipſos non eſſe ¶ Ad hanc difficultatẽ rñdetur per duas concluſiones. Quaꝝ pria eſt iſta. Oẽs damnati ſiue hoies ſiue demones volunt deũ non eſſe. Iſta concluſio patet authoritate pſalmi ſic dicentis. Superbia eoruȝ qui te oderunt aſcendit ſemp. Scḋa cõcluſio eſt iſta. Oẽs damnati ſiue hoies ſiue demones volunt ſeipſos nõ eẽ. Iſta cõcluſio patz authoritate Joannis. 19. ca. Apocaly. dicẽtis. In diebus illis deſyderabunt hoies mori et mors fugiet ab illis.

¶ Contra primam concluſionem arguitur ſic authoritate Dioniſ

ſij in.4.cap. de diuinis nominibus
dicentis ꝙ oē bonū et pulchrum eſt
diligibile: et deus eſt ſummū bonū
et ſumme pulchꝛuꝫ ergo eſt ſumme
diligibile : et per ꝯñs damnati non
odiunt ipſum. ¶ Ad hoc argumen-
tum rñdetur negando ꝯñaꝫ vltimā
rō eſt: q2 damnati non conſyderant
eum ſub conditione bonitatis ꝛ pul
chꝛitudinis: ſed ea rōne : qua punit
ſe ꝛ infert ſibi multa mala. ¶ Con-
tra iſtam ſolutionē arguit̄ authoꝛi-
tate eiuſdem ſancti Dionyſij dicen-
tis: ꝙ null⁹ pōt ipam bonitatē odio
habere. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ diuus
Dionyſius intelligit ſub rōne boni-
tatis: ſed ſub alia rōne bene pōt bo-
nitas odio haberi. vt dictum eſt.

¶ Scđo arguit̄ contra ſcđam
concluſionē. Auguſtinus inq̄t in.3.
de libero arbitrio. Conſydera quā-
tum bonuꝫ eſt eſſe ꝙ beati et miſeri
volunt magis eſſe q̄ꝫ nō eſſe. ¶ Ad
hanc authoꝛitatē rñdet̄ ꝙ Aug. itel
ligit ſimpliciter ꝛ non per accidens
ſiue ſcđm qđ. Naꝫ ſimpl'r meli⁹ eſt
